Possentius



NAZIONALE
8
22 — I
26
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA

NOVISSIMA
QVÆSTIONVM MORALIVM
RECOLLECTIO

NOVISSIMA
QVÆSTIONVM MORALIVM
RECOLLECTIO
SEV
RELATIO BREVIS, AC PEREMPTORIA

In qua (communiori, vt plurimum, retenta opinione) ſummatim, ac modo aphoriſmico omnes ferè conſcientiæ caſus, de quibus præſertim inter Doct. lis aliqua verſatur, referuntur.

Opus, quatenus inſtituta patitur breuitas, prę omnibus huc vſque editis abſolutiſſimum; & Confeſſariorum apprimè vſui accommodatum, ac profuturum in lucem nunc primùm dimittitur.

ACCEDIT AD FINEM.

Tractatus variorum ad S. Off. ſpectantium. Deinde de Off. Conf. cum pęnitentibus, caſus ad S. Off. ſpect. habentibus.

TANDEM

Caput Miſcell. pro Regularib. ſcitu maximè digna complectens.

EX NOVISSIMIS

Pellizzario, Ceſpedes, Vidal, Lezana, Bord. Quintanaduenas, Carena, Lupo, Lugo, Guzz., Caſsetta, Paſqualigo, Scobar, Portell. Rodr. Diana, Bellaſio, Peyrino, & alijs, deſumptum

Auctore Fr. ANGELO poſſentio Brixiano ſeruita, ac S. Alexandri Brixiæ Parocho.





Della Valle

BRIXIÆ, Typis M. Ant. Marchetti.

M.DC LI. Superiorum Permiſſu.

Adm. Reu. P. D. D. Colendissimo
F. CELSO DECA
S. Alexandri Brixiæ Ordinis Seru. B. V. Prouinciæ Venetæ Deffinitori meritissimo.



HVic meo de tenebris in lucem prodeunti libro, & ab imis celsa generosè petenti, TE CELSE, Celsum habet inuocare Patronum, ac Tutorem. Id sibi iure atq; arrogat fidēter; pote quia eum, alioqui in æternæ noctis Chao perpetuo in lethargo dormiturum, excusso, ac somno procul pulso excitasti prolixè, ac summa, qua præditus es, liberalitate, vt in lucem edi pateretur prolicuisti, trepidanti, excutienti, ac luci insueto animos addidisti. In cliantelam susceptum iri à Te Patrono adoptato non est cur quicquam dubitem, nisi Te, tuamque grauiter humanitatem, & in me facilitatem temerè offendere velim, cuius tot, immeritus, sum expertus beneficia, vt eorum, vel minimam hic partem, recensendo prosequi minimè queam. Memini illius tamen vulgatissimi, æque ac sciti uerissimi, ingrato, *nimirum,* nihil peius *Quod quidem à me omni conatu amoliri cũ semper studui (non quidem par pari rependendo, ast grati saltē animi specimen ostendendo, vel memoria acceptum beneficium recolendo) id mihi nunc summopere duxi præstandum, & impensiùs, huius nimirũ edendæ opellæ florentem nacto occasionem, neque importunam. Tui in Patronum huic libro adoptandi non vna, non leuis suppetit ratio; adoptatus ego, nullis licet suffragantibus meritis, in*

a huius

huius Monasterij filium contubernalem, & summo omnium p.p. conspirante atque communi afflante consensu. Id verò, cùm, tum omnibus, tum & singulis omnino patribus sit acceptum referendum; tibi summas tamen habendas esse grates haud dubito; te enim tunc huius Monasterij regimini secundò fœliciter præposito ac solerter priorem agente, te fauente, auspicante te, id mihi accidit auspicatò. Huius apud me optimè positi benefitij eiusmodi est magnitudo, ac recordatio, quæ nulla valeat vnquam memori de pectore obliuione deleri, æuo offuscari; menti nunquam defluet, hærebit æternùm. Alia, quæ magis vrget, causa suppetit, cur tibi librum dicatum velim; (vt meum in te studium priuatum missum faciam) hoc quicquid muneris est, iure tibi optimo debetur, ac communi, quo vnicuique suum reddi prouidè cautum habetur: Tuum iam propè opus erat: huic enim dùm ego, operam nauando sedulò incumbebam, tu itidem Confessionibus *vacabas: æstuasti, sæpè ac sæpiùs alsisti indefessus: onus mecum procurationis animarum meæ fidei concreditarum comportando, me mirificè iuuisti, onere leuasti, ac magno mihi fuisti solatio, auxilio, egregiè opitulando; alioqui vtrique labori impari, neque suffecturo.* Atqui *nulli æque, ac Tibi, huius tractationis debebatur nuncupatio, qui diu, fœlicique animarum prouentu, Rectoris ipsarum, ac* Pastoris *functus es, atque officio defunctus. Excipe ergo amicorum* Parens *hæc puri affectus libamina, & in muneris exilitate, affectus, ac desiderij dicantis agnosce magnitudinem, dum tibi, atque operi inocciduam precor lucem. Deo, tibi, mihiq; quàdiu vixeris viuas.*

F. Angelus Possentius.

NE amplius, amice Lector, Doctorum aga-
ris prolixitate; neue per ambages du-
bia nimis iurium ac Doctorum perple-
xitate per deuia diu feraris; aut huc
modo, modo illuc vagus abire cogaris,
ſinuoſis, variiſque flexibus; viarum com
pitis, anfractibusvè plena periculis anxietate, à recto ac
communi itinere aberrandi, præſens tibi prȩſtat opus.
Quas in eo congeſſeram ſuppetias, uſui meo, ac muneri
(animarum nimirum procurationis) ſuffecturas, ſcrip-
titando, animaduertendo, & ad ſua quȩque capita, &
ſedes redigendo, publici eaſdem facere iuris amicorum
ſum dulci prece libens coactus, me eo nihil minus cõgi-
tante; pote mei probè ingenii tenuitatis conſcio: ſinui
tamen; & quod priuato ſtudui, id communi forte pro-
derit uſui. Noui haud paucos rerum operoſitatȩ magna-
rum implicatos, quibus per otium ingentia adire volu-
mina non vacat, pro conſcientiȩ caſibus enucleandis:
quod ſi vacabit, facili quibunt negotio eos, qui hoc ve-
lut indice connotãtur, Doctores adire conſultum: quan-
do non adeo deſipio, vt de meis ſperem riuulis aliorum
poſſe exundare torrentes. Exile opus quidem mole, at
enim rerum varietate, numero, ac multitudine in eo re-
latarum verè magnum. Neque enim eorum mihi admo-
dum placet inſtitutum, qui hominum ambitioſè vulga-
rem aucupantes exiſtimationem, atque auram, in id to-
ti incumbunt, vt lectori Magnam ſcientiȩ oſtendant ſu-

pel-

pellectilem, noua, quibus magna repleant volumina quotidie excogitando, quęstiones efformando, in litem luce vocãdo clariora, & Fastidiosa nimis prolixitate tempus absumendo. Imo vero illorum magis arridet studium, qui leui hominum, & vana quadam posthabita existimatione, ac inani opinione, in rei sola veritate ostendenda suam gloriã constituunt: ac de facto magis aliorum student vtilitati, quàm tales haberi cupiunt.

Quamobrem haud incassum fore duxi tẽpus impensum, si quas passim sub lite Quęstiones Morales versari cõperi, & ab alijs fusè pertractatas, velut per aphorismos ad commodiorem vsum, ac fructum vberiorem simul collectas publico, ac facili exhiberem conspectui. Neque tamẽ diffitendum, qui à me citantur Auctores doctè, atq; vtiliter res quascunq; pertractare cum proprijs vniuscuiusq; difficultatibus, attamen plerisq; adinstar sunt thesauri in agro absconditi, pro quo effodiendo non minus otio, quã ingenij opus est perspicuitate; id adeò palam est, vt nemo non videat; otio, vt longius protracta argumentationis decursu perlegantur; ingenio, vt ex opinionum varietate, & argumentorum copia Auctorum genuina deducatur, & propria sententia. Hoc mihi, vt minimo, haud arrogo; illud forte cõmodiùs quam aliquibus suppetere nõ inficior; quandoquidem quamplurimos à grandibus arceri voluminibus legendis comperi, curis detentos vrgentioribus, proinde vt res in promptu, & obuiam cuilibet haberetur, singulas ferè quęstiones, cum suis conclusionibus peremptoriè exhibui, & absolui, auctore vnde hausi interim ostenso; eo sane consilio, vt fusiorem tractationẽ


desi-

desideranti longę inquisitionis labor absit. Rigido sub stylo lucidum habes sensum. Breui multa expediuntur, & sufficienter expressa. Protensa, breui ab oculos spatio cōstitui, Mirmicidem secutus, qui tantæ exiguitatis currū absoluit, vt ala tegeretur muscæ & nauim, quæ apiculæ pennis absconderetur. Lectioni, quorundam te admonitum, dimitto, 1. Ne librum, statim non inuento quod quæris, abijcias; nisi enim sub vno, tandem sub alio inuenies capite, vbi opportunius sibi locum aptauit, aut obiter irrepsit; perdificile enim cuiq; rei suas proprias statuere sedes; eam ob rem, haud sine prouentu, bis idem reperies adnotatum, notatu quod dignum censui replicato, ne Lectorem omninò lateat, vel si totum hunc non legerit librum. 2. Nonnihil a tua erit benignitate condonandū, si quę minus suis absoluta numeris, limata, & ordinata offenderis. 3. Item errata quę Typographi, & Correctoris incuria irrepsere, tua corrige humanitate. Inscitia Auctoris, si qui materiales sunt errores (non enim voluntarios reperies) remittas, aut (quod magis volo) corrigas, ne corrodas, & gratias habebis. Tandem, maximè tibi est animaduertendum quod in princ. Miscell. pro Relig. adnotaui, pro tutè Doctorum opinione tenenda, & validè, vide ibi.

Deniq; si quid in hac Recollectione repereris Regularibus fauorabilius, pręsertim in Miscell. pro Relig. cuius contrarium in Veritate Compendiosa tenuerim, vtrunq; fore scias à me probabiliter pronunciatum; tù quod malueris tutè sequeris, neq; temerè ages, nunc recens nouos noua docentes, vidi Doctores, quos, si lubet, adire vales,

Ad

Ad cuiuscunq; autem manus hoc operis peruenerit, si id quod vult in eo inuenerit gratias Deo det; nihilo in eo vtilitatis inuento, reputet, ac si hic non esset liber compositus, Vale.



Adm. Reu. P. ANGELO POSSENTIO

Pro illius Opere de Casibus Conscientiæ

Quid video, Doctor? mutatur, Cælicus Ordo
(Maxima POSSE tuum) dùm tua Scripta lego.
Terrestris Cæli, Prauum, Rectumque, beata
Angelus edoctos arcet ab Arce Viros:
Tu contrà; vt pateant Cæli Pomaria nobis,
ANGELE, nos Prauum Scire, Bonumq; doces.

Iacobi Mariç Rubei.

Facultates ad imprimendum.

De mandato Reuerendiss. Patris Magistri Hyppoliti Bazzanij à Ferraria Generalis Seruorum B. M. V. nos infrascripti vidimus opus R. Patris Angeli Possentij Ordinis nostri inscriptum, *Quæstionum Moralium Recollectio*, & typis dignum demãdari censuimus, paucis enim quamplurima continet ad gubernationem, & salutem animarum maximè profutura.

Brixiæ in Mon. S. Alex. 30. Octob. 1650.

Fr. Petrus Martyr Barbera S. Th. Mag. & in Conuentu D. Alex. studiorum Regens, nec non Sanctiss. Inquisitionis Consultor.

Fr. Io: Baptista Melga de Brixia S. Theol. humilis Professor, & in dicto Conuentu casuum conscientiæ Lector.

CVm à Ven. P. Fr. Augelo de Brixia Ord. nostri Sacerdote expressè professo compositum fuerit opus, cui titulus est Quæstionum moralium recollectio, &c. atque idem per R. R. P. P. Magistros Petrum Martyrem de Maderno in Conuentu Sancti Alexandri de Brixia Regentem, & Ioannem Baptistam Melgam eiusdem Ordinis, specialiter à nobis deputatos, perlectum, & approbatum fuerit; Nos habito, ab ijsdem Patribus super hoc, testimonio, quantum ad nos spectat, vt typis præfatum opus mandetur; tenore præsentium facultatē concedimus, seruatis aliàs seruandis, &c Dat. Bononiæ die 8. Nouembris 1650.

Fr. Hyppolitus Gen. seruorum B. M. V.

(Imprimatur.
(Marcus Maurocenus Episcopus Brixiensis.
(Imprimatur.
(Fr. Petrus Martyr Bonacius Brix. Inquisitor.
(Pietro Giustinian Podesta.

QVÆSTIONVM MORALIVM

Nouissimę recollectionis, seu relationis peremptorię

Ac succincta, in qua summatim, ác modo aphorismico, omnes ferè conscientiæ casus, de quibus præsertim aliqua inter Doctores lis uersatur referuntur.

Cap. I.

A, ab, ad, vsque, &c.



, Ab, ad, vsque, & id genus particularum, vltimum signantiū terminum, à quo, vel ad quem; num exclusiuè, vel stent inclusiuè; quibusdam, vt vidi, addubitatur, dicam breui, regulariter exclusiuè stant, proinde tum à quo, tum ad quem terminos non includunt, nempè diem, mensem, &c. Excipe, nisi aliud in iure caueatur, nimirum vt dies termini, mensis, &c. in termino comprehendatur, item nisi de legislatoris secus mente appareat; vel tandem nisi aliòqui inde magnum oriretur incōueniens, aut absurdum. Deniq; nisi de re agatur fauorabili, quæ terminos exigat includi. Naldo teste [in summæ exordio, verbo eodem quod hic. De Abbatibus breuime compendio expediam, pote de materia parum ad Confessarium pertinente. Notatu tamē adnotaui dignora, et vsu frequentiora.

Abbas.

1 IN fauorabilibus Monachi venit nuncupatione; in odiosis minimè. Idem de Abbatissa respectu Monialium. Lez. (in sum. v. Abb. n. 6.)

2 Benedicitur, non verò propriè consecratur. Azor. 1. p. l. 12. c. 20. q. 4.

3 Alter valet alterum benedicere Abbas Abbatem. Id. ibi q. 11.

4 Per electionem, non benedictionem, in suo constituitur munere, confirmatione habita, Petr Bell. in prompt v. Abbas n. 3.

5 A mendicantium ad non mend. Ordinem gradum faciens in Abbatem adsciſci iure nequit, Tamb. (t. 1. disp. 5. q. 21.) apud Bell. ibi n. 33.

6 Vel non benedictus eadem, quæ & benedictus habet insigna, & idem præstare valet, ac benedictus, etiam quoad tons. & quatuor Minores conferendos ordines. Idem (B. ibi n. 10.) Intellige suis subditis; pote quia non subditis, vel dimissorias afferentibus generales, nullum valet ordinem, vel Tons. impertire; valent, speciales dimissorias ad Abbatem afferentibus. Item Regulares huiusmodi specialibus munitos dimissorijs, suorum nempè superiorum, imò & Episcoporum, tutè Minoribus valent initiare Ordinibus; in suis tamen solùm, Monasterijs, haud alibi. Grat. (disc. for. c. 871 n. 5.

7 Statuto non ligatur Monasterij, vel de eius consensu condito.
8 Pro suo valet esse testis Monasterio. Bell. ibi n. 25. Item pro Monacho in causa audi tur criminali, si de suo agatur interesse, n. 30. id.
9 Vltimas commutare valet voluntates, vel sæcularium, in quos plenã exercet Episcopalem iurisdictionem. Idem ibi n. 31.
10 Abbatum non reiteratur benedictio: vtique Abbatissæ. Rod. ref. 1. v. Ab. n. 2.
11 Suis dare valent subditis, ad quemcunque Episcopum, dimissorias pro ordinibus suscipiendis. Idem ibi, n. 6. Corporalia, Altaria, valent, & calices consecrare Chrismate ab Episcopo obtento: at in suis tantum Monasterijs; etiam pro vsu exterorum. Noto, in ijs, quę vnctionem requirunt, nihil cæteros Regularium Prælatos priuilegiorum participatione gaudentes posse. Idem omnino de ordinũ collatione, & primæ Tonsuræ Idem ibi ex parte, n. 7. ex alia, Diana in summa, v Abb. De Episcopi concessu confirmationem dat. Steph. Quaranta verbo Ordo in fine. Barb. in collec. v. Abb. §. 13.
12 Abbas exemptus, qui nimirum Episcopali, vel quasi Episcop. iurisdictione potitur, ferre excommunicationis, suspens. & interdicti sententiam valet, in suis item velut quasi diæcesibus leges dare. Bon. t. 2. de leg. disp. 1. q. 1. p. 3. n. 28. Ait Barb. in collect. v. Abb. de speciali Summi Pont mandato posse Abbatem Sacrum conficere Chrisma. Quoad n. 3. 5. & 10. vide tamen Barb. in Coll. Bull. v. Abbas, qui excipere videtur.
13 Abbas propriam habens diæcesim, in causis hæresis iure procedit ordinario Cæsar Carena in tract. de off. Sacræ Inquis. p. 1. t. 6. §. 4.

Abbatissa.

1 ILlegitima, probabiliter, nulla indiget dispensatione, ad hoc vt in Abbatissã adsci sci valeat. Idẽ de priorissis. Item neq; ex genere nata maculato, vel olĩ ob hæresim capite mulctato; Item corrupta, aut vidua. Itẽ iubẽte, aut Sũmo Põtifice mãdãte, ex probabili saltem, frigi Ecclesiastica valet iurisdictione, v. g excommunicare, susp. & interdictum ferre, atq; huiusmodi censuratos astringere, & censuris leuare in conscientiæ etiam foro, non Sacramentaliter tamẽ valet vnquã, vel a culpa quantulacunq; Vide Rod. de Abbatissis, seu priorissis res. 2.
2 Secus forte dicendum de filiis scænici, & Histrionis. Item inhonestam habẽs matrem. Miol. de irreg l. 1. c. 29. n. 12.
3 Cum Abbatissa allocutio excommunicationem non inducit. Dian. in sum. v. Abbatissa. Non vere Prælata habetur; præcepta non imponit spiritualia; valet ex commissione prouincialis; imponit ciuilia, vt mater valet familias Graf. de Arbitr. conf. l. 2. c. 56 n. 3. & 4.
4 Ad audiendas valet confessiones quem approbare, ratione scilicet consequẽtis, modo iurisdictionem quasi Episcopalem priuatiue habeat quoad Episcopum. Rot. decis. 352 p. 1. Episcopo annuente non prædicat, Papa prædicat mandante Maiol. de irreg. c. 29. n. 26. Monialium irritat non dispensat, vel commutat vota. Inaliquibus Regulæ præceptis non dispensat, at ea tantùm interpretatur quandoque non obligare Rod. ibi v. Abbatissa, n, 12. 13.

Abessa

Abesse.

1 IVste absens, v.g. ob simultates, exiliũ, &c. admonendus, vt procuratore constituto suum det suffragium. Fum. verb. Absens, n.1. & eo contempto, neq; vocato, ad eius petitionem actus inualidatur, pote non legitimus. Idem, ibi. Relinqui debet proc. in libertate eligendi quemlibet.

2 Abesse ab vxore vir, nulla id exigente causa, nequit, diu saltem; quando vir sui non est corporis dominus. Idem de vxore à fortiori respectu viri. Idem.

Abiuratio.

1 REgularis de leui tantũ suspicione abiuratus, ad sui Ordinis ideo nõ est officia inhabilis; secus de ob hæresim probatã abiurato. Itẽ, de vehemẽti abiuratus, auditione priuatur Cõfes.: secus de leui si sit abiuratus. Matrimoniũ cõtrahẽtes Religiosi prof. de leui vt plurimũ abiurãt tãtũ Dian. p.4. tr.7. res. 4 in fine apud P. Bon prompt. Regul. v. Abiurare. qui a t ibi v. Matrim. n.2. huiusmodi Relig. ad minus triremibus fore addicendos per lustrum. & Ant. Dian. ibi res. 5. at quoad, p. im, vide inf. n.4. ex V. l. b. 8.

2 Abiuratio non iniungitur hæretico relapso, qui in foro habetur externo pro impœnitente, licet quoad internum ad penitentiæ, & Euch. Sacramenta admittatur. Carena p.2. tract. de off. S. Inquis. tit.1. §.25. n.116.

3 Abiurationi ob hæresis suspicionem locus non datur, nisi de facto plenè constet, non si tantùm præsumptuosè, alioqui ex præsumptione, præsumptio oriretur, contra regulam iuris. Vide Carenam, ibi p.3. tit.12. §.3. n.243.

4 Abiurantes de leui Regulares, ad quæcunq; off. & dignit. euadunt inhabiles, Idem Carena p.3. tit.12. §.3. n.14. ex Decreto V. b. VIII. vide etiam Patr. Ignatium Lup. in Noua luce in edict. S. Inq. p.2. l.10. art.31 dif.1.

Ablatiuus Absolutus.

1 ABlatiuus absolutus non semper necessitatem importat, vel conditionem ad aliquid validè præstandum, sed aliquãdo modum innuit ad licitè aliquid agendum, vel ex æquitate præmittendum. Bonac. loco prout infra.

2 Quapropterea si in facultate ad audiendas cõfessiones dicatur, *tibi facultatem facimus quorumcunq; confessiones audiendi, in propria Ecclesia, vel aliorum de licentia Rectorum, seu consentiente Rectore,* &c. validè nullo præcedente Rectoris consensu huiusmodi absoluet Confessarius, at non licitè, imò se gereret inurbanè, cùm vel nulla ab Episcopo habita admonitione, veniam petere à Rectore adhuc ex æquitate teneretur; idem.

3 Præterea infertur illum, qui mandatum assistendi Matrimonio habuit, seruatis in Conc. tamen Trid. requisitis, validè assistere, vel non præmissis publicationibus, & reliquis, per Trid. requisitis, non de essentia Matrimonii: *Multa namq; fieri prohibentur, quę tamen facta tenent*, latiùs patet.

4 Præterea, potestatem habens delegatam quem à censura abnodandi, ea tamẽ

lege, ne absoluat, non satisfacta parte, validè absoluere, vel parte non satisfacta etiam satisfieri valente. Idem ibid.

5 Notandum pro dictorum intelligentia, fore verba attendenda, quibus facultas conceditur limitata, siquidem concessa facultate prout sequitur, v. g. *Aliàs nõ valeas absoluere, vel, non teneat absolutio, vel, aliter nõ possit absolui, vel, nullũ sit roboris, vel momẽti*, aut, *nõ ualeat Matrimonio assistere validè*, &c. nihil facit absoluendo, vel matrimonio assistendo, præcepto delegantis non adimpleto: siquidem per huiusmodi conditiones potestas limitatur. Si verò dicatur, *Satisfacta parte, vel nullatenus absoluatur* tantùm, actus non tollitur validitas; nam sic limitare non intendit Superior iurisdictionem, imò tantùm præmonere delegatum, ut ius obseruet commune, quod vel sine alio est præcepto, uel admonitione obseruãdum. Bonacc. de cens. in cõm. disp. 1. q. 3. q. 9. t. 1. hæc omnia; secus si ad dispensandum delegetur facultas cum conditione de aliquid pium iniungendo à Delegato, v. g. Eleemosyna. Portell. p. 1. c. 2. in Resp.

Abortum procurantes.

1 NOn licere abortum procurare, dato sit fœtus inanimis, ad puellæ, fœminæ, pregnantis mortem euadendam, uel infamiam, ait Diana 3. p. tr. 5. Misc. res. 11. pag. 149. negante Emanuele Sa verbo hom. n. 1. at minus probabiliter.

2 Quod si mater fœtu animato grauiter laboret, ius ad sumenda habet medicamenta, ad pellendum morbum directè ordinata, præter intentum licet proles enecetur, per accidens namque hoc accidere permittitur, non item intenditur; vtriusq; verò nempè matris, & fœtus, salute conclamata prudens applicet medicus ad matris salutem, remedia, permisso fœtu ab eis interire. Diana vbi sup.

3 Contra abortum animatæ prolis, Sixti V. adest excomm. secus fœtu inanimi. Vide correctionem Greg. XIV. Huius excommunicationis, vel crassa, & supina excusat ignorantia. Bon t. 3. disp. 1. q. 2. p. 10. n. 10. Huius delicti reus immunitate non gaudet Ecclesiastica. Sacra conc. Cong. 1632.

4 Præter excomm. contra huius delicti reos Clericos, adest per Sixtũ V. pœna Clericalium priuilegiorum amissionis dignitatum, benef. & ad illa inhabilitatis, &c. neq; per Greg. fuit sublata. Bon. ibi. & Barbosa in collect. v. abort.

5 Hæc excommunicatio per Papam, aut Episcop. in foro tollitur conscientiæ, imo & per quemcunque ad hoc per Episcopum specialiter delegatum confessariũ, non alium. Ibi n. 15. 16. p. 10.

6 Absoluere autem Regularẽ huius delicti reum, ipsius est Superioris, imo ex probabiliori, teste Roder. q. Reg. de abortu res. 4. n. 8. confessarii valent Regulares, præsertim ad id per Superiores suos specialiter delegati, etiam laicos absoluere. Præterea super irregularit. ab hoc delicto procedente dispensant. Idem ibi n. 6. & Portell. v. abortus n. 10. occulto delicto. Idem de quacunq; alia irregul. ex homic. uoluntario occulto proueniente, quoad superiores tamen erga subditos. Id autem non ualent Episcopi, nisi in non plenè uoluntario. Nota iuxta Dian. p. 4. fol. mihi 36. res. 8. probabiliter Sacerdotem à se pregnantem redditam famulam, abortu procurantem, ab eo non impedientem, non fieri irregularem, secuto abortu. Itẽ, qui à consilio de abortiendo, fœminæ dato, nequiuit fœminam abducere probabiliter,

neq;


neque is fit irregularis. Idem ibi. res. 15 fol. 58. & ref. 8. f. 1 36. mihi ...

7 Patrato ab aliquo foetus abortu dubio de animatione extante, probabiliter nulla est irregularitas timenda, rel. 16. ibi p. 4. Idem Diana. At tu tene contrarium, cum agatur de dubio homicidij, sequi de quacunque alia irreg. dubia. Nota, masc. die 30. foeminam 42. à copula animari. Portell. q. praeall.

Abrogare.

1 ABrogare est in toto destruere, derogare, in parte legem tollere.
2 Legi derogatur primò, propter temporum imparem successionẽ, 2. propter mala ex legis obseruatione sequentia, 3. propter dissuetudinem, uel in contrarium consuetudinem; sinito quoad humanas, non leges diuinas, aut naturales. Be. tolsum u. abrogare.

Absolutio ab hæresi. Cap. I.



1 AB hæresi publica, tantùm per Papam fit absolutio; mortis tamen remoto periculo, in eo enim casu nulla cuiuscunque, & quantumcunq; grauissimi sceleris extat reseruatio, neq; ulla Episcopi requiritur approbatio in Sacerdote, imò uel approbato præsente, simplex ualet sacerdos mortis laborantẽ periculo à quibuscumq; cẽsuris, etiam publicis, & peccatis absolutione donare, teste Anton. Diana 1 p. tr. 5. ref. 5. etiam Sacerdos excomm.

2 Item præsente Superiore sibi reseruante, ualet inferior Confessarius uel simplex Sacerdos, nulla à Superiore licentia obtenta, uel petita probabiliter ab oībus moribundum peccatis, & censuris abstringere, etiam ab hæresi; obligatione tamen manente, mortis euaso periculo, se superiori pro censuris præsentandi, non item pro peccatis; iuxta dicenda infra, Vide Dian. ubi supra, cum multis ibi allegatis. Et Em. Sa in Aph. u. absol. sic; ex communi doctorum habetur sententia.

3 Posse Prælatos regulares suos absoluere subditos ab occulta hæresi, sunt qui asserunt, uide dus P. Ignatius in noua Luce in edictum S. Inquisit. qui de absolutione ab hęresi sic ait, & cum communi primò, hæresis tantùm externa, aut interna solùm, à quolibet ualet approbato tolli; deinde ait, loquendo uerò de occulta hęresi, quoad secretum conscientiæ forum, alij aiunt, negant uerò alij, Regulares per eorum posse superiores liberari. Idem de Episcopis respectu suorum, qui ui posse Cõcilij sess. 24. c. 6. adhuc secretam tollere hæresim haud improbabiliter asserunt; posseue utrosque ad id agendum secum, uel cum subditis alium delegare: quoad autem Regulares intelligo de Superiore Prouinciali, aut Generali, non uerò de immediato, u.g. Priore, aut Guardiano, quos suos non posse subditos ait absoluere. Verum tamen, quod Prouinciale, aut Gener. absente, se ualent patres Episcopo pro ab hæresi occulta obtinenda absolutione præsentare, de immediati Superioris tamen licentia, imò sine ea, iniustè denegata; quod si dicatur Regulares per suos nõ posse Sup. huiusmodi impertiri absolutione, ut sæculares ualent probabiliter per Episcopos ui Concil. Trid. sequi necesse erit inferioris esse conditionis quàm sæculares, dum pro absolutione habenda cogerentur extra Monasteria, & Relig. uagari

gari:hoc non uidetur de Papæ intentione credendum. Tandem inquit, hanc amplector opinionem, cum enim certò Ecclesiæ constet Romanæ supradictum sub lite uersari inter Doctores, neq; adhuc constet super hoc satis claram editam esse declarationem, sequitur quòd unicuiq; Ecclesia permittere censeatur quam uelit sequi opinionẽ. Sic Lupus ille supra alleg. in sua noua Luce p.2.l.10.a.3.diff.1.& 2. de hæretico occulto. Et ego infra in Miscell. pro Regularibus.

4 Quod autem Cæsar Carena dicit tract. de off. S. Inq p.2.tit.2.n.61. vbi ait Episcopum, & Inquisitorem hodie non posse hæresim, nisi in foro exteriori tollere, id verum forte erit de legis rigore, at stante Ecclesiæ permissione, vt sup. ex Ignatio Lupo, tutè affirmatiuam quisq; sequi valebit sententiam, cum Ecclesia sua tacita permissione, vt dixi, det iurisdictionem; vide omnino me in miscell. vbi sup. vbi ex Villalobos multa pro hac difficultate adduxi exempla. Ego interim in neutram volo Lectorẽ partem inflectere, contentus probabiles attulisse vtrinq; opiniones, elige quam mauis, neq; temere quicquam facies vtrum amplexus fueris. Moneo tamen, vt priusquam alterutram forte carpas, aut reijcias opinionem ne pigeat pro vtraq; parte videre, & diligenter perpendere Auctorum rationes, & hinc abunde pro altera utra parte amplectenda habebis fundamenta. Primò, Villalobos in summa t.1.tract.9.diff. 61.n.5. Sausa in bulla Cœnæ, c.23.diss. 10. n.7.concl.3.p.enim in priuil. minim.t.1.cons.4.Sixti IV.§.3.n.10.& seq. laur. de portell. in addit. ad dubb. regul. v. Abbas n.10. Suar. de Relig. t.4.tract.1.l.2.c.21 apud Dian.3.p.fol.mihi 25.res.10. licet ipse ad finem res. in negatiuam inclinet partem. Item Petr. Miranda t.2.Man.q.9.a.10. Roderiq. Em. in Quæst. mor. compend. rc.l.3.n.3.&c. Tandem vide portell. resp. Mor. casf.41. Barbosa in coll. Bull. v. absol. Cæsarum Carenam tract. de off. S. Inq. p.2.tit.2.n.61. Ignatium lup. in noua Luce, p.2.l.10.a.3.diff.1.& 2. Bos. de priuil. iubil. cas. 10. §.16.n.11. Quibus visis, quod magis arridebit tutè eligas.

5 Hæreticus pœnitens si ob scandalum euitandum, vel infam. celebrare, vel Laicus communicare debeat, neq; qui absoluat, copia suppetente, contritus tutè celebret, vel Sacrum sumat Pabulum, de contritione diffisus, cõfiteatur cuicũq; approbato, & absoluatur. Diana p.1.tract.5.res.4.& 4 p.f.mihi 160. idem de quacunque alia detento censura, id necessitate exigente.

6 Virtute iubil. electus Cõfessarius, tollere occultam nequit heresim, dato in Bulla facultas fiat quodcũq; tollendi pecc. & censuram in Bulla Cœnæ, contentã

7 Purè mentalis hereticus à quocunq; Confessarius absolutione donatur, potè qui nulla afficitur excommunicatione, iuxta sup. n.3.

8 Morte plectendus, si hæreticus inueniatur, nulla est absoluendi petenda ab Inquisitore, vel Episcopo facultas, etiam in sententia dicentium per Episcopũ, & Inquisit. tolli posse occultam hæresim; nulla quippe in mortis artic. extat reseruatio, vt sup. in princ.

9 Blasphemus hæreticaliter, at sine interno errore, à quocunq; valet absolui

10 Noto, quando in rescriptis Pontificis habetur, te absoluentes, &c. per eam clausulam nõ tolli excom. in foro conscientiæ ob hæresim contractam, imò neq; aliam, sed tantum eius suspendi effectum quoad impediendum ne fiat collatio v.g. beneficii valida. Idem Cæsar Carena, vbi sup. 2.p.tit.8.§.7.

Ab-

Absolutio à Bullæ Cęnę casib. C. 2.

1 ABsolutio à Bullæ Cœnæ casibus iure valet ordinario per Papã solũ impertiri, per se, vel alios, huiusmodi habent probabiliter facultatẽ etiã Episc. secreta cẽsura existẽte, & hoc vi Cõc. Trid sess. 24. c. 6. vt sup. de abs. ab hæresi occulta. Vide ibi cit. auctores, presertim Ignatiũ Lupũ in Luce in edictum S. Inq. p. 2. l. 10. a. 3. diff. 1. & 2. Qui ibi idem probabiliter tenet etiam de Regularium prælatis, nempe Prouinciali, & Gen quoad subditos. Huiusmodi enim Bullæ casus occulti, vi Concilij ibi sunt Episcopales, proinde etiã per superiores sunt Regularium absoluendi, quo ad subditos secretè delinquẽtes, cum tantam & ipsi habeant in subditos vi Concilij ibi sess. 24. c. 6. facultatẽ, quantam Episc. respectu sæcularium; alioqui absurdum foret cogi Regulares pro huiusmodi casibus occultis tollendis extra Monast. vagari, & Relig cum tamen pro sæcularibus sit vi concilij prouisum, nequè inferioris debent esse Religiosi cõditionis laicis sæcularibus, neq; Papę intentio huiusmodi creditur, nempè pro sæcularibus prospectum esse voluisse; pro verò Religiosis, minimè, cũ alioqui sẽper studuisse Pontifex noscatur omnem Religiosorum vagandi occasionem tollere, & clausuræ consulere. Vide Ignat. Lup. in Luce in edict. S. Inq. vbi sup. & cæteros sup. cit. D. D.

3 In mortis articulo, non dubium, posse, iuxta sup. de absol. ab hæresi, quemcunq; à quacunq; soluere censura, etiam publica, rel cta tamen quoad censuras, non peccata, obligatione, mortis euaso peric. se superiori præsentandi obligatione, non iterum vt absoluatur cens. imo solùm, vt superioris debitè mandata suscipiantur; quod nisi absolutus præstiterit, in eandem, vel similem labetur censuram. Præterea, pignoratitiam, vel fideiussoriam dabit confessariò cautionem, si fortè ad restituendum teneri constet offenso, modo ad statim absoluendum, vigente periculo, confessarius non cogatur! plusquam enim est illud verum, *nemo ad impossibile tenetur*: itẽ illud scitũ, *qui fecit quod potuit, legẽ adimpleuit*: hoc palam apud omnes habetur D D. Vide eos suis locis.

4 Ab his excomm. absoluere temerè audens, debita non obtenta facultate, in excommunicationem labitur nulli res. & nihil agit; at priuilegij prætextu absoluens, excomm. incurrit res. Bonac. t. 3. disp. 1 q 2 . p. 1. 2. &c.

5 Si Prælati à sup. dictis absoluunt censuris Religiosos, prout supra dictũ est probabiliter absoluere posse, casu occulto, vt & de Episcopo, non absoluunt priuilegiorum prætextu, sed veris priuilegijs: nam prętextus, significat apparentiã, & velamen, quo moueri se quis ad aliquid agendum simulat, sub legitime auctoritatis colore, quæ non est, aut si fuit aliquando, iam desiit; ob id prætextus non excludit quod legitima sit facultate, qui per Clem. IV. regularibus fit. Facit etiã quod in dubiis, principis non censetur reuocari priuilegium. Item priuil. Bullæ Cruciatæ non reuocatur per Bullæ Cœnæ publicationem, iuxta cõmuniorẽ, ergò neq; Clementis IV. regularibus pręlatis concessum, quod minoris non est momenti. Ego in re tot obsita difficultatibus, & Doctorum pro vtraq; parte validissimis rationibus, meam non audeo inserere sententiam, lectorem admonuisse contentus, ne antequam alterutram amplectatur opin. videre omittat D. D. sup. de hæresis absolutione, in fine.

6 Qui

6 Qui cum ignorantia crassa, vel supina huius prohibitionis, à sup. dictis casibus Bullæ, cum non valeat absoluit, nullam incurrit censuram, quidquid sit de peccato: nam præsumptio, & ausus requiritur in Bullæ calce. Bon. vbi sup.

7 Vtrum laicus, vel fœmina in articulo constitutum mortis à sup. dictis, & alijs excomm. valeat absoluere, non ita est certum, affirmant antiquorum nō paucis, negantibus vt plurimum recentioribus. Sacerdos autem, etiam excomm. publicus, & degradatus id beneficij valet præstare morituro; id forte, & sīplex valet Clericus non sacerdos. Etiā in sententia dicentiū Episcopū, & Prælatos Relig. absoluere non posse à sup. dictis etiam occultis, casu tamen quo aliquo communicandi, vel celebrandi vrgeat necessitas, ob v.g. inf. euit. scandalū, absoluere valent aliqua ex sup. dictis censuris detentum. Bon. t. 3. d. 1. q. 22. p. 2. n. 14

8 Huius Bullæ excommunicationes omnes, & iuris communis censuras vniuersas simul collectas habes in Catalogo per me edito ad fin. Veritatis Cōpēdiosæ.

Absolutio censurarum, Cap. III.

1 IVre communi censura per Episcopum tollitur nemini reseruata, Capitulū sede vac. Abbates, imò alij Religiosorum id valent Prælati quasi Episcopalem habentes iurisdictionem, fori nempè contentiosi. Cęteri autem Cōfessarij dictas valent tollere censuras nemini reseruatas, quasi ex Summi Pontificis mandato. Tol, l. 1. c. 17. n. 4.

2 Valente excommunicato parti priùs satisfacere læsæ, neque satisfaciente adhuc si per priuilegiatū, v.g. Iubilei tempore Cōfessariū absoluatur, validè absolutus manebit; ratio quę sup. in principio, verbo, casus abl. at iniustè absoluitur.

3 Huiusmodi tamen absoluentem teneri, defectu absoluti, satisfacere, sunt qui aiunt, & bene. Vide Ant. Diana p. 5. tract. 9. de excomm. res. 12. Auila de censur. p. 2. c. 7. disp. 3. dub. 9.

4 Tempore iubilæi à censuris absoluens Confessarius, non absoluit ad reincidentiam, sed cum iuram. de parti satisfaciendo absoluere valet ad reincidētiā.

5 Ad effectum Iubilæum lucrandi, quis valet, iuramento præmisso de satisfaciendo (nisi re valeat ipsa absolutioni præmitti satisfactio) absolui: ita tamen vt nisi iuramento steterit, in censuras easdem relabatur: in foro saltem exteriori. Idem Diana vbi sup. res. 25. Moscolus tract. 6. c. 7. n. 5. 6.

6 A cēsuris valet dari absolutio iubilæi tēpore extra Cōfessionē. Idē Diana.

7 Imò per Confessarium Regularem vi valet priuilegiorum, Iubilæi etiam extra tempus, & Confessionem. Castropalaus, t. 1. tract. 10. disp. 6. p. 15. n. 6.

8 Pænitēte totalē præmittere parti læsæ satisfactionē nequeūte, partialē possibilē præmitti oportet, alioqui absolutione nō donetur omninò, vt potē īdignus

9 Penitente cautionem dare pignoratitiam, aut fideiussoriam valente, iuratoria non acceptetur omninò; pluris nanque illa, quàm ista meritò solet æstimari, ob hominum nimium infirmam fidem. Villalobos in summa tom 1. tract. 6. d. 12.

10 Non præmissa satisfactione à censura abstrictum, adhuc satisfactionē teneri, vt primùm se opportunitas dederit præbere non ambigo. hæc omnia etiam

Diana

Diana prima,& 5 parte;tract.11.& 9.& 4.p. tract.4.

11 Censuram, vel non reseruatam, sed per sententiam latam particularem, in particularem aliquam personam, non quicunq; tollit Confessarius approbatus, vt dixi, n.1. hic, tollere quidem posse censuram generaliter latã, nemini reseruatã. quandoquidem huiusmodi non valet censuram tollere, nisi ille ipse, qui eã tulit, aut certè ipsius loco successor, vel superior; vel tandem ad id facultatem specialem ab iisdem habens. Vasquez dub. 20.n.8. apud Bon.de cens. in cõmuni disp.1. qu.3. punct.1.n.6. Valet tamen Confess. Regularis. Rod. v. absol. n.36.

12 Si quis exempli causa, hic Brixiæ aliquam incurrat excommunicationem non res. ab Episcopo per sententiam latam generalem, deinde se Bergomum conferat, iure valet communi à quocunq; tandem approbato ibi absolutione donari, sicut valet à peccatis, Idem Bon. ibid. n. 7.

13 Quilibet Confessarius à mortali absoluere iure valens, tollere itidem interdictum valebit personale speciale non reseruatum: non item localε, vel generale personale, vt suo patebit loco. Idem ibid. n.n.10.

14 Summo Pontifice alicui facultatem faciente à casibus sibi res. absoluendi & censuris, non ob id tollere in Bulla Cænæ contentas valebit excommunicationes; quandoquidem generali non comprehenduntur concessione, imò specialem requirere censentur facultatem, Idem eod loco, n.13. & Vgolin. tab. 1.c 10.§.4.n.84 & hoc probabilius.

15 Solis verò casibus concessis pontificijs, & excommunicationum absolutionem concessam fore est tenendum, Bullæ Cænæ demptis; nullum Summo P. crimen reseruatur, nisi ratione censuræ.

16 Absoluendi facultate a Summo Pont. concessa ab omnibus censuris: à reseruatis item concessa absoluendi videtur facultas; siquidem aliàs inanis huiusmodi foret concessio: cùm vel sine ea quiuis valeat Confessarius à non reseruatis absoluere, iuxta quę sup. hic. Bullę semper excommunicationibus (vt sup. n.14) exceptis; quibus etiam concessis, adhuc ob hæresim contracta excipitur excommunicatio, de ea speciali non facta mentione. Suarez disp.7. sect.4 n 12.

17 Ab Episcopo concessa facultate à sibi casibus reseruatis absoluendi, non ideo à censuris ipsi res. absoluendi censetur facta facultas. Idem ibi, n. 12.

18 Nedum valent Episcopi à censuris à se latis, vt patet absoluere, vel suis prędecessoribus, verùm & à quibuscunq; censuris, & à casibus occultis Summo Pont. reseruatis, per se, vel alium ad hoc specialiter deputatum. Trid. sess. 24.c.6. Idem probabiliter dicendum de Capsede vac. Say. 2.l.4 c. 12.

19 Imò, & de Prælatis Episcopalem habentibus iurisdictionem; namq; debent fauorabilia extendi; huiusmodi autem Tridentini facta facultas est fauorabilis, ideò & his factam censendum; delicto extante tamen occulto, neq; ad forũ deducto contentiosum. Ita Rodriq. tom. 1 qu. Regularium qu. 61.a.9.

20 Præterea Episcopum, &c. posse à censuris per sententiam generalem ad certum latis tempus, vel ad triennium imposita suspensione, absoluere intra prę fixum terminum, sunt qui asserunt multi, & quidem probabiliùs, quã alij negent, modò, vt sup delictum non sit publicum, famosum, aut notorium: Bullæ semper, vt dixi, Cænæ casibus exceptis, etiam secretissimis, ut probabilior fert opinio. Sic enim colligi posse videtur ex Conc. Trid. sess. 24.c 6. Vide Bon. vbi sup.

21 Violatæ clausurę delictum non excipitur, vel in duello pugnantium, de-

B licto

licto occulto;neq; extare in contrarium videtur Cong. Cardinaliũ declaratio. Vide Bonac vbi sup. n. 2. t. 1.

22 Huiusmodi tamen absolutio ad forum conscientiæ solum extenditur, id. c. Trid ibi. & fiat oportet in propria diæcesi, dato absoluendus extra diœcesim inueniatur, non enim absolutio requiritur sacramentalis. Ibi.

23 Delicto ad forum deducto contentiosum, sed nõ probato, adhuc absoluit.

24 Finito vero iudicio, & reo punito, ampliùs non poterit Episc. suo impedire subdito absolutionis beneficium ab excommunicatione ob delictum contracta iam punitum Idem ibi, & Reginaldus l. 3. n 135. & alij.

25 Alibi publice delinquentem papę reseruatè, nequit Episcopus vbi eius ignoratur delictum absoluere prętextu secreti, alioqui iurisdictionum oriretur confusio Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 2. n. 2.

26 Delinquentem publicè, & Papæ reseruatè, si aliquo laboret legitimo impedimento, quo minus Papam adire queat, Episcopus absoluit, v g longa laborãtẽ infirmitate, senectute, paupertate, defectu sexus, vt fęminam, vel impuberẽ, et id genus, ad prudentis iudicium. Nau. c. 27 n. 90.

27 At huiusmodi sublato impedimento, Papam adeat oportet, pro eius mandatis suscipiendis, non iterum absoluendus, vt sup. alibi bis.

28 Probabilius tamen si per epistolam Papam adire queat, mittat oportet, pro absolutione obtinenda papali. Bonac vbi sup. n. 4. t. 1.

29 Ad legatum, vel alium absoluendi priuilegium habentem ire nolentem excommunicatum, non absoluat Episcopus: nulla siquidem iusta causa adesse cẽsetur, vt absolui ab Episcopo queat; hoc patet.

30 Præterea huiusmodi impedimentis detentos Episcopus ab excom. quibit ob in Clericum violentam manum iniectionem contracta, vel ob immunitatis Eccl. violationem, simoniam realem scienter contractam, vel tandem ob confidentiam beneficialem. Idem ibi.

31 In his casibus, cuiuscunq; virtute priuilegij papalis, nullus valet, [Episcopo dempto] absoluere, quacunq; vel grauissima vrgente necessitate, mortis excipio periculum, patet ex Clem. viij. decreto, quod incipit Sacra Congregatio, quo nõ videtur limitata concessa Episcopis facultas. Trid. sess. 24. Idem ibid. Reg. l. 1. n. 145. Henriquez de penit. l. 6. c. 16 n. 1. & cap. 9. n. 7. & c 1 n 1. & 2.

32 Potestatem hanc valent Episc. nedum in sibi subditos exercere, verùm & Religiosos, dato se Episcopis subijcere velint pro absolutione obtinenda, defectu Superioris, qui id præstare possit. Idem de dispensatione à votis in Superiorũ absentia. Bonac. ibi n. 5. vel Confess. Regularis.

33 Qui extra diocesim fuit per statutum, vel sententiam excommunicatus generalẽ, ad patriam vbi habitat, reuersus, à proprio valet Episcopo absolui: secus si per sententiam particularem excommunicatus inueniatur; eo namq; euentu ad ipsum spectat latorem absolutionis impendere beneficium, idq; ob id, nam iã amplius non esset occultè irretitus, vt Trid. requirit. ibi Tum ratione causæ apud excommunicantem inchoatæ.

34 Ad hoc, vt quis à quocunq; valeat Sacerdote absolui, & à quocunq; excessu, articulus mortis à mortis non differt periculo.

35 Non quæcunq;, tẽpore mortis tollitur censura, at solùm susceptionẽ quæ impedit Sacramentorum, nec non Ecclesiasticam sepulturam, v.g. excommunicatio,

tio, interdictum personale, à Sacramentorum susceptione suspensio: tandem ab Ecclesiastica sepultura suspensio, Idem p.2.& 3. per totum.

36 Hinc irregularitatem, ab ordine suspēsionē, ab officio, vel beneficio, patet in mortis periculo non tolli, quippe quæ à gloriæ consecutione non retardant.

37 Qui à peccatis non valuit, tamen à censuris absolui vtiq; valebit, vt sic reliquorum fiat particeps Sacramentorum, nec non Ecclesiasticę sepulturæ.

38 Qui mortis imminente periculo ab excomm. fuit ad reincidentiā abstrictus, mortis sublato periculo nisi se, vt mandatum acceperat, superiori sistat, vt sup. si erat denunciatus, denuò venit euitandus, & hoc ob id, nempè ne censuræ illudat. Idem ibid. n. 18. Sanchez n. 14. Suarez de pœnit. d. 30. sect. 3. n. 6.

39 In casuum reseruatorum absolutione, tempore, vel mortis periculo, non vlla exigitur, se præsentandi promissio; nullam excommunicationem reseruatis annexam habentibus; secus si habeant, Ibid. n. 19.

40 Sit oportet absoluendus absoluenti subditus, nec non ab eo distinctus; Id p. 4. n. 1. & 2.

41 Vel inuitus, & ignarus, & absens quis absolui quit; sicut excommunicari;

42 Limito, nisi Sacramentaliter debeat absolui: eo siquidem casu uoluntatē, præsentiam, & scientiam requiri non dubito, n. 4.

43 Absenti collata absolutio, statum suum sortitur effectum, etiam nondum absoluto de absolutione admonito. Alterius l. 4. disp. 6. cap. 1. col. 5. & t. 2. d. 8. c. 4

44 Iisdem Confessarius vti valet verbis, quibus & in peccatorū absolutione. nempè, *te absoluo*; & tunc natura prior est absolutio excommunicationis, quàm à peccatis.

45 Nullus, Papa dempto, per nutus, & signa tollere cens. valet sine verbis, vel scriptura, quibus satis absolutio significetur. Idem Bon. ibid. p. 5. n. 1. 2. 3. 4. 5.

46 Ab vna petens absolui censura, ab alijs non remanet (si teneatur) cēsuris liber, licet valenti confiteatur ab omnibus absoluere; præsertim extra Sacramētum: siquidem in Sacramentali solet Confessione Sacerdos absolutioni à peccatis omnium censurarum præmittere absolutionem, in quantum potest, & pœnitens indiget; ideò ab omnibus, etiam oblitis remanet censuris liber, & absolutus, sola peccatum confitendi, si meminerit, manente obligatione, Saij 2. l. 2. c. 25. n. 13. Suar. disp. 7. sect. 9. n. 4.

47 Hoc idem de peccatorum reseruatorum absolutione; nam reseruatio tollitur omnium, etiam de quibus, ob inculpabilem obliuionem, non est confessus, si tollere reseruationem valenti fiat Confessio; & modò tollere eam Confessarius intendat, vt id intendere par est, Bonac. ibi. p. 6. n. 5.

48 Sequitur, huiusmodi postea reseruata à quocunq; simplici posse Confessario absolui; imò & quæ censuram habuere annexam Ib.

49 Casu, quòd Confessarius facultatem habeat limitatam absoluendi in Sacramentali foro, & censurarum collata absolutione, pænitens moriatur, à peccatis non accepto absolutionis beneficio; ab vtrisq; diceretur absolutus, quippe data fuit simpliciter absolutio, & nisi explicitè, at saltem implicitè, eo casu voluit ab vtrisque Confessarius absoluere, Suar. d. 7. sect. 5. n. 6.

50 Probabiliter [quidam asserunt] censurarum impendi posse absolutionem extra Confessionem, dato in concessione habeatur sic, *Confessione prius peccatorum audita, à peccatis, & censuris absoluatur*: quandoquidem particulam,

audita confessione, referri ad absolutionem existimant peccatorum; quam cõstat impendi ante eorum confessionem minimè valere. Coninc. disp 14. dub 16 n. 25

51 Qui absoluere, & absolui in foro valet conscientiæ, non tamen Sacramẽtaliter ob id absolutus censetur, nec absoluere quando aliud esse compertum est forum conscientię, & aliud Sacramentale; quorum etiam vtrunq; à fori distinguitur foro. Hoc patet in parocho nondum Sacerdotali decorato ordine; cui concedi potest vt à censuris suos absoluere valeat subditos, in conscientię, non verò Sacramentali foro Bonac p. 7 prop. 2 vbi sup.

52 Facultate alicui facta aliquem absoluendi, imposita pœnitentia, in pœnitẽtiali foro censetur absoluendus: nedum in foro conscientiæ, Ibi n. 10.

53 Absoluendi facultatem habens à censuris in pęnitentiali foro, iniuncta pęnitentia, extra Sacramentum absolutionem valet impendere; censura quippe materia est absolutionem non requirens Sacramentalem, saltem necessariò, Ibi. n. 9.

54 Secus de facultatem habente à reseruatis in foro pænitentię absoluendi; hic namq; in Sacramentali debet foro necessariò absoluere: quando peccata reseruata materia necessaria habentur Sacramenti Confessionis, Ibi. n. 10.

55 Nota pænitentem à censura non remanere abitri&um, à qua petit absolui in generali, sed eam absoluenti malitiosè aperire non vult: ratio videtur, quia Confessarius ab ea absoluendi non præsumitur intentionem habere, quam pęnitens malitiosè renuit aperire censura; neq. huiusmodi debet intentio haberi: secus si ignoranter reticeatur, n. 11. eod. loco.

56 Virtute Iubilæi facta confessarij eligendi facultas, qui ab omnibus absoluere valeat casibus, & censuris pænitentem (probabiliùs) extendi eatenus non censetur, vt Confessarius eligi alius valeat diœcesis. Sacra Congr.

57 Iubilæi tempore à peccatis res. & censuris absolutus, non in eas reincidit dato postea consequi renuat Iubilæum; absolutio siquidem absolutè, non ad reincidentiam fuit impensa. Addo huiusmodi haud graui culpa deuinci non lucrando; quando priuilegium non confertur inuito. Sa. v. abs. n. 18.

58 Sub conditione de præterito, pręsenti, imò & de futuro, data à censuris absolutio valet. Quòd valeat de præterito, & præsenti, patet, nam & à peccatis valet. De futuro autem, item constat; namq; sub conditione de futuro quis valet excommunicare, & excommunicari, imò nedum validè, verùm & licitè de futuro quis absoluet, iusta id, & legitima causa exigente, v. g. si dicatur, *te absoluo, si intra mensem satisfeceris, communicaueris*, & id genus. Sayr. l. 2. c. 16. n 7. apud Bon. ibi.

59 Per mendacia, vim, dolum, vel errorem extorta à censuris absolutio, nullius est valoris: si dolus, &c. causam dedere absolutionis finalem.

60 Hinc, qui mentiendo, se dixit satisfecisse, non posse, & id genus, nulliter absolutione donatur: non intendit superior nisi iuxta narrata absoluere. Alterius l. 4. disp. 5. c. 3. Filliuc. c. 10 q. 5. n. 321. & q. 6. ad fin.

61 Per vim, vel metum ab excommunicatione absolutionem extorquens, nedum validè non absoluitur, verùm in nouam labitur excomm. c. vnico, in 6. Modo iniustè vis, &c. incutiatur, & sit metus in constantem virum cadens, & ab homine, non à Deo, vel à causa incutiatur naturali, vel intrinseca; vt de voto, & matr. patebit. Cap. Vnic. in 6.

62 Tunc quis in foro dicitur tantùm interiori, & conscientiæ absolui, quãdo ab


ab eo absoluitur, qui facultatem accepit quidem absoluendi, at relicta facultate de delicto in foro exteriori cognoscendi, & reum debitè mulctandi Quòd si de huiusmodi impensa absolutione publicè constet, sic absolutus liberè cum cæteris valebit communicare fidelibus, quippe qui verè fuit absolutus: non item si secretè absolutione donetur.

63 Absoluendus ab excomm. ob aliquod enorme delictum, v g. Clerici percussionem, vel in Bulla Cænæ contentum, det oportet loco cautionis iuramentũ, non amplius quid simile patraturum, saltem solemniter, & publicè si fiat absolutio: secus si in foro tantùm pœniteatiæ, vt Iubilæi tempore; quo etiam tẽpore, vel quotiescunq; in foro solùm absoluitur conscientiæ præmitti non est opus ceremonias in c. à nobis, de sent. excomm in 6. nempe verbera super nudos pœnitentis humeros, cum precum quarundam recitatione, & oratione, Deus cui proprium, &c Reliqua huc fortè spectantia, infra de absolutione habebis in generali, cùm de pœnit supradicta à n. 11. etiam ex Bonac. de cens. in communi dis. 1. q. 3 p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. . 9. & 10.

64 Iubilæi vi ablata publica censura, in externo quicquam foro non suffragatur huiusmodi absolutio, pote quia ex communi summorum Pontificum praxi in Bullis Iubil. huiusmodi apponi solet clausula, nempe ne absol. à cens. pro foro externo suffragetur Suar. t. 5 in 3. p D Th. de cens, disp. 7. sect. 5. apud Cæsarem Carena de off S. Inq. p. 2 tit. 8 §. 6. n. 28.

65 Poterit igitur iudex ad partis instantiam contra sic absolutum procedere, ac si absolutionis non accepisset benef Carena ibi.

A casibus absolutio reseruatis, vide quæ sup. à censuris. Cap. IV.



PRo materia hac ab re non erit videre Henric. de Gand. quodlib. 1. q. vt infr tom. 1.

1 Confessarij occasione Iubil. à casibus nequeunt reseruatis absoluere, conditione pœnitenti imposita Iubilæi suscipiendi absoluta debet Sacramentalis esse absolutio. Diana 3. p. tract. 2 res. 145. vers. Aduertam.

2 Num casus quisquam sit, aut non, reseruatus, dubio existente, quisq; Confessarius validè absoluere quit; strictè odiosa sunt interpretanda, & talis reseruatio censetur Diana 4 p. tr. 3. res. 4. f. 63.

3 Obtenta à Confessario quem absoluendi licentia à reseruatis iàm patratis, eundem, si forte in eosdem incidisse casus comperiat, valet ab vtrisq; abnodare, dato post obtentam inciderit facultatem. Propositus 3. p. D. Th. de res.

4 Peregrinum casus in sua diœcesi reseruatos habentem, modò vbi confitetur item non sit reseruatio eorundem, à quocunq; ibi Confessario absolui posse cõmuniter fatentur. Idem prop ibid de res. casuum dub. 3 n. 12.

5 Aliquando ad Episcopum aditu non patente pro reseruato, simplex valet Confessarius abnodare pœnitentem, Diana 5. p. tr. 14. res. 58. f. 350.

6 Sibi

audita confessione, referri ad absolutionem existimant peccatorum; quam cõstat impendi ante eorum confessionem minimè valere. Coninc. disp 14. dub 16. n. 25

51 Qui absoluere, & absolui in foro valet conscientiæ, non tamen Sacramẽtaliter ob id absolutus censetur, nec absoluere quando aliud esse compertum est forum conscientiæ, & aliud Sacramentale; quorum etiam vtrunq; à fori distinguitur foro. Hoc patet in parocho nondum Sacerdotali decorato ordine; cui concedi potest vt à censuris suos absoluere valeat subditos, in conscientiæ, non verò Sacramentali foro Bonac p. 7 prop. 2. vbi sup.

52 Facultate alicui facta aliquem absoluendi, imposita pœnitentia, in pœnitẽtiali foro censetur absoluendus: nedum in foro conscientiæ, Ibi n. 10.

53 Absoluendi facultatem habens à censuris in pœnitentiali foro, iniuncta pœnitentia, extra Sacramentum absolutionem valet impendere; censura quippe materia est absolutionem non requirens Sacramentalem, saltem necessariò, Ibi. n. 9.

54 Secus de facultasem habente à reseruatis in foro pœnitentiæ absoluendi, hic namq; in Sacramentali debet foro necessariò absoluere: quando peccata reseruata materia necessaria habentur Sacramenti Confessionis, Ibi. n. 10.

55 Nota pœnitentem à censura non remanere abitrictum, à qua petit absolui in generali, sed eam absoluenti malitiosè aperire non vult: ratio videtur, quia Confessarius ab ea absoluendi non præsumitur intentiooem habere, quam pœnitens malitiosè renuit aperire censura; neq. huiusmodi debet intentio haberi: secus si ignoranter reticeatur, n. 11. eod. loco.

56 Virtute Iubilæi facta confessarij eligendi facultas, qui ab omnibus abnodare valeat casibus, & censuris pœnitentem (probabiliùs] extendi eatenus non censetur, vt Confessarius eligi alius valeat diœcesis. Sacra Congr.

57 Iubilæi tempore à peccatis res. & censuris abnodatus, non in eas reincidit dato postea consequi renuat Iubilæum; absolutio siquidem absolutè, non ad reincidentiam fuit impensa. Addo huiusmodi haud graui culpa deuinci non lucrando; quando priuilegium non confertur inuito. Sa. v. abs. n. 18.

58 Sub conditione de præterito, præsenti, imò & de futuro, data à censuris absolutio valet. Quòd valeat de præterito, & præsenti, patet, nam & à peccatis valet. De futuro autem, item constat; namq; sub conditione de futuro quis valet excommunicare, & excommunicari, imò nedum validè, verùm & licitè de futuro quis absoluet, iusta id, & legitima causa exigente, v. g. si dicatur, *te absoluo, si intra mensem satisfeceris, communicaueris*, & id genus. Sayr. l. 2. c. 16. n 7. apud *Bon.* ibi.

59 Per mendacia, vim, dolum, vel errorem extorta à censuris absolutio, nullius est valoris: si dolus, &c. causam dedere absolutionis finalem.

60 Hinc, qui mentiendo, se dixit satisfecisse, non posse, & id genus, nulliter absolutione donatur: non intendit superior nisi iuxta narrata absoluere. Alterius l. 4. disp. 5. c. 3. Filliuc. c. 10 q. 5. n. 321. & q. 6. ad fin.

61 Per vim, vel metum ab excommunicatione absolutiouem extorquens, nedum validè non absoluitur, verùm in nouam labitur excomm. c. vnico, in 6. Modo iniustè vis, &c. incutiatur, & sit metus in constantem virum cadens, & ab homine, non à Deo, vel à causa incutiatur naturali, vel intrinseca; vt de voto, & matr. patebit. Cap. Vnic. in 6.

62 Tunc quis in foro dicitur tantùm interiori, & conscientiæ absolui, quãdo

ab

ab eo absoluitur, qui facultatem accepit quidem absoluendi, at relicta facultate de delicto in foro exteriori cognoscendi, & reum debitè mulctandi Quòd si de huiusmodi impensa absolutione publicè constet, sic absolutus liberè cum cæteris valebit communicare fidelibus, quippe qui verè fuit absolutus: non item si secretè absolutione donetur.

63 Absoluendus ab excomm. ob aliquod enorme delictum, v.g. Clerici percussionem, vel in Bulla Cænæ contentum, det oportet loco cautionis iuramentũ, non amplius quid simile patraturum, saltem solemniter, & publicè si fiat absolutio: secus si in foro tantùm pœniteatiæ, vt Iubilæi tempore, quo etiam tẽpore, vel quotiescunq; in foro solùm absoluitur conscientiæ præmitti non est opus ceremonias in c. à nobis, de sent. excomm. in 6. nempe verbera super nudos pœnitentis humeros, cum precum quarundam recitatione, & oratione, Deus cui proprium, &c. Reliqua huc fortè spectantia, infra de absolutione habebis in generali, cũm de pœnit. supradicta à n. 11. etiam ex Bonac. de cens. in communi dis. 1. q. 3. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

64 Iubilæi vi ablata publica censura, in externo quicquam foro non suffragatur huiusmodi absolutio, pote quia ex communi summorum Pontificum praxi in Bullis Iubil. huiusmodi apponi solet clausula, nempe ne absol. à cens. pro foro externo suffragetur Suar. t. 5 in 3. p. D. Th. de cens, disp. 7. sect. 5. apud Cæsarem Carena de off. S. Inq. p. 2 tit. 8 §. 6. n. 28.

65 Poterit igitur iudex ad partis instantiam contra sic absolutum procedere, ac si absolutionis non accepisset benef. Carena ibi.

A casibus absolutio reseruatis, vide quæ sup. à censuris. Cap. IV.



PRo materia hac ab re non erit videre Henric. de Gand. quodlib. 1. q. vt infr. tom. 1.

1 Confessarij occasione Iubil. à casibus nequeunt reseruatis absoluere, conditione pœnitenti imposita Iubilæi suscipiendi absoluta debet Sacramentalis esse absolutio. Diana 3. p. tract. 2 res. 145. vers. Aduertam.

2 Num casus quisquam sit, aut non, reseruatus, dubio existente, quisq; Confessarius validè absoluere quit; strictè odiosa sunt interpætanda, & talis reseruatio censetur Diana 4 p. tr. 3. res. 4. f. 63.

3 Obtenta à Confessario quem absoluendi licentia à reseruatis iàm patratis, eundem, si forte in eosdem incidisse casus comperiat, valet ab vtrisq; abnodare, dato post obtentam inciderit facultatem. Propositus 5. p. D. Th. de res.

4 Peregrinum casus in sua diœcesi reseruatos habentem, modò vbi confitetur item non sit reseruatio eorundem, à quocunq; ibi Confessario absolui posse cõmuniter fatentur. Idem prop. ibid. de res. casuum dub. 3. n. 12.

5 Aliquando ad Episcopum aditu non patente pro reseruato, simplex valet Confessarius abnodare pœnitentem, Diana. 5. p. tr. 14. res. 58. f. 350.

6 Sibi

6 Sibi casus reseruatos alii concedens, aliquo nominato speciali, & similia censetur concedere; aliquo item excepto, & similia excepta videntur. Sa. v. cas. res. n. 1.

7 Papali sublata censura, item & peccatum quoad reseruationem censetur sublatum, etiam si Episcopo idem reseruetur. Nau c. 27. n. 254. Tol. l. 5. c. 14.

8 Qui animo absolutionis incapaci à reseruatis fuit absolutus, validè fuit à reseruatione quidem liberatus, non item ab obligatione eadem iterum confitendi peccata, & quidem à quocunq; valebit Confessario ordinario absolui. Sa. ibi. n. 7.

9 In Religione casus reseruati, non extenduntur ad nouitios; idem de aliis in Religione mandatis, & præceptis, Idem ibid. n. 8.

10 Episcopo casus reseruati, eo mortuo, expirant, modò ipse sibi, non verò ius reseruauerit; nam qui per legem ei reseruantur adhuc non expirant, Ibi. in addit.

11 Num mortis periculo imminente, Sacerdos ad Confessiones non approbatus auscultandas Sacramentales, infirmo absolutionis valeat beneficium impendere, vel approbato præsente; & à reseruatis absoluere, præsente cui reseruantur Superiore. Resp. probabilissimè vtique posse. Vide verbo, Absol. ab hæresi, sup. n. 1. Maximè si cepta Cōfessione approbatus, vel superior superuenerit. Item vidēdus pro hac Mat. Henr. Gand tom. 1 quodlib. 1. qu. 17. 28. 29 per totum.

12 Casuum posita reseruatione, vel illicita, à legitimo Superiore, inferior Cōfessarius nihil in eis validi operatur, loquendo generaliter; etenim sine iurisdictione impensa absolutio nulla fit; hic autem per reseruationem quamuis illicitam iurisdictione in reseruatis priuatur.

13 Itidem dico à Superiore iniquè absoluendi denegata inferiori facultate. Bonac. tom. 1. de pœnit. Sacramento, disp. 5. q. 7. p. 5. §. 1. n. 2.

14 Externa & mortalia tantùm peccata reseruantur, non ita interna, & venialia; & hoc limita, nisi & hæc de absoluta Summi Pontificis potestate reseruentur: siquidem per Papam demi simplicibus valet Sacerdotibus absoluendi facultas à venialibus Sacramentaliter. Suar disp. 29. sect. 3. n. 3.

15 Aliquo lethali peccato reseruato, in reseruationē non peccat, qui externè lethaliter saltem non delinquerit, sed venialiter, quantumuis internè grauissimè, ob conatum ad crimen patrandum deliquerit, Id. loco cit.

16 Archiepiscopus à reseruatis per suffraganeos minimè quit absoluere.

17 Casus excipe duos, casum, nempe, appellationis, & visitationis, Bon. §. 2. vbi sup. n. 2.

18 Reseruatè in alieno territorio delinquens, ibi à reseruato per Superiorē absolui quibit, quatenus, & ab alijs non reseruatis ibi à cæteris valet Confessarijs absolui, vt infra de aduenarum Confessarijs patebit, Id. ib. n. 9.

19 Quopiam Iubilæi tempore spe absolutionis peccante, non ideò per electum à se Confessarium absolui nequibit à reseruatis sub absolutionis spe patratis; modò intentione Iubilæi lucrandi confiteatur, Bon. ibi n. 16.

20 Iubileum prima duarum hebdomada aliquo lucrante, & à reseruatis absoluto, si altera contingat hebdomada in reseruata labi, iterum ab eis quibit probabiliter absolui, & indulgentiam lucrari, opera denuo requisita repetendo: in Bulla alio in contrarium non expresso. Henriquez l. 9, cap. 16. n. 3. Regin. l. 8. n. 64.

21 Confessario animaduertente pænitentem reseruatis irretitum esse, in quibus ipse nullam tenet facultatem, eum ad Superiorem dimittat, nisi adire ipse voluerit illum, facultatem petitum; qui superior, per se loquendo, facere tenetur potesta-

testatem : quo renuente, licet iniustè, inferior adhuc reseruata tollere nequit: quippe quia, sicut iniusta tenet reseruatio, sic & iniqua facultatis denegatio; quod mortis intelligas remoto periculo, vt sup. Zerola de pæn. cap. 13. quæsito 13. ver. 3

21 Negantem se in reseruatum incidisse, cùm certò constet Confessario re vera incidisse, non fore dicunt absolutione dignum; secus si non ita sit in comperto apud Confessarium; eo namq; casu dictis stet oportet Confessarius pænitentis, tã pro se, quàm contra se. Suar d. 51 sect. 3. ad fin.

23 Itidem de à non reseruatis detento pænitente, si certò constet, & ipse neget. Bonac. t. 1. de pænit. disp. 5. q. 7. p. 5. §. 3. n 22.

24 Peccata habentem reseruata, & non res. graui præcisa, & rationabili secus causa exigente, non posse per Superiorem à reseruatis absolui, postea eundem ad inferiorem remittendo à non reseruatis absolutione donandum, communis, imò &, tutior est opinio. Neq; versa vice, ab inferiore valet à non reseruatis absolutus, ad Superiorem pro reseruatis absolutionis beneficium petitum mitti. Vide me in Veritat e Compendiosa, v. cas. res.

25 Excipe, nisi adeò graui fortè Confessarius detineatur negotio, vt omnia audiendi non suppetat otium, & commodum: quippe eo euentu quidem fas erit Superiorem reseruata tantùm audita tollere, deinde per inferiorem tollenda non reseruata relinquendo, & sic non nisi materialiter dimidiari dicitur Confessio, ast non formaliter; & eo casu duplex datur Sacramentum, super vtraq; nẽpe peccata vnum; namq; vt supponitur, vterq; Confessarius Sacramentaliter absoluit, dato, ut diximus, non omnia audierit pænitentis peccata, ob negotiorum, Molem. Filliuc. tract. 7. c. 10. q 9.

26 Neque, probabiliter, tenetur ab alterutro absolutus à peccatis reseruatis, vel non res. in secunda Confessione omnia iteratò aperire peccata: quippè quæ directè per absolutionem fuere detersa, ut supponitur, Bon. ibi n. 4.

27 Episcopus tamen, ut plurimùm, auferre, & tollere peccatorum solet solam reseruationem præciso Sacramento, pænitente ad inferiorem remisso, apud eum omnium facturo peccatorum integram Confessionem, & ab utrisque absolutione donando. Coninchus, disp. 8. dub. 12. n. 8. Regin. l. 8 n. 77.

28 Hinc Sacerdos statim, & necessariò celebraturus, uel laicus ad Sacrã accessurus Communionem, reseruatis detentus, neq; ulla ab eis absoluere ualentis Cõfessarii copia suppetente, potest, imò debet inferiori omnia sua confiteri peccata, ut à non res directè, indirectè uerò à reseruatis liberetur: postea superiorem pro directa à reseruatis obtinenda absolutione aditurus. Vide me ipsum in Verit. Compendiosa, u casus res. de Sacr. Pæn.

29 Casu detentus reseruato, etiam annexa excommunicatione, neq: qui absoluat extante, si ob aliquod graue damnum euitandum communicet oporteat, simplici potest Confessario confiteri, & ab eo absolui, adeundi Superiorem statim ac se opportunitas obtulerit, obligatione manente; & hoc procedit etiamsi peccatis detineatur non reseruatis; siquidem cum non reseruatis reseruata aperiat oportet, ut uel ab eis indirectè absoluatur, manente, ut sup. obligatione se præsentandi, &c. pro directa absolutione Filliuc. tract. 7 c. 10 qu. 10. n. 305.

30 Vna potest reseruatio tolli, alia manente, ut patet de censuris: excipio, nisi tollatur in foro Sacramentali: quando eo casu sicut unum tolli nequit, mortale, manente alio, ita neq; reseruatio alia manente tolli quit. Idem ibi n. 314.

31 Num

6 Sibi casus reseruatos alii concedens, aliquo nominato speciali, & similia censetur concedere; aliquo item excepto, & similia excepta videntur. Sa.v.cas.res.n.1.

7 Papali sublata censura, item & peccatum quoad reseruationem censetur sublatum, etiam si Episcopo idem reseruetur. Nau c.27.n.254. Tol.l.5.c.14.

8 Qui animo absolutionis incapaci à reseruatis fuit absolutus, validè fuit à reseruatione quidem liberatus, non item ab obligatione eadem iterum confitendi peccata, & quidem à quocunq; valebit Confessario ordinario absolui. Sa. ibi. n.7.

9 In Religione casus reseruati, non extenduntur ad nouitios; idem de aliis in Religione mandatis, & præceptis, Idem ibid. n.8.

10 Episcopo casus reseruati, eo mortuo, expirant, modò ipse sibi, non verò ius reseruauerit; nam qui per legem ei reseruantur adhuc non expirant, Ibi. in addit.

11 Num mortis periculo imminente, Sacerdos ad Confessiones non approbatus auscultandas Sacramentaliter, infirmo absolutionis valeat beneficium impendere, vel approbato præsente; & à reseruatis absoluere, præsente cui reseruantur Superiore. Resp. probabilissimè vtique posse. Vide verbo, Absol. ab hæresi, sup. n.1. Maximè si cepta Cõfessione approbatus, vel superior superuenerit. Item vidẽdus pro hac Mat. Henr. Gand tom. 1 quodlib. 1. qu. 27. 28. 29 per totum.

12 Casuum posita reseruatione, vel illicita, à legitimo Superiore, inferior Cõfessarius nihil in eis validi operatur, loquendo generaliter; etenim sine iurisdictione impensa absolutio nulla fit; hic autem per reseruationem quamuis illicitam iurisdictione in reseruatis priuatur.

13 Itidem dico à Superiore iniquè absoluendi denegatâ inferiori facultate. Bonac. tom. 1. de pænit. Sacramento, disp. 5. q. 7. p. 5. §. 1. n. 2.

14 Externa & mortalia tantùm peccata reseruantur, non ita interna, & venialia; & hoc limita, nisi & hæc de absoluta Summi Pontificis potestate reseruentur: siquidem per Papam demi simplicibus valet Sacerdotibus absoluendi facultas à venialibus Sacramentaliter. Suar disp. 29. sect. 3. n. 3.

15 Aliquo lethali peccato reseruato, in reseruationẽ non peccat, qui externè lethaliter saltem non delinquerit, sed venialiter, quantumuis internè grauissimè, ob conatum ad crimen patrandum deliquerit, Id. loco cit.

16 Archiepiscopus à reseruatis per suffraganeos minimè quit absoluere.

17 Casus excipe duos, casum, nempe, appellationis, & visitationis, Bon. §. 2. vbi sup. n. 3.

18 Reseruatè in alieno territorio delinquens, ibi à reseruato per Superiorẽ absolui quibit, quatenus, & ab alijs non reseruatis ibi à cæteris valet Confessarijs absolui, vt infra de aduenarum Confessarijs patebit, Id. ib. n. 9.

19 Quopiam Iubilæi tempore spe absolutionis peccante, non ideò per electum à se Confessarium absolui nequibit à reseruatis sub absolutionis spe patratis; modò intentione Iubilæi lucrandi confiteatur, Bon. ibi n. 16.

20 Iubilæum prima duarum hebdomada aliquo lucrante, & à reseruatis absoluto, si altera contingat hebdomada in reseruata labi, iterum ab eis quibit probabiliter absolui, & indulgentiam lucrari, opera denuo requisita repetendo: in Bulla alio in contrarium non expresso. Henriquez l. 9, cap. 16. n. 3. Regin. l. 8. n. 64.

21 Confessario animaduertente pænitentem reseruatis irretitum esse, in quibus ipse nullam tenet facultatem, eum ad Superiorem dimittat, nisi adire ipse voluerit illum, facultatem petitum; qui superior, per se loquendo, facere tenetur potesta-

testatem: quo renuente, licet iniustè, inferior adhuc reseruata tollere nequit: quippe quia, sicut iniusta tenet reseruatio, sic & iniqua facultatis denegatio; quod mortis intelligas remoto periculo, vt sup. Zerola de pæn. cap. 13. quæsito 13. ver. 3

21 Negantem se in reseruatum incidisse, cùm certò constet Confessario re vera incidisse, non fore dicunt absolutione dignum; secus si non ita sit in comperto apud Confessarium; eo namq; casu dictis stet oportet Confessarius pœnitentis, tā pro se, quàm contra se. Suar d. 51 sect. 3. ad fin.

23 Itidem de à non reseruatis detento pænitente, si certò constet, & ipse neget. Bonac. t. 1. de pænit. disp. 5. q. 7. p. 5. §. 3. n 22.

24 Peccata habentem reseruata, & non res. graui præcisa, & rationabili secus causa exigente, non posse per Superiorem à reseruatis absolui, postea eundem ad inferiorem remittendo à non reseruatis absolutione donandum, communis, imò &, tutior est opinio. Neq; versa vice, ab inferiore valet à non reseruatis absolutus, ad Superiorem pro reseruatis absolutionis beneficium petitum mitti. Vide me in Veritate Compendiosa, v. cas. res.

25 Excipe, nisi adeò graui fortè Confessarius detineatur negotio, vt omnia audiendi non suppetat otium, & commodum: quippe eo euentu quidem fas erit Superiorem reseruata tantùm audita tollere, deinde per inferiorem tollenda non reseruata relinquendo; & sic non nisi materialiter dimidiari dicitur Confessio, ast non formaliter; & eo casu duplex datur Sacramentum, super vtraq; nēpe peccata vnum; namq; vt supponitur, vterq; Confessarius Sacramentaliter absoluit, dato, ut diximus, non omnia audierit pænitentis peccata, ob negotiorum, Molem. Filliuc. tract. 7. c. 10. q 9.

26 Neque, probabiliter, tenetur ab alterutro absolutus à peccatis reseruatis, vel non res. in secunda Confessione omnia iteratò aperire peccata: quippè quæ directè per absolutionem fuere detersa, ut supponitur, Bon. ibi n. 4.

27 Episcopus tamen, ut plurimùm, auferre, & tollere peccatorum solet solam reseruationem præciso Sacramento, pænitente ad inferiorem remisso, apud eum omnium facturo peccatorum integram Confessionem, & ab utrisque absolutione donando. Coninchus, disp. 8. dub. 12. n. 8. Regin. l. 8 n. 77.

28 Hinc Sacerdos statim, & necessariò celebraturus, uel laicus ad Sacrā accessurus Communionem, reseruatis detentus, neq; ulla ab eis absoluere ualentis Cōfessarii copia suppetente, potest, imò debet inferiori omnia sua confiteri peccata, ut à non res. directè, indirectè uerò à reseruatis liberetur: postea superiorem pro directa à reseruatis obtinenda absolutione aditurus. Vide me ipsum in Verit. Compendiosa, u. casus res. de Sacr. Pæn.

29 Casu detentus reseruato, etiam annexa excommunicatione, neq: qui absoluat extante, si ob aliquod graue damnum euitandum communicet oporteat, simplici potest Confessario confiteri, & ab eo absolui, adeundi Superiorem statim ac se opportunitas obtulerit, obligatione manente; & hoc procedit etiamsi peccatis detineatur non reseruatis; siquidem cum non reseruatis reseruata aperiat oportet, ut uel ab eis indirectè absoluatur, manente, ut sup. obligatione se præsentandi, &c. pro directa absolutione. Filliuc. tract. 7 c. 10 qu. 10. n. 305.

30 Vna potest reseruatio tolli, alia manente, ut patet de censuris: excipio, nisi tollatur in foro Sacramentali: quando eo casu sicut unum tolli nequit, mortale, manente alio, ita neq; reseruatio alia manente tolli quit. Idem ibi n. 314.

31 Num

31 Num facultatem absoluendi habeat dubitante Cõfessario à reseruatis nequit absoluere. Secus si num casus sit dubitet reseruatus, vel num perfectè casũ, vel crimen patrauerit reseruatum. Idem ibi c. 8. q. 10. n. 227.

32 Iubilæi tempore à reseruatis absolutus, imò & ab alio extra Iubil. facultate gaudente à reseruatis absolutionem impertiendi, absolutus etiam à reseruatis euadit per obliuionem Confessario non detectis; sola obligatione manente ea cuicunq; tandem Confessario confitendi, prima oportunitate oblata. hoc idem de censuris: adsit modò absoluentis intentio generaliter ab omnibus absolutionem impertiendi, quippe citra eam nulla valet absolutio. Vide quæ sup. de absol. cens. n. 46.

33 Supradictum procedit, etiam dato per pænitentem generalis nõ postuletur absolutio explicitè: quippe qui implicitè postulare videtur, Bon. vbi sup. §. prop. 1

34 Limita, modò validè fiat Confessio, vt sup. loco cit. namq; Iubilæi tẽpore valida requiritur Confessio. secus verò si extra Iubil. Confessio huiusmodi fiat inualida tollere valenti reseruationem: quippe eo casu & oblitorum tollitur reseruatio, etiam facta Confessione Delegato ad reseruata absoluenda. Bon. t. 1. de pænit. Sacramento. disp. 5. q. 7. p. 5. §. 5.

35 Peccata, quæ ex se venialem uoxam tantũm continent, si tamen in graue vergere possint damnum, vel perniciem Religionis, vel obseruantiæ Regularis, à Prælatis reseruari adhuc valebunt, imò debent. Pet. Bellasius, v. res. n. 3. Gratius verbo cas. reseru. l. 3. c. 10. n. 26.

36 Si alicubi furtum casus sit reseruatus, minimum quid furans, in casum non incidit res. Item si allocutio monialis reseruetur, pauca conferentes verba iu reseruatienem non delinquunt, materiæ excusante paruitate, quæ vel à lethali noxa excusare noscitur, & peccatum non lethale reseruari non contingit, ergo. Floronus tract. de cas. res. pars. 1. c. 1. n. 18 19.

37 Hoc idem de excommunicatione in Moniales alloquentes lata: quippe parua alloquutio ab lethali excipit noxa, ob id, & ab excomm. Idem ibi.

38 Nota, aliquo lethali reseruato, in reseruationem non labi, qui id quidem patrauit; at non plenè deliberatè, aut voluntariè, adeò vt ad lethalem non attingat noxam: siquidem venialem reseruari non contingit.

39 Ad casum incurrendum reseruatnm, non sufficit attentatio, imò actus requiritnr adimpletio, & consummatio externa; nisi & ipse reseruetur conatus, & actio vel inchoata. Hinc, ad Moniales scriptione sub reseruatione prohibita, mittentes non delinquere in reseruationem censentur, nisi per Monialem acceptis litteris: secus delatis, & acceptis, licet forte non lectis.

40 Reseruante ita dicente, *qui occiderit* v. g. *homicidę*. & similia, mandantes in reseruationem non delinquunt. Secus sic dicente, homicidium, percussio, &c. reseruatur; siquidem vel mandans eo casu in reseruationem peccat. Adulterio reseruato, illud mandans, vel consulens, casu non afficitur reseruato, Floronus, tract. de casib. res. c. 1. per totum parte 1. Grasius l. 4. decis. c. 8. n. 5. Videre ne pigeat Henr. Gand. quol. 1. qu. 27. 28. &c. t. 1.

Ab-

Absolutio moribundi.

1 NEdum moribundus à quocunq; valet Sacerdote, vel flagitiosissimo degradato, imò hæretico à quocunque, vt sup. dixi, pecc. & censura donari, verum etiam tenetur, preciso saltem peruersionis periculo, ob communicationem cum hæretico Confessario, vel nisi ex huiusmodi cum hæretico Sacerdote conuersione, aliquem videatur profiteri errorem contra fidem Ita Marcerus de Sacram. in 3 p. D.Th.q. 8. a. 5. d. 6. Barbosa in coll. Conc Trid. Laim. l. 5. tr. 6 c. 12. n. 13.

2 Iam communior fertur opinio, moribundum nutibus tantùm à Sacerdote absolui petentem, fore absolutione impertiendum Sacramentali; quippe qui eo quo potest modo confitetur, licet in generali, neq; vllo in specie detecto peccato; quando nullus ad impossibile tenetur. Ragucius in lucerna par. tit. de abs q. 97

3 Morti proximum loqui non valentem, vel quicquam audire, at tantū signa doloris de peccatis exhibentem v.g. per pectoris tunsionem, &c. id aliquo vidēte Sacerdote, vel alio id Sacerduti præsenti attestante, fore absoluendum iàm communior est opinio, quàm negantium Laym in Theol. mor. l. 5. tr. 6 c. 8.

4 Hoc saltem sub conditione, si fortè num hæc signa ex peccatorum dolore, an ex mortis angustijs oriantur dubium sit: quippe in eo articulo huiusmodi pectoris tūsio tacita culparū censetur confessio, Dian. p. 3. tr. 3. de abs. mor. res. 1. 2. 3

5 Ante Confessarium flexis obuolutus genibus, peccata Sacramento expiaturus, si repentè apoplexia corripiatur, non est Sacramentali defraudandus absolutione; ratio eadem quæ sup. Idem ibid.

6 Qui non coram infirmo, sed statim eo absente, Confessario dixit eum Confessionem petijsse, si Sacerdos solus infirmum inueniat adhuc viuentem, eum Sacramentali non valet absolutione impertire; huiusmodi namq; per nuncium diceretur facta Confessio; est autem talis Confessio per Clementis Octaui Decretum damnata. Idem ibi res. 7.

7 Saerdote, peccatorum audita Confessione morituri, abeunte, absolutione non impensa, si postea rediens infirmum inueniat sensibus destitutum, viuum tamen, absoluat, saltem non mutasse voluntatem infirmo comperto. Idem ib. res. 6. Zambranus c. 4. d 2. sect. 7. n. 41.

8 Sensibus destituto infirmo inuento, neque vllo attestante eum doloris signa dedisse, nullo est pacto absoluendus; nullum siquidem exercetur iudicium, vlla non præcedente accusatione. Henriq. l. 3. de pænit. c. 10. n. 9. Petrus Faij de pænit. q. 9. ar. 2. disp. 2.

9 In præcedentibus casibus, nedum valet Confessarius, sed & tenetur moribūdum absoluere, id charitate exigente. Turrian. de pæn. q. 9. a. 2. disp 30. d. 1.

10 Ad mortē quis fuit sauciatus, si fiat Confessio, vulneri adhiberi corporalis nequit medicina, si Confessioni corporalis præmittatur curatio, Confessio subdenda impossibilis reddetur, morte vrgente; quid eligendum? Resp. Vnico potest audito moribundi sauciati peccato, statim absolutio impertiri; corporalis medicinæ adhibendæ spacio relicto: deinde integra, si queat, Confessio fiat, & iteratò absolutio adhibeatur. A curatione verò Medico subsistere nolēte donec vel vnum excipiatur crimen, mortis id exigente periculo, alta voce se peccatorē

C accu-

accuset, & sic Sacramentali donetur absolutione. Sanchez in selec. dis. 45. n. 35. Diana 5. p. tr. 3. res. 56. f 72.

11 Parturientes in mortis non dicuntur articulo versari, ita vt à quolibet valeant Sacerdote non approbato absolutione donari, saltem nisi primò sint pariturae, vel nisi aliàs peperisse cum mortis periculo sint expertae: quippe huiusmodi valent probabilius à quocunq; vt sup. Sacerdote, & à quibuscunq; vel grauissimis sceleribus, & censuris liberari. Idem Diana ibi res. 63.

12 Idem de capitaliter exulante, qui vbiq; innoxiè, & impunè valet uita priuari, id. ibi res. 64.

13 In triremibus verò remigantes non eodē gaudent absol. priuilegio, id. res. 62.

14 Morte plectendi vtiq; gaudent, vt sup. de haeresis absolutione, n. 7.

15 Num verò idem simplex valeat praestare Sacerdos in mortis periculo, praesente approbato; vel à reseruatis absoluere, cui reseruantur Superiore praesente; habes n. 2. de absol. ab haeresi. sup. vbi probabiliter valere dixi. Quòd si negatiuae adhaerere lubet sententiae, adhuc scias Sacerdotem simplicem, qui audire iam moribundi caepit Confessionem, superueniente deinde approbato, vel casuum reseruatore, desistere non teneri ab auditione: iure inceptae rei fauente res. 66.

16 Mortis articuli maximè ad absoluendum vrgente necessitate, & moribundo aliqua excommunicatione irretito, Sacerdos vnico valet verbo ab vtroq; nēpè à peccatis, & excommunicatione, absoluere, sic, te absoluo, intendendo ab excommunicatione priùs absoluere, quàm à peccatis. Zambranus de Sacr. Paen. c. 4. n. 5

17 Septennio exacto, moribundus puer saltem sub conditione est absoluēdus, nisi non peccasse clarè constet: quandoquidem pro eo rationis vsus stat praesumptio, c. 4.

18 Relinquere Sacerdos valet Sacrum inceptum, pro moribundo absoluendo, nisi alius copiae Sacerdotis suppetat, qui absoluat; aliquo interim Eucharistiam custodiente. Item id Zamb. ibid. c. 4. dub. 6. n. 5. Diana. vbi sup. res. 70.

19 Mortis extante periculo, v. g. peste in humanis debacante corporibus, bello, aut naufragio mortem minitante, cum semper sit de contritione dubitandum, huiusmodi in periculis versantes etiam publicè, vel per interpretem confiteri debēt, & vno sufficit tantùm detecto crimine, grauioribus suppressis: quando maior animae est, quàm infamiae iactura, & perditio; imo adeò graui imminente periculo, vt neq; vnicum detegendi crimen sit facultas, sat erit simul omnes se peccasse ostēdere, pro generali impendenda absolutione, nempe sic *Ego vos absoluo*, etc. Idem ibid. res. 71. Fagundez, p. 2. l. 3. c. 3. n. 11.

20 Licet nemo per interpretem sua Confessario detegere peccata adigatur praecisè, attamen cum lethali noxa decessurus, si de contritione sit dubius, vel per interpretem tenetur confiteri, vt sic in gratia constitutus per Sacramentum, ad tutè migrandum se praeparet; cùm secus de salute dubitandū fuisset peccata id res. 72.

21 Nullus Sacerdotali charactere non decoratus, neq; Diaconus, nedū laicus, vnquam à peccatis Sacramentali valet ritu absoluere; vel mortis imminente periculo, neq; vllus non Sacerdoti tenetur vnquam Sacramentaliter confiteri. At enī humilitatis aliquando causa hoc fieri prodest, ad excitandam contritionē, audiēte peccata adiuuante, hocq; Dei valebit iram placare, & paenae pro peccatis debitae partem tollere; imò & totam, tanta potest & vis, et efficacia excellentissimae esse contritionis; cùm tamen hoc non vi Sacramenti, quod non adest, sed contritionis fieri

fieri sit certissimum, Præpositus in 3.p.q.7.dub. 1.n.20.

22 Peste debacante, sacerdos aliquot potest auditis peccatis, Confessione non finita, ea absoluere, dato per moribundum fiat Confessio; si tota præsertim expectata noxarum confessione, alij fortè sint omninò inconfessi vita cessuri. Capeauilla de Sacram.pænit qu.26.in fine. Diana ibid. res.74.

23 Ad infirmum Eucharistia delata, & infirmo se velle dicente reconciliare, si inter reconciliandum multas fecisse inueniatur nullas Confessiones, infirmitate periculosa existente, per dimidiæ horæ spacium peccata auscultentur, inde absolutione infirmus impertiatur: addita admonitione, vt in crastinũ se præparet pro Confessione perfectè adimplenda. Infirmitate verò non ad modum periculosa existente, si per prædictum tempus fieri posse Confessio non speretur, tunc admonito infirmo vt contritionis actum eliciat, sacro eum Pabulo reficiat: infirmo relicta admonitione, vt proxima futura opportunitate, v.g. postera, vel sequenti fiat die Sacramentalis Confessio. Diana p.5.tr.3.de casib.occurr.tempore mortis, res 75. Zambranus de Sacram.pæn.c.4 dub. 6.n 6.7.

Absolutio excommunicationis, ob Clerici percussionem.
Cap. V.



1 CLerici grauis, seu enormis percussio Papæ reseruatur, vel Legato à latere, vel misso; non idem potest Legatus natus priuilegio dempto.

2 Percussione leui existente, et Episcopum posse, certum est, per se, vel per alium; idem competere Vicario Generali communis est opinio; nam que & ipse nomine venit Ordinarii. Bonac.t.1.de excomm.disp.2.q.4.p.5.n.1.2.3.4.

3 Præterea, Conuentuũ Religiosorũ Prælatos hanc facultatẽ habere, extra dubiũ patet Addo huiusmodi esse per eos alii delegabilẽ facultatẽ.

Præter hos nullum posse inferiorem Episcopo, dato sit prælatus, nec non iurisdictione quasi episcopali potiatur, hanc tollere censuram.

5 Iudicium autem num grauis, grauissima, vel leuis sit percussio, à viro est attendendũ prudenti; qui consideratis, & perpensis, perpendendis, qualitate nempe percussi, loco percussionis, tempore, & occasione, iudicium num leuis, enormis, aut sit percussio grauis, Feret. Idem ibid n 5.6.7. Molina disp 59.60 Reg.l.1.u.258.

6 Notandum dici leuis percussio, non quòd mortalis non sit, siquidem sine mortali nulla incurritur maior excomm.imò ob id leuis dicitur, quia comparatione ad enormem, vel grauem sic dici meretur. Id. Bon. ibi. n.8.

7 Vel enormi existente percussione, à suis valent Religiosi Superioribus absolutione donari, si se inuicem percusserint, uel si Clericũ sæcularem. Vide portell. 13.p.cas.37.fol.mihi 353.

8 Item Collegiales, se inuicem Clerici percutientes enormiter, ab eorum ualent Episcopo absolutione donari. Mollina disp.62. Souarez n.71. Bon. ibi.n 9

9 Præterea ianitores, vel Principis officiales, si arcendæ turbæ causa aliquem percusserint Clericum mediocri percussione, ab Episcopo excōmunicatione leuantur. Fill. n. 59. Reginal. n. 351. Nau. cap. 27. n. 91.

10 Item aliquo detenti legitimo impedimento, quo minus eis ad Pontificem pro absolutione pateat aditus, ad prudentis arbitrium. Bon. ibi n. 10.

11 Item Moniales, & quæcunque sint mulieres, vel si personā occiderint Religiosam, vel Clericum, adhuc ab Ep. excommunicatione leuantur, n. 13.

12 Nota ob aliquod temporale imp. abstrictos teneri, eo remoto, se Papæ prę-sentare, vt sup. de abs. à cens. non item qui ob perpetuum fuere impedimentum absoluti, Ib n. 17. ex cap. eos qui de sent. excomm.

13 Præterea ob quamcunq; percussionem contracta, si sit secreta, per Ep. tollitur, vt sup. de abs à cons.

14 Idem dicendum de Vicario videtur Generali, saltem pręcisa inhibitione, Idem Bon. ib. n. 20. Reliqua de absolutione à pecc. & Sacramentali, vide verbo pænit. Confessio, & Confessarius. ibi abund. huic de absolutione tractatui deficientia habentur, breuitati operam nauabo possibilem.

Abstinentia.

Vide Ieiunium.

1 VOto ad abstinendum ab esu lacticiniorum suscepto, à carnium vi nō tenetur voti vouens abstinere esu. Nec qui ab ouis vouit abstinere, à lacticiniis inde abstinere deuincitur: quippe votum strictè interpretatur, & vt verborum patitur proprietas, Sanchez in summa l. 4. c. 13. n. 46. 47.

2 Qui à carnibus abstinere vouit, & à iure abstineat: nisi aliud intenderit in voti conceptione; siquidem sic & Ecclesiæ obligat præceptum, & ius venit carnis appellatione. De voto, dis. 4. q. 2. pun. 6 n. 17. Bon. & n. 23. ibi Sāc. vbi sup. n. 48.

Acceptio personarum.

1 OB diuitias aliquē honorare, non virtutem, acceptionē continet pers.
2 In electionibus, dignum, dignore relicto, eligens, personarū habetur acceptator. Consanguineum æquè dignum eligens, aliquando ob scandalum peccat: eo præciso, minimè; imò tutè præfert consanguineum non consanguineo, meritis paribus, & dignitate; at omninò scandalum euitandum, ne inde cæteri ansam ad indignos eligendos consanguineos ad beneficia, officia, vel dignitates, &c. sumant. Fum. vt infra.

3 In iis, quæ gratis dantur, nulla personarum adest acceptio: secus si ex debito debeantur, aut ex aliorum dispositione iuxta merita. Pauperi quoq; in iudicio non est miserendum contra diuitem, at iustitia teneatur. Item diues in iudicio non

nō præferēdus, eo solū quod diues sit, amicus, aut consanguineus. Ne pigeat videre Fum. v. accep pers. per totū, S. Th. 2. 2. q. 63. a. 2. ibi fusè, & luculenter, cū adi

Actio. Actus.

Vide Lex.

1 SEmel actio extincta non reuiuiscit. Actus contra legem, fieri actum prohibentem, nullus tenet: patet de Matrim. sine parochi, & testium pręsentia inito. Item actus nullus tenet, si per legem ad illius essentiam requisita non habeat; nulla etiam excusat necessitas, adeo vt vel in extrema agens necessitate nihil agat; patet de matrim. morituri sine parocho celebrato, quod nullum esse constat Enchir. Soar. de contr. l. 4. A.

Accusatio.

Vide Irregularitas.

1 CVm actor, & reus fori debeant esse eiusdem, non debet Regularis nō Regularem accusare; neq; vnius ordinis, alterius fratrem. Secus de denunciatione. In iudicio non valet forensi, Prælati non habita licentia, Religiosus, pro sibi illata iniuria, quenquam accusare; modo facultas, & commodum adsint licentiæ obtinendæ, vel responsum expectandi.

2 Nota Religiosum nullo irregularitatis vinculo deuinci, si quem apud Iudicem accuset, cum ex obligatione charitatis, aut iustitiæ forte teneretur, v. g. rempublicam prodirurum, vel alioqui graue aliquod facinus cum alterius, etiam priuati, damno grauissimo patraturum, dato inde sanguinis sequatur, aut capitis pęna: tenemur enim sub m. denunciare, vel accusare.

3 De iam patrato valet quis accusari crimine, dato pænituerit, ad pænam nimirū legalē, & ob iustitiā publicā exequendā, criminosorūue salubre documētū.

3 Per litteras accusatio minimè fit, fit denunciatio, Idem ibi v. accus.

4 De leui facta delicto accusatione, si Iudicis culpa mors sequatur, nulla inde in accusatorem irregularitatis sequi non dubitandum, nulla etiam protestatione præmissa. Idem, si ob alia deinde fuerit delicta iure mors secuta. Idem.

5 Vnius fori, alterius valet fori reum denunciare, modo pro se, vel suis rebus id agat non aliorum, vide sup. n. 1 & Roder. q. Regul. de accus. ref. 41. n. 7.

6 Ad vindict. publicam Clericus non accuset, etiam sanguinis citra periculū: accusat ad suam iniuriam prosequendam, etiam sanguinis pæna imponenda, protestatione præmissa, Arm. Acc. pers. n. 10.



9 Præterea ianitores, vel Principis officiales, si arcendæ turbæ causa aliquem percusserint Clericum mediocri percussione, ab Episcopo excõmunicatione leuantur. Fill. n. 59. Reginal. n. 51. Nau. cap. 27. n. 91.

10 Item aliquo detenti legitimo impedimento, quo minus eis ad Pontificem pro absolutione pateat aditus, ad prudentis arbitrium. Bon. ibi n. 10.

11 Item Moniales, & quæcunque sint mulieres, vel si personã occiderint Religiosam, vel Clericum, adhuc ab Ep. excommunicatione leuantur, n. 13.

12 Nota ob aliquod temporale imp. abstrictos teneri, eo remoto, se Papæ præsentare, vt sup. de abs. à cens. non item qui ob perpetuum fuere impedimentum absoluti, Ib n. 17. ex cap. eos qui de sent. excomm.

13 Præterea ob quamcunq; percussionem contracta, si sit secreta, per Ep. tollitur, vt sup. de abs à cons.

14 Idem dicendum de Vicario videtur Generali, saltem præcisa inhibitione, Idem Bon. ib. n. 20. Reliqua de absolutione à pecc. & Sacramentali, vide verbo pænit. Confessio, & Confessarius. ibi abund: huic de absolutione tractatui deficientia habentur, breuitati operam nauabo possibilem.

Abstinentia.

Vide Ieiunium.

1 Voto ad abstinendum ab esu lacticiniorum suscepto, à carnium vi nõ tenetur voti vouens abstinere esu. Nec qui ab ouis vouit abstinere, à lacticiniis inde abstinere deuincitur: quippe votum strictè interpretatur, & vt verborum patitur proprietas, Sanchez in summa l. 4. c. 13. n 46. 47.

2 Qui à carnibus abstinere vouit, & à iure abstineat: nisi aliud intenderit in voti conceptione; siquidem sic & Ecclesiæ obligat præceptum, & ius venit carnis appellatione. De voto, dis. 4. q. 2. pun. 6 n. 17. Bon. & n. 23. ibi Sãc. vbi sup. n. 48.

Acceptio personarum.

1 Ob diuitias aliquẽ honorare, non virtutem, acceptionẽ continet pers.

2 In electionibus, dignum, dignore relicto, eligens, personarũ habetur acceptator. Consanguineum æquè dignum eligens, aliquando ob scandalum peccat: eo præciso, minimè; imò tutè præfert consanguineum non consanguineo, meritis paribus, & dignitate; at omninò scandalum euitandum, ne inde cæteri ansam ad indignos eligendos consanguineos, ad beneficia, officia, vel dignitates, &c. sumant. Fum. vt infra.

3 In iis, quæ gratis dantur, nulla personarum adest acceptio: secus si ex debito debeantur, aut ex aliorum dispositione iuxta merita. Pauperi quoq; in iudicio non est miserendum contra diuitem, at iustitia teneatur. Item diues in iudicio non

nõ præferẽdus, eo solũ quòd diues sit, amicus, aut consanguineus. Ne pigeat videre Fum. v. accep pers. per totũ, S. Th. 2. 2. q. 63. a. 2. ibi fusè, & luculenter, cũ adi

Actio. Actus.

Vide Lex.

1 SEmel actio extincta non reuiuiscit. Actus contra legem, fieri actum prohibentem, nullus tenet: patet de Matrim. sine parochi, & testium prę sentia inito. Item actus nullus tenet, si per legem ad illius essentiam requisita non habeat; nulla etiam excusat necessitas, adeo vt vel in extrema agens necessitate nihil agat; patet de matrim. morituri sine parocho celebrato, quod nullum esse constat Enchir. Soar. de contr. l. 4. A.

Accusatio.

Vide Irregularitas.

1 CVm actor, & reus fori debeant esse eiusdem, non debet Regularis nõ Regularem accusare; neq; vnius ordinis, alterius fratrem. Secus de denunciatione. In iudicio non valet forensi, Prælati non habita licentia, Religiosus, pro sibi illata iniuria, quenquam accusare; modo facultas, & commodum adsint licentiæ obtinendæ, vel responsum expectandi.

2 Nota Religiosum nullo irregularitatis vinculo deuinci, si quem apud Iudicem accuset, cum ex obligatione charitatis, aut iustitiæ forte teneretur, v. g. rempublicam prodirurum, vel alioqui graue aliquod facinus cum alterius, etiam priuati, damno grauissimo patraturum, dato inde sanguinis sequatur, aut capitis pęna: tenemur enim sub m. denunciare, vel accusare.

3 De iam patrato valet quis accusari crimine, dato pænituerit, ad pænam nimirũ legalẽ, & ob iustitiã publicã exequendã, criminosorũue salubre documẽtũ.

3 Per litteras accusatio minimè fit, fit denunciatio. Idem ibi v. accus.

4 De leui facta delicto accusatione, si Iudicis culpa mors sequatur, nulla inde in accusatorem irregularitatis sequi non dubitandum, nulla etiam protestatione præmissa. Idem, si ob alia deinde fuerit delicta iure mors secuta. Idem.

5 Vnius fori, alterius valet forirreum denunciare, modo pro se, vel suis rebus id agat non aliorum, vide sup. n. 1 & Roder. q. Regul. de accus. ref. 41. n. 7.

6 Ad vindict. publicam Clericus non accuset, etiam sanguinis citra periculũ: accusat ad suam iniuriam prosequendam, etiam sanguinis pæna imponenda, protestatione præmissa, Arm. Acc. pers. n. 10.



Acc-

Acedia.

1 QVi de re spirituali non absolutè tristatur,& secundum se, at potiùs ob aliquam temporis circumstantiam,vel loci,v.g.tali esse die ieiunandum,aut tali hora concionem fore habendam,&c.reum nō fore lethalis culpæ puto censendum:pote qui absolutè non vult ieiunium non esse,vel concionem,sed eam cupit tali non esse die,vel hora,hoc autem venialem non excedere puto noxam, paruitate materiæ excusante. Tol.l.de sept.pecc.m.c.68.Regsn. n.108.

2 Præterea veniali se tantùm culpa onerare existimo,qui de bono tristatur spirituali,non per actiones sub mortali præceptas lucrando,ast veniali tantùm. quippe tunc haud grauiter charitas violari censetur,Fill.n.188. & 191.

3 Haud semper acedia charitati videtur aduersari directè,quippe,si quis de ieiunio tristitiam sumat ex gulæ affectu de ordinato, directè contra temperantiam delinquere noscitur,Bonac.de primo Dec.præc.disp.3.q. 4.p. vltimo.§.7. prop. 2. tom.2.Nauar.c.23.n.124.

Adiuratio.
Vide Iuramentum.

1 CReaturas adiurare irrationales per se,& ad eas directo sermone,peccatum videtur ex se lethale;quandoquidem irriuerenter exorcismi tractari videntur.Haud semper tamen culpa erit lethalis, bona aliquando fide excusante,aut certè materiæ leuitate,Nau.l.5 cons.de sent.excomm.consil,2. n:10.

2 Posse dæmonem videtur præceptiuè adiurari,vt totam legionem suam de vexato corpore secum ducat aliàs de corpore spiritibus exire nolentibus:quippe hoc à dæmone beneficium non est expectare,vel petere, quod ex se & semper est nefas:neque cum eo huiusmodi diceretur exorcista societatem habere, quod itidem nefas est:imò ab eo recedere censeretur,Bon.tom.2.in 1. Dec.præcepto d.2.q 1.p.vltimo,n.6.Sanch.l.2. in summ.c.42.n. 11.

Adulterium, adulter, adultera.
Vide Matrim. lux.

1 PVblico vxoris adulterio existente,vir cum scandalo ei debitū reddēs mortale peccat peccatum Sa in Aph.v.adult. in addit. Nau c. 16.n.18

2 Vxori,occultus adulter,ab ea licitè debitum petere valet : namque in conscientia ius non amisit petendi,imò & exigere quibit; multis cōtrarium probantibus,& fortè meliùs,quoad debiti exactionem,Idem ib.in princ.

3 In-

3 Innocente post alterius adulterium, & ipso adulterante, reddat oportet priori debitum adulteranti; per enim mutuum adulterium compensatio fieri cẽsetur, Idem ib. tem Nau. c 16 n. 28. nonnullis negantibus.

4 De futuro sponsa fornicante adulterii crimen patrari non est verũ. Sa n. n.

5 Probabiliter filium non esse suum adultera dubitante, nihil tenetur restituere. Credente, tenetur, ex quadam saltem æquitate. Proinde si credat, nedum expensas in educando, imò fæmina si sit, dotem à credito patre datam restituere erit adigenda, Nau. c. 16. n. 49. Vide Aragon q. 16. a 6.

6 Cum vitæ periculo adultera non adigenda ad prodendum se ex adulterio peperisse filium, vel filiam. Idem si famæ, & honoris periculum se prodendo subiret. Item neque filius asserenti credere matri tenetur, ipsum fore adulterio genitum, ne si iureiurando quidem id asserat; si credat hæreditate se abdicare tenetur, adhuc per legitimam præscriptionem non acquisita; neque mater ei prodere tenetur, dubio extante, num quid sit profutura. Vid. Sa. vbi sup. de Adul n 3. Tolet, l. 5. c. 11.

7 Debere fæminam famæ pati iacturam, si bona sint hęredis fama maiora asserũnt multi. Em. Sà. v. Adul. n. 3.

9 Suscepto ex adulterio filio, & inter legitimos relicto mariti filios, præter alimenta adulter damno non tenetur hæreditatis occurrere, quæ filiis adimitur legitimis, vel dotis puellæ, v. g. traditæ, dato adulter suam esse sciat prolem: modò ipse suppositionem non consuluerit. At contraria est opinio tutior, & practicanda. Diana p. 2. tr. 17. res. 25.

9 De adulterio ad sanguinis imponendam pænam, solus laicus iudicat iudex, vt potè solus competens. Quo verò ad alias pænas infligendas, mixti fori lis est adulterii. At in causa faciendi ob alterutro coniugum diuortii, solus iudex competẽs habetur Ecclesiasticus: dato de diuortio agatur tẽporali faciẽdo. Id. 1. p. tr. 2. res. 86

10 Ab adultera tantùm abortu procurato, homicidii reus adulter non habetur, ex eo quod eum suppeditauerit, suasione, vel cooperatione præcisa. Idem p. 3. res. 30 in fine, vers. Ex his.

11 Adultera de adulterio legitimè accusata, ne dotem amittat falsis se testibus defendente, vel vicissim viro falsum adulterii crimen imponente, & ob id à iudice absolutionem obtinente, debentur quidem innocenti impensæ factæ marito pro lite, in conscientiæ foro; Dos verò falsis defensa testibus, non item. p. 3. tr. 6. res. 35 Vers. secundo.

12 Occulto existente adulterio, neque ab innocente probari valente, adhuc innocens in foro valet conscientiæ, Ecclesiæ non expectato iudicio, ab adultero diuortium facere, seù in longinqua se recipere, proximi tamen remoto scandalo. Ib. tr. 4. res. 257. Sanch. de Matr. l 10. d 11. n. 12.

13 Adulter à viro occisa adultera cognito adulterio, probabiliter irregularitate non irretitur. Imò ab adultero ob defensionem occiso marito, nulla inde oriturr irregularitas. Diana 4 p. tr. 24. res. 12.

14 Doctores aiunt, vtrunq; ad restitutionem adigendum pro alimentis à Patre putatiuo proli suppeditatis, quando ad coniugatam duo accesserunt, quorum alter pater scitur, at vter sit ignoratur.

15 Procedit post prolis triennalem ætatem, siquidem à tribus infra annis, mater pro alimentis tenetur; imò & de hæreditate legitimis dempta probabilissimè in

so-

solidum tenentur.

16 Pro adulterio præcisè nulla pecuniaria debetur satisfactio; nisi in rebus aliquid sit damni maritus passus. Quòd si in honore, publico adulterio existente, damnum senserit, eo vtique casu per veniæ petitionem congrua omninò fiat satisfactio, prudentis attento iudicio. Mart. Bon. t. 1. de iis, quæ pert. ad vsum matr q. 4. p. 15. de adul. n. 10. 11. 12. & 15. Mollina disp. 100. Fill. tr. 32. c. 8. qu. 10.

Administrare.

1 PRælatus, si suæ nequeat administrationis rationem reddere, nisi per iuramentum, eius omninò stetur iuramento. Regularis malè bona administrans Monasterii, puta ludis, vsibus superfluis, proprietatis fit reus delicti, & voti paupertatis fracti; Lezana, v. Administr. Alias de iure antiquo prælati Regul. administrationem habebant suorum Monasteriorum bonorum temporalium; cum tamen nunc temporis sint Decreta Clem. viij & Vrbani viij, attendenda, circa Regularium reformationem, quę tamen vim obtinent, vbi legitima tantùm consuetudo in oppositum non fuerit introducta, & post legitimè factam promulgationem. Vide Lez. v. administr. & supradicta Pontificū decreta.

2 Bonorum Monialium Regularibus subiectarum administrator, per Episcopum, id rationabili exigente causa, etiam Superioribus non manifestata Monialium, amoueri valet, nisi ipsi de hoc admoniti efficere velint. S. Card. Congr. 1623 apud Barb. in collect. v. Administrator.

Adulatio.

1 PEr adulationem beneficij facta impetratio, tenet; ratio, quia huiusmodi est mentalis tantùm simonia, quæ pænitentia purgatur; neq; ulla est facienda beneficii resignatio. Fum. u Adul. ad fin Alijs, secus affirmantibus, prout uidere est ibi apud Bert Fum.

Aduocatus.
Vide Restitutio.

1 PRælato iubente, Religiosus, pro Monasterio præsertim, aduocatus fieri non prohibetur. Item alii Sacerdotes pro Ecclesiæ rebus. Item pro miserabilius laicis, orfanis, viduis. Petr. Bell. pront. Reg. v. Aduoc. n. 1. Sà u. Adu. n. 1.

2 Causa dubia existente, quamdiu talis, potest Aduocatus patrocinari. Quo verò tempore scire esse in iustam tenetur, de dānis tenetur illatis iustè parti litigāti

3 In re graui, v. g. honoris, aut uitę, ancipitem sine crimine non ualet tueri litē: est quippe in dubio melior conditio possidentis. De re uerò leui lite uertente, non prohibetur, clienti tamen causæ manifestata imbecillitate, Sa ib. in add.

4 In

4 In foro potest conscientiæ cliens de quota litis parte pacisci cum Aduocato, nulla siquidem fraudis existente præsumptione, legis cessat obligatio id prohibenis. Ea propter qui probo aduocato iustam commisit causam, ei litis partem, u.g. tertiam, uel quartam promittere non prohibetur si causam lucretur; & hoc ad eius exacuēdam industriam, & diligentiam excitandam, præterea, vt se molestia leuet eum aditandi, Diana p, 2. tract. 5. res. 49.

5 Esse iudex non prohibetur Aduocatus, in causa alias per se defensa, uel cōtraria parte inscia, modò iuxta legum præscriptum sententiam ferat, omni tamen remoto prioris clientis respectu. Idem 3. p. tr. 5. resol. 56.

6 Aduocatus, & testes in causa sanguinis, licet protestatione præmissa, eo quo modo facit accusator, non ob id irregularitatem euadunt; quippe illa protestatio sanguinē non intendendi, solùm accusatori prodest, secuta morte, 4 tract. 2. res. 32

7 Aduocato reum defendente, neque talionis pænam petente contra accusatorem, accusatoris secuta morte, non ob id ulla contrahitur irregularitas, res. 34.

8 Secretè excommunicatus, sine crimine rogatus aduocat; non item publicus & denuntiatus; non enim à fidelibus licitè induci ad patrocinādm ualet; neque à iudice admitti eo quibi casu. Si verò de facto ex partium admittatur consēsu, per eum facta patrocinia valebunt, p. 5. tr. 9 res. 14 idem.

8 Aduocatus de culpa non tenetur leui, vel leuissima, at solùm de graui; nullus quippe adigendus ad maiorem adhibendam diligentiam, quàm passim eiusdem solent cōditionis homines in similibus adhibere; proinde causa perdita quòd non præstiterit, quæ doctissimus, vel diligentissimus præstitisset, at solùm quæ diligentes, & docti præstare solent in simili causa, & bona fide, restitutioni non adigitur Ant. Diana par. 1. tr. 15. res. 59.

9 Clericus minoribus tantùm decoratus ordinibus, nullo suscepto Ecclesiastico beneficio, in quacunque vel criminali valet patrocinari causa. Bon. t. 2. disp. 10. q. 3. p. 4. n. 1.

10 Per quam est probabile pauperem graui egestate laborantem, teneri Aduocatū defendere gratis, ipsius indigentē patrocinio, nullo id alio præstare volēte

11 Cliente causæ iniustitiā cognoscente, nō tenetur Aduocatus ad expēsas. *Nam scienti, & volenti non fit iniuria*, eo etiā de causa iniusta non admonito. At parti tenetur cōtrariæ insolidum cum suo cliente de vniuersis ratione iniqui patrocinii damnis secutis.

12 Iniquam partem tutans Aduocatus, cliente iniquitatis non admonito, nedū contrariæ tenetur parti de damnis, verùm & ipsi clienti: quippe qui ex officio ad id præstandum tenebatur, nempe admonitionem præmittendam. Idem ib n. 2. 3. & 4. Clauis regia l. 2. c. 23. n. 10. Fill. n. 28. 282.

13 Partem inducens contrariam, causæ cognita iniquitate, ad transigendum, peccat, & restitutioni fit obnoxius. Secus si num pro cliente, vel parte stet contraria causæ iustitia, dubitetur, Bon. vbi sup. n 6. Nau. c. 26. n. 28.

14 Fisco restituere non deuincitur Aduocatus, pro rebus suo iniquo defensis patrocinio, quæ, condemnato cliente, fisco deuolutæ fuissent; imò ne ipse quidem reus iniquè defensus ad id tenetur; siquidem pæna ante sententiam non debetur. Lesius dubit 8. n. 50. Fill. tr. 40. c. 10. q 4 p. 4 n. 4. 228.

15 Qui se pro aliqua obligauit lite patrocinari, & posita tenetur appellatione litem pro cliente prosequi, etiam ad supremum vsq; tribunal. Bon. ibi.

16 Vtrùm verò Aduocatus integrum recipere valeat innoxiè stipendium, sibi absolutè promissum, etiam litem cliente deserente iam inchoatã, Resp. stipẽdio pro lite absolutè promisso, temporis nulla ratione habita, recipere vtiq; sine noxa valebit; hoc patet de conductore, qui culpa sua re non vtitur conducta, nam ad stipendium adhuc tenetur soluendum: excipe, nisi aduocatus suum optauisset redimi laborem soluto pretio, seu detracto stipendio: eo namq; casu de stipẽdio tantum detrahi posse censetur, quanti Aduocatus suum redimisset laborem; Præterea excipe, nisi interea alteri inseruiat clienti, & tantundem recipiat. Tandem, modò ob ipsius aduocati culpam, vel causam deserere non fuerit litem coactus, v.g. morbo intercedente, exilio, &c. Idem ibi. n. 11. 12.

17 Si verò clientis defectu causam deseri contingat, v.g. aliquo per cliẽtem detecto, ex quo iam sit iudicare litem iniquam iure coactus, totum sine crimine recipiet & integrum stipendium Clau Reg l. 12. c. 23. n. 32.

18 Vllo sine crimine quibit Aduocatus, aliusue negotiator, qui aliquo accepto stipendio, se aliquem tutari obligauit, dimidio alteri dato stipendio, illum suo substituere loco, & hoc conductoris de consensu saltem tacito, & citra vllũ ipsius damnum; hoc autem fit, si æquè peritus substituatur; huius est ratio, siquidem neutri iniuriam facit, non danti, æquè perito substituto; non accipienti, iusto dato stipendio, vt supponitur. Bonac. vbi sup. n. 12.

19 Aduocatus, qui acta, vel instrumenta gratis, vel diminuto pretio habuit à Notario, tutè integrum à cliente exigere quibit, & ordinarium stipendiũ; & hoc modò ipsius intuitu Aduocati huiusmodi facta fuerit remissio, vel procuratoris: si verò indistinctè, aut etiam in Aduocati gratiam hoc fecit Notarius, vel alium ob finem, indicans se in gratiam Aduocati id condonare clienti, eo nequibit eutè tu pro actis integrum exigere, & solitum stipẽdium; imò nihil iustè exiget, nullo pro eis dato stipendio. Fill. tr. 40. c. 10. q. 9. n. 296. Sayr. l. 11. c. 24. n. 5.

20 Aduocatus, qui non conductus, sponte alicuius defendendam suscepit causam, causa absoluta, & victoria reportata, iure solitum dari stip. quibit exigere, nisi id gratis præstare intenderit à principio, non verò mercedis animo; & hoc valet, etiam si ob id damnum sit aliquod passus; siquidem gratis id officiũ suscipiendo, damna inde oritura censetur condonasse, & iuri cessisse suo. Id patet de famulo non debita à se fieri opera præstante; quando pro eis recipere debitũ valet, & alijs dari solitum stipendium: nisi gratis id agere à principio intenderit; quando operarius sua est mercede dignus neque donatio præsumitur, quoties tradendi honesta aliqua subest alia causa Bon. ibi. n. 14.

21 Tandem Aduocatus, qui per se scripturas à Notarijs fieri solitas conficit, Notario dari solitum accipit stipendium, ad id restituendum non tenetur, nullo clientis inde orto dãno. Mart. Bon. t. 2. de octauo deç. præc. dis. 10. q. 3. f. 4. n. 11

Ædificium.

1 NE in suo quidem quis valet solo ædificium cõstruere, quod sibi nõ prodest, & alij nocet, Em Sa. v. ædif. n. 1. Item videndus Syluester, verbo ædeficium §. 5.

Ae-

Æquiuocatio.

Vide Iuramentum.

1 IVsta suppetente, & legitima causa, quis citra mendacium, addito etiam iuramento, æquiuocatione uti potest, nempe aliquibus uti uerbis aliud significantibus, & in suum conuertere sensum, addito aliquo mente retento; non ad fallendum quidem, imò tantùm ad veritatem, quam fateri non debeat, vel non expediat, occultandam, v.g Sacerdoti in Confessione noto sibi crimine interrogato, se nihil scire, fas erit respondere, mente retento, tanquã hominem. Sà verbo iuram. n.6.

2 Item latroni pecunias petinti, sine noxa se daturum quis respondere quibit, animo non dandi, addito, si dare tenebor. Præterea adultera suum iure marito quibit celare adulterium, mente retento, non patraui hodie, quo vere die nõ fuit adulterata. Item de loco veniens falsò peste credito infecto, à ciuitatis rogatus custode, se inde non venire innoxiè responsum dabit, retento, tanquã infecto.

3 Præterea, aliqua bona sibi necessaria abscondens, ne à creditore asportentur, & sic mendicare debitor necessitate cogatur, se nihil absconsum habere innoxiè item potest iureiurando affirmare, si per creditoris ministros, ad iurandũ fuerit adactus, vel per Iudicem, mente intelligendo, quæ manifestare tenear; & id genus sexcenta; siquidem prædicto modo iurans contra propriam non it mentem, mendacium autem est ire verbis contra mentem iurantis; cumq; id rationabili, & iusta de causa agat, sequitur mendacij reum non effici, vel cuiuscunque culpæ, Tol l.4.c.21.n.9.& l.5 c.58.n 5.

4 Tandem, à te amico tuo pecuniam, vel quid aliud mũtuò petenti: te non habere tutè respondebis, te illa indigente, aut ne serò restituatur timente, aut ægrè, & difficulter; vel si te aliquid inde passurum timeas damni; mente tamen retento, vt sup. v.g. non habeo tibi mutuò dandam pecuniam; adest quippe ad sic iurandum legitima causa, secus nulla existente causa: namq; eo casu cùm iustè rogeris huiusmodi æquiuocationibus vti nefas erit.

5 Probabile item habetur, eum non fore periurii reum, qui nulla suppetente causa huiusmodi vtitur æquiuocatione, addito etiam iuramento, vt potè qui falsum non iurat apud mentem propriam, neque it contra mentem: imò probabiliter, qui sic iurat [modò iuramentum in iudicio legitimè non fiat, vel in materia præiudiciali] nedum à mendacio, verum & à labe excusatur lethali; potè quia huic iuramento sola deficit discretio, siue iudicium, quæ tantæ non sunt necessitatis, vt culpa sub lethali iuramento adesse debeant, Bon de 2. dec. præc. disp. 6. q. 1. p. 12. n. 6. &c. Azor. l. 11. c. 4. q. 2. cum aliis.

6 Ex dictis patet, eum iustè æquiuocatione vti posse, qui in iudicio non à Iudice interrogatur competente, vel non iuridicè contra iuris nempè ordinem, vel eum qui iustam habet causam non ferendi testimonium, v.g. sibi ex veritate deposita graue imminente damno: nãque se quicquam scire, vel vidisse, negare iure poterit; mente æquiuocatione retenta, vt manifestare tenear; neq; enim verum, Iudice iniquè inquirente, manifestare tenetur quispiam. Clau Reg. l. 2. c. 5. n. 24.

& l.12.c.17.n.29.

7 Qui alio iurauit sensu, quàm alius perciperet, nulla æquiuocandi iusta interueniente causa, neq; vi ad id adactus, præcisè vi iuramenti seruare non obligatur iuramentum, at solùm præstare quod mente iurare intendit, non verò quod alter ex verbis audiuit; quando iuramentum tantùm iuxta iurantis obligat intentionem; & id scandalo intelligo præciso, vel damno tertii, cui taliter sine causa iurauit; ob id in externo seruare foro adigetur, quod verbo, non mente promiserat captiosè. Bon. vbi sup. n. 3. & alibi.

8 Venditores, qui alio nequeunt pacto pretium ab emptore iustum habere, si tanti rem sibi stare iurent æquiuocando, iuramenti præcisè ratione, nedũ quicquam restituere non tenentur, verùm neq; se lethali onerant culpa, tertij notabili remoto præiudicio; modò decipere eo pacto ementes non intendant, vel quid supra iustum notabile extorquere, vel pretium rigorosum, re notabili existẽte. Idem. ibid. num. 8.

9 Qui, ioci gratia, Caium esse asserit suspensum, eius imaginem intelligẽdo, ratione præcisè iuramenti ad nihil tenetur; imò per quàm est probabile nõ plusquam veniali se culpa afficere: huius est ratio, quia iuramentum supra materiam non cadit falsam, imò supra mente rem intentam, quæ vera est; remoto tamen hoc intelligo omni scandalo, & damno. De iuramento æquiuoco, vide infra, v. Iuramentum. Ant Diana in Compendio, v. æquiuoc. Item Bon. circa 2. dec. præc. d. 4. q. 1. p. 12. per totum. Tol. vbi sup.

Ætas.

1 ÆTas à die incipit natiuitatis non Baptismi; proinde consulo vt in baptizatorum libro per Parochos Baptismi, dies adnotetur, & natiuitatis, pro certa inde baptizati scienda ætate, pro ordinibus profess. &c. Vide Sacr. Congr. die 4. Dec. 1627. August. Barb. in coll. v Aetas.

2 Pro simplici obtinendo benef. expleta non exigitur quatuordecim ætas annorum; imò cæpta tantùm Idem ibi. ex S. Congr. teste Galet. in Marg. Cas cõsc. v. beneficium 4. Ad pensionem septem sufficit annorum ætas. Id. Barb. ibi.

3 Ad dignitates obtinendas Ecclesiasticas cum cura animarum, ætas requiritur ann. 25. S Cong.. 4. dec. 1627.

4 Ad validè votum nuncupandum, annorum decem cum dimidio requiritur ætas, in mare, at nouem cum dimidio in femina, intellige de personali simplici. Potest autem à parẽtibus, vel tutoribus ante pubert. irritari. Pro verò legitima bonorum administratione, viginti quinq; annorum comperio ætatem requiri. ex Graff. Decis. Aur p. 1. l. 1. c. 8 n. 14. & 15. Vide ibi fuse: ego à multis supersedeo, breuitati consulendo institutæ: item parum hæc ad Confessarium spectant, ob id consulto omitto.

Aff-

Affictuarij.

1 Affictuarij, aut Coloni, aut bonorum Ecclesiæ portionarij, exeptione gaudent collectarum ordinariarum, & extraordinariarum pro colonica ipsorum portione. Sacra Congr. Episcop. & Regul. 18. Settemb. 1618. Apud Aug. Barb. v. Affictuarii.

Affinitas.
Vide Matrimonium.

1 NOto. Affinitatem ex fornicatione contractam post contractum Matrim. esse ad secundum gradum redactam quoad legitimam debiti petitionẽ, per Conc. Trid sess. 24.

Alchimia.

1 PEr alchimiam verum aurum si fiat, tutè ac si naturale esset expenditur, Th. 1. 2. q. 77. a. 2. ad prim. apud Arm. v. alch. n. 2.
2 Alchimiæ est ars licita, arte magica tamen omni remota, aut alia per legem arte vetita. Ibi Fum. n. 3. ex Oldrado cons. 69.

Alienatio,
Vedi venditio, & alibi de cõtractibus in particulari
Ecclesiarum alienatio rerum.

1 COnttactus quicunq; nomine venit alienationis, per quem dominium tum directum, tum indirectum transfertur. Quaranta, Alienatio, n. 6. Barb. apud Ballas. in prompt. v. alienatio, n. 1.
2 Ecclesiæ bona immobilia, seu mobilia, quæ cum sint pretiosa seruãdo seruari vltra triennium valent, inconsultò non valent Pont. Summo alienari. Item per pactum prohibentur alienari, concedi, locari, hypothecari vltra triennium. Itẽ quocunq; prætextu infeudari, vel data prorogari sub pluribus pænis per Vrb. VIII. const. 15. primo Nouembr. 1625. prohibentur. Intellige de bonis quibuscunq; ad loca pia spectantibus nunc, & ab hinc in fut. spectaturis. Barbos. v. Alien. in coll. § 2.
4 Qui excommunicationem probabili ignorant ignorantia, vel prohibitionẽ, si inconsultò alienent Summo Pont. excommunicati non euadunt. Nota huiusmodi

di contra alienantes excommunicationem nulli esse reseruatam;idem de cæteris contra Episc.& Abbatibus pœnis,nimirum interdicto post sex menses, suspẽsione à Monasterii,vel Eccl.regimiue.Pet.Bell.v.Alien n.23.secus de priuatione afficiorũ & inhabilitationis,priuationis,tum actiuæ,tũ & passiuæ vocis cæteris impositis Prælatis,etiam non malitiosè,aut præsumptuose alienantibus;summo quippe sunt reseruatæ pontifici,Lezan.v. Alien n.23.

4 Regulares iura alienantes,redditus,aut ad vitam recipientis,agros,prꝑterquamquod nulliter agunt,ab officiis quæ possident suspenduntur.

5 Ab amico sibi dono rem oblatam repudiare,ab alienatione est alienũ , imò non acquirere tantùm est;neque contra Religiosorum votum paupertatis militat,vllo nondum Monasterio iure acquisito.Non idem dicendum de legato,aut delata hæreditate post testatoris obitum,eadem quippe non est ratio.

6 Alienari prohibita,pignori item dari vetitum;præsertim modica redimẽdi spe relicta,vt si rei sit pignori datæ valor magnus.

7 Contra Ecclesiam pro rebus à Prælato malè alienatis , præscriptio datur nulla; limita ante Prælati mortem alienantis,vel cessationem ; quippe ab ipsius obitu scientibus,& successoribus patientibus,currit vtique prꝗscriptio.

8 Fructiferas,vel arbores infructiferas incidi,magna supposita quantit.vetitũ Excipe,nisi possessori sint omninò,v.g.ob densitatem,aut opacitatem nulli vsui, imò forte dispendium importent.Pro sup.dictis consule Quaranta , v. Alien. Pet.Bell.eod.verbo per totum. Excipe tandem,nisi loco succisarum,nouellæ, & fructus suo tempore allaturæ reponantur. Idem ib.n.15.Nau.l.3. consil. de reb. Eccl.non alien.c.6.87.

9 Quòd aliquando rerum Ecclesiæ alienatio futura sit ipsi Ecclesiæ vtilitati, non ob id sine Summi Pont.fieri valet obtenta facultate,Lez.t.1.c.10.n 4.

10 Innoxiè, nullo Pontificis obtento beneplacito , alienatio aliquando fit, v.g.tam vrgente necessitate captiuorum à pyratis redimendorum,aut pauperum alendorum,vt Summi non valet Pontificis facultas expectari,Bell.ibi.n.13.

11 Nulla Summi Pont.facultate,exigui pretii res Ecclesiæ,etiam immobiles, alienantur. Congr.Sac.cap.Terrulas 12.q.2.Quar.v.sup.n.4 Exigui autem dicuntur valoris,quæ terrulæ 24.non excedunt nummos aureos : at omninò iudicis standum arbitrio.Barb.in cap.terrulas n 3.apud Petr.Bell.ibi.

12 Tria copulatiuè ad prædictam requiri alienationem inuenio ibi apud eund.v.alien.n.9,nimirum rei exiguitatem, Ecclesiæ inutilitatem;& tandem alienandi necessitatem.Nota,quòd valde notatu est dignum, allegari à Pet.Bell.ibi n.7.qui dicit alienationis nomine, voluntariam,non item necessariam venire . Ibi n.sup.cit.

13 Aurea vasa,argentea,vestes pretiosæ,gemmæ,librorum copiosa bibliotheca,ouium grex,caprarum,&c.ferentium vel (saltem probabiliter) non ferentium fructum,arborum multitudo intelliguntur , per bona mobilia pretiosa alienari prohibita,Lezan.t.1.c.10.n.4.Quar.ibi v.alien.

14 Immobilium verò nuncupatione,tam res fixæ corporeæ,& stabiles quam actiones,& iura,aut longi temporis redditus,v.g. annorum decem.Præterea immobilium iura monasteriis acquisita . Suar. de Rel.l.2.tr.8.c.27.n.16.& 17: Imo hoc commune apud omnes habetur.

15 Nisi ad immobilia emenda sit pecunia deputata,nomine non venit mobilium,

lium quæ seruando valent seruari; Debitorum, non veniunt nomina, nomine mobilium, aut immobilium; idem de iuribus, & actionibus Fum. v. alien. n. 11.

16 Ecclesiæ legatum, vel donatum de non alienando conditione addita, Ecclesia alias non habente possessiones, adhuc cum debitis valet solemnitatibus, iustaue id requirente causa alienari; quippe huiusmodi, de mea re non alienâda addita conditio, in iure meritò reprobatur, neq; mente reputatur sanus cum huiusmodi conditione donator; imò si Monasterio bonorum incapaci cum supradicta fiat conditione legatum, sine etiam necessitate statim alienari debet: pote quia tanquam turpis talis habetur conditio. Idem Fum. ibi n. 29.

17 De essentia seruandis non seruatis solemnitatibus, qui recepit, restituat omninò Ecclesiæ cum fructibus, etiam pretio sibi non restituto, nisi fuerit in Ecclesiæ conuersum vtilitatem. Nota, in conscientia, si alienandi causa adfuit legit, deceptione remota, restituere non tenetur. Arm. v. Alin. n. 15.

18 Noto ex Hieron. Roder. qu. Reg. v. alien. res. 7. n. 2. ad validam rerum Ecclesiæ alienationem requiri nedum discretorum vota conuentus, sed Capituli expressum consensum, singulorumue patrum subscriptionem. Item idem ibi n. 9. ait in vtilitatem Monasterij facta sine iuris solemnitatibus alienatio, tenet; adducit paritatem ab alienatione per pupillum sine tutoris facta consensu, si in ipsius fiat pupilli vtilitatem. Item iuxta à me sup. dictum n. 10. de alienationis validitate, in magna pauperum alendorum necessitate, &c. sine vllo Papæ expectato consensu, noto addendo Em. vbi supr. c. 15. qui idem asserit, hoc videri procedere in magna etiam patrum alendorum, aut vestiendorum necessitate, eadem siquidem omninò videtur vtrorunq; ratio, imò fratrum potior debet esse conditio.

19 Item ex Quaranta in summ. Bull. v. Alien. n. 9. fore noto animaduertendũ, à contrahentibus, ne possessionem tradere præsumant, prius Papæ non obtento consensu, satis esse arbitrantes dici, saluo pontificis consensu, nam cum factum sit contra protestationem, huiusmodi ab incurrendis in extrauaganti Pauli II. propositis pœnis õn valet protestationi excipere cõtrahentes: bona tamen vtiq: fides excusat, cum in extrauaganti habeatur, præsumentes, quod bona fide non afficit operantes.

20 Sub eadem prohibitione item noto ex Quar. ibi n. 15. comprehendi rerũ Ecclesiæ per mutationes, cum & ipsæ veræ sint alienationes. Vsus in contrarium non suffragatur. Item, quæ ita donantur, vel Ecclesiæ legantur, vt sine solemnitatibus à iure præscriptis alienári queant, adhuc, pote quia huiusmodi censetur illicita conditio, alienari sine eis nequibunt.

21 Item idem in summa v. Alien. n. 49. notatu dignum dicit, nimirum prędictas in principio, n. 3. incurrendas à malè alienantibus pænas ipso facto, adhuc, donec delicti sequatur declaratio, non incurri in foro conscientię, excommunicatione, suspensione; & interdicto exceptis.

22 Præterea, per errorem indebitè facta alienatione, ob nimirũm iuris malã interpretationem, vt si super aliquo doctorum sint variæ interpretationes, neq; clarum extet ius, sicuti non peccatur, ita nũllam incurri patet inde pænam; lethaliter enim non delinquit, qui legem malè intellectam, bona tamen fide, transgreditur. Item à pænis excipit incurrendis alienationis [non facta traditione] reuocatio per facti pænitentiam: secus iam traditione facta; item iustę alienandi causæ apparitio. à Mõt, eximit, dato nulla sit alienatio: quia hic per præsumptionẽ

lex

lex non frangitur,& dato iuris non seruetur humani forma, saltem naturalis seruatur diuino iure necessaria. Ad multorum libuit hæc adnotare consolationem simplicium, parumue iuris peritorum, Romano Pont inconsultò ignoranter res Ecclesiæ alienantium. Probabile est item alienationem sine requisitis factam solemn. cum Ecclesiæ euidenti vtilitate esse validam, modo Ecclesia contractui stare velit,& super hoc sollicitè papæ procuret assensum. Vide omninò Quar. ibi. n.34 49.& 50.

Alimenta.
Vide Legatum.

1 Legatis alimentis,& vestimenta cum calceamentis veniunt Idem si victus legetur; secus si cibaria legentur. Item alimentorum nomine, medicinæ etiam comprehenduntur. Legatis ad vitam necessarijs, vestes, cibos,& medicinas dari oportet,&c sicut de alimentis, vt sup. legatis Cui alimenta debentur,& expensæ pro studio dentur, pro personæ decentia sustinenda. Inopem virum alit vxor diues,& è contra: culpa alterutrius tamen præcisa. Facto diuortio ob viri peccatum, filii apud matrem viri nutriantur expensis: intelligo de triennio minoribus Si ob matris fiat causam diuortium, apud patrem alentur matris expensis locupletis, si sit idoneus; secus apud matrem diuitem. Coniugum altero infideli, apud fidelem filii alendi. Ne filij spurij alimentis priuati pereant à parentibus omninò ali debent; etiam de iure hoc tenendum ciuili; hoc enim ab Ecclesia fuit inductum ex quadam naturæ æquitate, quocunque tandem sint coitu procreati damnato; imo pater legare,& mater valent filijs spurijs titulo alimentorum,& dotare: dote locum succedente alimentorum: quinimo pater filiam cogitur, vt aiunt, bastardã, dotare. Bert. Fum v. Ali. cætera huc forte spectare visa, vide v. fil. legatum,& legitima. Item vide Sà v. Alimenta, n.1.& 2. At ego libens huiusmodi ad Causidicos remitto.

Altare.
Vide Abbas, Ecclesia.

1 IN Regularium Ecclesiis altaria existentia, etiam per secularium Cõfraternitates erecta, nequit visitare Episcop. Barb. in coll. v. altare, ex Sacra Card. Congreg. 1615. Item Lez v. Altare n.18.

2 Altaribus pro defunctis priuilegiatis, de requiem Missas esse celebrandas idem ait Barb. ibi, ex Sacra Cong. rituum anno 1601. aliàs indultum quicquam eis non suffragatur.

3 Vnius Ecclesiæ altaria priuilegiata, aut Religionis, aliis, vel generalem cõmunicationem priuilegiorum habentibus non communicantur. Lez. ibi n.19. Pro defunctis Altaria priuilegiata, anno sancto non suspenduntur, quippe huiusmodi solum quoad viuos fit suspensio. Id. n.19.

4 Cum

4 Cum altare portatili in quocunque valent honesto loco Regulares celebrare, ad dormiendum non destinato; quod intelligo Episcopo non prohibente, valet enim. Lez. vbi sup. n. 13. Em. Rod. q. Reg. v. Alt. n. 3.

5 Altaria portatilia, in Ecclesia existentia, violata, vel polluta, non violantur. Secus de stabilibus.

Anniuersaria.
Vide Missa.

1 EPiscopo iam anniuersariorum non licet numerum reducere, vt Conc. Trid. sess. 25. de ref. c. 4. Sacra id Cardin. Congregatione anno 1625. in decr. de cel Missarum statuente, imo ad Sacram fore sedem recurrendū pro huiusmodi reductione ordinauit. Vid. Barb. v. Anniuers. in Collec. Hoc verum omnino est de anniu. post. Conc. institutis.

Annunciatio.

1 ANnunciatione B.V. die Dominico Quadragesimæ incidente, de ea nihil fiat, sed transfeatur; excipe nisi in Ecclesiis sub Annūciationis inuocatione dedicatis. Sacra Congr. Dit. 1612. Imò neque in eis, si die eadem Dominica incidat Palmarum, & ab hinc ad Octauā vsq; Paschæ inclusiuè. Quò si die incidat Veneris Sancti, illud non est Sacrum (vt aiūt) siccum, ex præcepto audiendum. Ead. S. Rit. Cong 1622. Vide Gauant. in Comm. ad rubr. miss. p. 3. tit. 29. n. 24. apud Aug. Barb. in tract. de officio parochi potest. Et in Coll. v. Annunciatio.

Annus.
Vide Tempus.

1 ANnus in fauorabilibus inceptus sufficit. In odiosis, perfectus requiritur; excipe, lege secus non disponente. Soar. l. 7.

Antiquum.

1 CEntum habens annos, antiquum habetūr. Soar. in Ench. l. 7.

Apostasia.
Vide Religiosus, & Caput Miscellan.

1 APostasia non est crimen ad laicum iudicem spectans, neq; ab hæresi specie distinctum. Diana 4 p. tr. 1. res. 12. & 1. p. tr. 7. res 54.

2 A religione apostata, priuilegiis non spoliatur religioni concessis. Idem de

quocunque alio Religionem cum habitu, vel sine, deserente, licitè, vel illicitè; huiusmodi enim adhuc religiosus manet, & votis obnoxius Religionis solemnibus; neque extare ius aliquod video in contrarium. Secus de eiecto putridum tanquã memb um. Mendos. de priu. ad instar glo. 3. n. 8. &c. Neque Ecclesię priuatus manet immunit. nisi in propriis Ecclesiis, à quibus apostatauit. Non est irrigularis, modo secretus sit; alioqui ex infamia fit irreg. non præcisè ob apostasiam. Dian. 4. p. tr. 2. res. 49. Nisi infra annum ad Relig. redeat, ab Inquisit. inquiri quibit, & quatenus sit opus, puniri. 4. p. tr 7. res. 3.

3 Apostasia à Relig. consistit in recessu ab ea cũ animo semper illius deserẽdæ.

4 Ob id, sine Superioris licentia recedens, propriè apostata non habetur in foro interno, sed fugitiuus tantùm, & vagus haberi iure valebit. Idem ib. d. n. 2. Arag 2. 2. q. 2. art 1.

5 De hæresi suspectus apostata habetur: præsertim si, vt sup. per annum ad Religionem redire neglexerit. Idem ib. n. 12. Graff. decis. l. 3. c. 5. n. 83.

6 Alimenta Religio apostatæ præstare non tenetur, dato ratione morbi ea sibi comparare aliunde impotens fiat, vel ratione senectutis; *Fidem namque frangẽti, fides frangatur eidem*: & hoc ex iustitia, alioqui ex charitate necessaria præstabit omninò. Sanctarell. de apost. c. 3. n. 22. apud Bell. vbi sup. n. 21.

7 Suam sciens professionem validam, & contra eam adhuc impiè reclamans, pęnas non euadet Apostatarum; quippe qui verè Apostata censetur Id. ib. n. 22.

8 Religioso apostatante, redditus, sibi ante prof. in renunciatione reseruati, Religini, vel Monasterio debentur, quatenus vixerit, Graff. l. 3. de cas. res. c. 4. n. 5.

9 Religioso Clerico nedum à Relihione, verùm & ab ordine apostatante, duplicem incurrit apostasiam: ratione nempe Religionis desertæ, & Clericatus. Bell.

10 Per Apostatam acquisita, saltem personæ intuitu propriæ, pertinent ad Religionem, ad eam illo reuerso; secus si alicuius intuitu Ecclesiæ quid acquirat; eo enim casu ad eam spectant. In apostasia defuncto, ad Cameram spectant Apost.

11 Siue deposito, siue etiam habitu retento, ipso est iure Apostatæ excommunicatus Id Bell. ibi n. 3. & quoad per apostatas acquisita, ibi n. 14.

12 A striciore ad laxiorem su Religionem transferens, probabiliùs non censetur apostata. Em. 5. v. Rel. n. 71. Bon. de claus. q. 2. p. 11. §. 1 n. 4.

13 Apostata omnis, est & fugitiuus, non verò è contrariò. Id. ibid. n. 6.

Appellare. Appellantes.

1 EPiscopo pro reo sententiante, nempe Ecclesiarum gaudere immunitate, laicus nõ valet Iudex ab ea sentẽtia appellare; Dian 3. p. tr. 1. res. 38.

2 A sententia, iuxta probabiliorem opinionem lata, licet appellare, probabili pro reo item stante opinione. Ibid. tract. 5. res. 104.

3 Apud duos Iudices decisa causa, quorum alter sit laicus, Ecclesiasticus alter, ad Ecclesiasticum, non vero ad Iudicem appellatur laicum, dignore ad se minus dignum trahente. Idem p. 4. tr. 1. res. 54.

4 A lata excommunicationis sententia non appellatur, adeo vt posita appellatione excommunicatio interim suspendatur. Imò huiusmodi appellatio iàm latæ nequit excommunicationis declarationem impedire; siquidem declaratio quid

est

est censuræ accessorium. Idem 4.p.tract. 10.res 16. versic.post hæc.

5 Generaliter appellans ab excomm.susp.&c. validè quidem secundum ius ciuile facit; secundum verò Canonicum, non ita. Ant. D. ibi. v. Appell. ibi res. 18.

6 A lege non datur appellatio, Petr. Bellasius Prompt. Regul. verbo App.n.1.

7 A morum correctione appellatio, executionem non retardat; neq; huiusmodi Regularibus licita erit appellatio, modo tamen in correctione seruato, Id. ibi n.2

8 Vel si causa committatur cum clausula, omni remota appellatione, adhuc grauamine existente notabili, & euidente, permittitur n.3. idem.

9 Appellatione pendente, appellans de aliis conuentus causis apud Iudicem à quo appellauit, vt suspectum eum recusare iure valebit. Pet. Bell. in Pront. v. App. ibi idem num. 13. & Gloss. obsit. in can. hoc etiam 2.q.6.

10 Superiore subditum excommunicatione prohibente, ne à sua appellet sententia, adhuc tuta quibit conscientia appellare, iusta appellandi, & rationabili suppetente causa; huiusmodi namque excommunicatio errorem videtur continere intolerabilem, & contra ius naturale, quod vnicuiq; ad se licitè tutandum tribuit facultatem Bon. de cens. in comm. disp. 1 q. 2. p 2. n. 10. t. 1.

Approbare.
Vide Cap. Miscell. pro Rel.

1 APprobatus Rel. ad Cõfessiones ab Episcopo audiẽdas sæculariũ examine præuio, ab eodem nequit Episcopo iterum examinari; ab eius vero valet successore. Vide Aug. Barb. in Coll. Bullar. v. Approbare hoc intellige iusta id aliqua, & rationabili causa non requirente cætera huc fortè spectantia, alibi fusè suis locis; ad ibi dicta me, & te remitto.

Aqua benedicta.

1 AQuę aspersio benedictæ per ipsum omnino fieri debet celebrãtem, non per quemcumq; alium, vel Sacerdotem; quacunq: in contr. non obstante consuet. Sacra Rit. Congr. 1632. Barb. v. Aqua benedicta, in coll Bulla. legitima enim huiusmodi non est consuetudo, imò corruptela non permittenda.

Arbiter, Arbitrator.
Vide Iudex.

1 DIfferentiam inter Arbitrũ, & Arbitratorẽ accuratè præbet Fum. inf.
2 Secundum iura iudicat arbiter, at secundum proprium iuditium, & ex æquo iudicat arbitrator, nullo inspecto iure, aut ordine retento iudiciario. Proinde aliquis si eligatur vt super aliqua re, de qua lis aliqua versatur, suum ferat iudicium, arbitrator habetur; si vt, lege inspecta, secũdum eam iudicet, eligatur, arbiter habendus.

3 Arbiter, & arbitrator, perperam clare si ferant iudicium, omninò emendari debent, re notabili existente, de non contraueniendo non obstante pacto, vel iuramento firmato; sub hac quippe censentur compromisisse conditione, népe, modo ex æquo, & bona fide iudicium fiat: & eo casu debet sententia ad boni viri iudicium reduci: quòd si bona fide læsio fiat, & de re parua læsus non auditur. In Ecclesia lata per arbitrum sententia, vel iudicem ordinarium nulla tenet. Secus de arbitratoris sententia.

4 Excommunicatus arbiter nequit constitui, Religiosus de consensu valet Prælati esse arbitrator; arbiter item, sed in Monasterii vtilitatem; secus non Sanch. 6. in Decal. l. 13. n. 55. apud Bellas. in prompt. v. Arbiter.

5 Arbiter, qui se obtulit, etiam de leui tenetur culpa, alterutra parte læsa ob suam insciciam, negligentiam, &c.

6 Cum arbitrator ad componendum inter partes eligatur, tutè aliquando vni tollit, alij dando parti eligentium, vt prudens alius faceret; citra tamen enormem læsionem, de qua non præsumebatur, & quæ semper excipi tacitè à compromissoribus censetur. Fum. u. Arbit.

Archiepiscopus.

1 ARchiepiscopus Nuncium roget vt populum benedicat, & sic Archiepiscopo id remittat, vt dignitas à populo cognoscatur Apostolica. Causa inter suffraganeos Episcopos non iudicat vertentes. Vide Aug. Barb. in Coll. Bull. v. Archiep. ex Sacra Cong. 1588

Archipresbiter.

1 CAthedralis Ecclesiæ Archipresbyter, totius valet diœcesis omnium audire confessiones; imo sibi ad hoc Vicarium constituere. A casibus tamen reseruatis absoluere nequit; & hoc iure comm. consuetudo tenenda. Vide Syl. v. Archipresb. apud Em. S. eodem verbo.

Arma.

1 ARma Religiosis deferre vetitum, si per Principes sint prohibita in suis Regnis; quod intelligas quoad directiuam non vim coactiuã; idest si deferant peccant, ast per Principes nequeunt laicos ob delationem puniri, l. 4. tr. 9. c. 4. Layman & Lez. t. r. 10. n. 5.

2 Armorum veniunt nuncupatione fustes etiam, lapides, ferrum, & quicquid tandem arcu, aut manu mitti valet. Glos. arma, in extrau. copiosus Ioann. XXII. apud Petr. Bell. v. Arma.

Arra sponsalitia.
Vide Matrim.

1 SPonsalitia arra, culpa respectu alterius non secuta, quo minus matrimonium fiat, restituatur, v.g. alteiutro Religionem ingrediente, ante viuis abscendente, & huiusmodi; at Matrimonio ob alterius culpa non inito, recipiens duplicatam restituat: probabiliter tamen in consciētię non tenetur foro ante condemnationem. Idem de arris in quocunq; alio datis contractu. Vide Glos. in cap. Fraternit. secundo, q. 2. apud Arm. v. Arra.

Assecuratio .

1 ASsicurator, qui dolo, fraudeue à mercatore adductus fuit, ad merciū non extantium pręstandam securitatem, iure pretium ab eo pactū recipere, imò & exigere valet; vt patet de per fraudem ducto ad ludendum, qui lucrum tuta retinet cōscientia, quamuis collusor quid per fraudem acquisitum nequeat tutè habere, neq; enim ad assecurandum, per dolum adductus quicquam habet inuito domino. Bon. de conrractibus disp. 3. q. 15. q. 3. n. 3. vers. si quæras.

2 Si detur casus, vt quis arte aliqua, v. g. astrologiæ, aut aliunde sciat nullam mari futuram tempestatem, aut per amicorum accipiat litteras, à predonum tutū manere excursione, is inquam probabiliter, æque ac alius quicunq; accipere dari solitum assicuratori stipendium poterit pro naui assicuranda: vt patet de sciente breui magnam mercium superuenturam copiam, constat enim suas currenti posse pretio vendere merces, ac qui id ignorat, priuata non obstante præcognitione futuræ copiæ. ergo & hic. Lesius l. 2. c. 28. dub. 4 n. 27.

3 Validus contractus censetur assecurationis, quem iā merce deperdita, mercator cum assicuratore contrahit, vtroque periisse ignorante: quippe [iuxta praxim] censendum est contrahentium fuisse mentem nempè vt periculum suscipiatur quoad præteritum etiam naufragium, sed ignoratum; standum tamē vniuscuiusque loci consuetudini, Bon. ibi n. 4.

4. Nullus ille est assecurationis contractus, quo quis quid assicurat, se bona fingens possidere ad satisfaciendnm, re pereunte, cùm neque habeat, vel se fore speret habiturum; dolus nanque contractui causam dedit, proinde de omnibus tenetur mercatori damnis inde secutis, imò & recepti pretij; nisi aliqua forte habuerit bona mercatori tradenda, re deperdita; quippe qni eo casu recipiet proportionaliter ad bona, quæ habet, v. g. si mille assecurauerit, centum acceptis pro assecuratione; sed quingentos tantum possidet Aureos, quinquaginta sine dnbio retinere pro assecuratione valebit; uon vtique ratione contractus, quippe qui nullus, ast periculi, cui se exposuit, soluendi, re perdita, aureos quingentos, Id. ib.

5 Nedum merces, imò & vita ad certum valet tempus assecurari; v. g. si ego meo matuem amico ad annos quinque pecuniam, quam me fore timeo amissurū, casu amicus intra id tempus è viuis descedat, amici vitæ petere possum assecuratorem, traditis pro assecuratione, v. g. quinque pro centum, ita, vt intra id tēporis

ris amico vita functo, assecurator pecuniam mihi ab amico restituendam, ipse restituat: ratio est, quia vterque tum lucrandi, tum & perdendi se fortunę obiecit Idem.t.2.de contract.disp.3.q.3.p.3.n 6.

Assistens.

1 ASsistens præcidi detegat omninò publicos eorum defectus, qui ad dignitates, & officia nouit proponi: quando indignorum ex officio electionem impedire debet. Imo & occultos non emendatos defectus. Lez.t.2.c.13.n.21.

2 Iuxta propriam tenetur respondere conscientiam, dato videat nihil effecturum. Roder.t.2.q.45.ar.4 Si assistentes votum habeant decisiuum, Generales sententias nequeunt graues ferre, assistentium sine consensu maioris saltem partis. Si consoltiuum tantum, Generalis lata valet sententia, eorum non concurrente consensu; at malè id agitur. Lezan.ibi.n.23.

Assistere.
Vide Matrim.

1 NOto, Matrimonium coram illo celebratū, qui cum ab Episcopo Parochus crederetur quorundam sponsorum, cum tamen verè nō fuerit, licentiam ab eo assistendi habuit, esse validum, dato veri absfuerit Parochi præsentia. Item valide Matrimonio assistit Parochus nulliter electus, ob concursus nullitatem, nimirum ob Synodalium examinatorum defectum. Item validè assistit ille Parochus, cuiusdam iuuenis Matrimonio, qui cum meretrice contraxerat modo sequenti; quidam fuit iuuenis Meretricis captus amore, qui cum in propria dubitaret Ciuitate Matrimonii inire fædera, Cōcilij adhibitis solemnitatibus, eo quod timeret parentes impedimento sibi futuros, propter ea cum meretrice Romam pergit, & coram testibus, & loci Parocho, vbi aliquantisper commoratus fuerat, contraxit per verba de præsenti Matrim. Item Matrimonium ex causa nullum publica pro eius validitate noua indiget Parochi assistentia; neque dicere quicquam valet fuisse per copulam subsequentem validatum.

2 Qui cum animo contrahendi sine Parocho, & assistentia testium se eo trāsfert vbi Tridintinum non fuit Concil. acceptatum, cum animo tamen ibi non habitandi, nulliter contrahit. Secus, si cum animo ibi habitandi se eò transfert; vel si eo se transtulit euitandi causa alicuius per parentes iniusti impedimenti objiciēdi, vide pro sup.dictis omnib. Barb.1 Coll Bull v.Matr.per totū ex S.Cōg.

Astrologia.

1 ASTrologi iudiciarij, qui de statu Christianæ Reip. vel Sedis Apost. aut de Summi Pont. vita, aut consanguineorum iudicia faciūt, facta retinent, vel alicui ostendunt, aut verbis tractant, vltra excomm. incurrunt etiam lesæ Maestatis crimen, & vltimo sunt puniendi supplicio

plicio, omnium bonorum addita confiscatione, & Clerici omni priuantur bene & officio. Vrb. VIII. 1631. & Aug. Barb. in Coll. Bull. v. Astrolog.

Bannitus.
Vide homicidium.

1 Regularibus per Sacram Congreg. bannitos retinere quoscunq; vetitum, priuatione proposita orficiorum Lez. v. Bannitus, n. 2.
2 Superior tamen Regularium in suo cōuētu per aliquot velet dies bānitum retinere, qui casu non dolosè aliquod patrauit delictum, obque id bannitus foit. Bell. v. Bannitus, n. 2.

3 Ad Ecclesiam bannitis, vt eius gaudeant immunitate, confugientibus, nō verò ibi animo habitandi, vel hospitandi, omnino prȩstetur immunitas, quatenus saltem eos delicta constet non patrasse, ob quæ iure eis Ecclesiæ denegetur immunitas. Lez. v. banuit. n. 8. ex Sacra Congr.

BAPTISMVS.

De Baptismo sanguinis, nempe Martyrio. Cap. I.

1 Baptismus sanguinis est martyrium; & ob id, qui baptizari aquæ nequiuit Baptismo, & ante eius susceptionem ad martyrium rapitur, totius consequitur culpæ, & pænæ omnium remissionem peccatorum: quippe Martyrium sibi Baptismi vindicat nomē, eo quod quandoq; veri aquæ Baptismi effectus producit, & eius vices supplet.

2 Ille verè est martyr, qui propter iàm opus egregiè patratum occiditur; siquidem huic mors in boni operis infertur odium; patet de S. Ioanne Bap. qui ob id Martyr meritò ab Eccl. noscitur.

3 Si tamen ita sit affectus, vt mori mallet, quàm virtutis actum illum retractare. Vtrunque ex Bon. t. 1. de Sacram. in gen. disp. 2. q. 1. p. 1. n. 2.

4 Qui inter dormiendum, in gratia existens, in Christi, vel Ecclesiæ, aut alius verȩ virtutis odium occiditur, martyr habetur, si de martyrio præcogitauerat, sicque affectus inueniebatur, vt si oportuisset martyrium suscipi vigilans, prōptus suscepisset. Suar. disp. 2. sec. 2. Bon. ibi n. 5.

5 In matris occisa vtero proles, cum ipsa martyrii coronam matre meretur, in Christi odium, vel Ecclesiæ illata nece, aut alius veræ virtutis. Ibid. idem n. 6.

6 In martyrium suscepturo, si noxa detineatur lethali, supernaturalis attritio requiritur, ad contrit. verò in eo nulla adest obligatio, Ibi. n. 8.

7 Sufficit virtualiter atteri, & implicitè. Suar. disp. 29. sec. 3. concl. 3.

8 De martyrij est essentia, vt mors, aut cruciatus, vel lethale vulnus in contemptum, vel odium inferatur Christi, Ecclesiæ, aut veræ alius virtutis, Lesius l. 3. cap. 1. dub. 3. n. 38. Bonac. vbi sup. t. 1.

9 Si

9 Si quæratur, vtrùm qui miraculosè à morte liberatur, poſt mortis illatluum acceptum cruciatum, in gratia maneat confirmatus, ita vt amplius lethali ſe noxa non ſit inquinaturus. Reſp. Infallibiliter non conſtat, at pium eſſe credere cõfirmari, diuina id exigente prouidentia. Suar. diſp. 29 ſect. 3. ad finem. & Mart. Bon. ibi p. 3.

10 Martyrium tunc eſt in præcepto, quando grauis ſe, & vrgens offert neceſſitas ſuſcipiendi, v.g. pro fide tuenda, vel magnopere propaganda, ibi. n. 5.

11 Aliàs ſufficit hominem tali eſſe animo præparatum, vt martyrium ſufferret, ſup. dicta neceſſitate oblata. Ib. cum D. Th. in 4. diſt. 49.

12 Se martyrio offerentes, & Chriſtiani nominis hoſtes irritantes ad martyrium inferendum, peccant, temerè hoc facientes, & vlla ſine cauſa, quæ præcepti contineat vim, vel ſaltem conſilij; tentare namq; Deum videntur. Verùm, ſufficiens cenſetur cauſa adeſſe, quoties ex martyrio Dei conſequitur maior gloria, & fidei exaltatio, D. Th. 2. 2. q. 122. ar. 1. ad tertium. Sanch. in ſumma l. 2. c. 24. n. 15. Vide Bon. vbi ſup.

Baptiſmus fluminis, nempè qui eſt Sacramentum. Cap. II.

1 QVi nunc in partibus terræ ſunt remotis, inuincibili laborantes Baptiſmi ignorantia, & legis Chriſti: pium eſt credere fore ſaluãdos, tamen per eos lege ſeruata naturali; dabit Deus, quo ad ſe valeãt cõuertere lumẽ, naturali lege ſeruata, D. Th. 2. 2 q. 10. a. 4. in Bon. ib.

2 Beatus. Virgo, & Apoſtoli, dato iàm gratiam adepti fuiſſent, nihilominus Baptiſmi lege tenebantur, ob id charactere fuere Baptiſmi initiati, vt aliorum fierent capaces Sacramentorum, ſicque à cæteris diſtinguerentur infidelibus. Fill. tract. 2. c. 6. q. 5. Scotus diſ. 4. q. 6 Syl. verbo Bapt. 4. n. 1. vide Bonac. vbi ſup. hic in principio.

Baptiſmi materia. Cap. III.

1 MInima aquæ quantitas, v.g. gutta, vel duæ ſufficit ad Bapt. modò fluat Sotus diſt. 5. ar. 11.

2 Quæ ex vaporibus aqua colligitur, eſt Baptiſmo apta, v.g. quæ ex ollæ ore euaporatur; vel quæ ex pariete, vel lapidibus tempore hiemali fluit; pote quæ eſſentialiter ſunt aquæ. Diana 3. p. tr. 4. reſ. 5.

3 Secus de è vite, vel quopiam alio arbore fluente. Idem ibid.

4 Quæcunque adhiberi licet aqua dubia, num ſit naturalis, aliquo baptizando morituro, & certa aqua deficiente, & indubia; proinde lixiuium, ius carnium, aqua ex ſale reſoluta, roſacea, & id genus valent ſub conditione adhiberi, imò debent; forte enim valebit Baptiſmus, ac proinde qui alias damnandus erat ſaluatur forſan: & ſatiùs erit, quem cum dubia mori ſalute, quam cum certa damnatione; tamen ſi ſuprauixerit ſub conditione baptizetur, Id. 5. p. tr. 3. reſ. 1. & 2.

5 Bap-

5 Baptizando periclitante,& ritu trium immerſionum alicubi extante vnica eſt vtendum efuſione,cum formæ tota prolatione, Idem p.5.tr.3.reſ.19.

6 Neceſſitate adigente, in quacunque debet corporis parte dari Baptiſmus, vel in digito;euaſa autem neceſſitate,iterum ſub conditione danaus eſt,Ibi reſ.11

7 Qui ad Eccleſiam baptizandus fuit delatus,ſed ante ablutionem, vel formæ integram prolationem moritur,nullo eſt modo cenſendus baptizatus; quando ſine materia , & forma nullum ſubſiſtit Sacramentum , Bon. vbi ſup. vide Henric Gaud Quodlib.t.1 qu.12.ibi dilucidè caſus exponitur.

8 Baptizando morti proximo,& qua baptizetur aqua deficiente,ſi in flumē, vel puteum ab aliquo formam ritè proferente impiè priiciatur,animo baptizandi,validè quidem,aſt malè baptizatur,quando non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, et quiſque ſibi prius quàm alii debet ſpiritualiter proſpicere . Quòd validè fiat Baptiſmus,inde claret,ſiquidem omnia Baptiſmi adſunt neceſſaria , nempe materia,forma,& intentio,vt præmiſi:& dato ſtatim baptizari mors ſeqnatu ,attamen Baptiſmus præcurrit,& præit.Idem ibi n. 27.

9 Puero de tecto labente,vel ab aliquo in ciſternam proiecto , ſi ego eo viſo dicam,ego te baptizo,&c.non tenet Baptiſmus;ſiquidem non ego baptizo,cum non abluem Bon.de Bap.diſp.2.q 2.p.3. n.28.

10 Secus,ſi de tecto aquæ labenti,ego puerum ſub miſero baptizandum, dicendo,ego te baptizo.&c.idem ibi n. 29.

11 Secus de baptizandum manibus tenente,& alio aquam fundente;ſiquidem tenente,te baptizo,&c.proferente,non baptizat;fundente verò , formam applicante,valet eo vtrique caſu Bapt;quando puer magis ab eo ablui denominatur, quàm à tenente.Ibi idem.n.eodem.

12 Vbi tribus dari ſolet merſionibus,ſtatim valet Bapt. etiam vna adhibita , prolata tamen,& debita perfecta forma:cum intentione ſufficienter adhibita ; ſiquidem miniſtro tantùm poſt trinam merſionem baptizare intendente , vel formam finiente,poſt tertiam itē Baptiſmus valet,non citius,Bon.eod.loco n.30

Bapt. forma.
Cap. IV.

1 PArticula,In,& particula Et,in forma Bapt.omiſſis, dicendo , *Ego te baptizo nomine Patris Filii,& Spiritus Sancti*, verè Baptiſmus erit; eodem manente formæ ſenſu; imò perquàm eſt probabile huiuſmodi formam adhibere,contemptu,vel ſcandalo dempto , pluſquam non eſſe ueniale.Henriq.in ſuma l 2.c.8.n 6 Diana p.2 tr.15.reſ.47

2 Aliquo Baptiſmi formæ aliquid addente,dicendo v.g *Ego te baptizo in nomine Patris,& Filii, & Spiritus Sancti,& B. M. V. & omnium Sanctorum:* ſi huiuſmodi intēdit miniſter baptizare in nomine B.V.&c ſicut in nomine Trinitatis,nullū fit Sacramentū;huiuſmodi ſenſu veræ fidei contrariante . Addita verò,*Virgine*,vel *Sanctis*,vt interceſſoribus pro baptizando,veritas manet Baptiſmi,ſenſu eodem formæ manente, Idem reſ.48.

3 Non adhuc forma finita,ſed ſolum ablutione peracta mortuus puer , non

F ma-

manet verè baptizatus; Secus si finita forma, at nondũ ablutione, decedat, quippe per quamcunq; ablutionis partem fit Baptismus, vel minimam, vt sup.

4 Italicè aliquo sic dicente, *Io te battezzo co'l nome del Padre, col nome del Figliuolo, & co'l nome dello Spirito Santo*, verè baptizaretur: item latinè aliquo sic proferente, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: non plura afferente nomina, v.g. sic *In nominibus*, imò idem essentiale Dei nomẽ commune tribus, ter sumitur, & repetitur, quod rectè fieri quit citra pluralitatẽ. Suar.t.3.disp 21.sec.3.

5 Perfectus est Baptismus, statim post verba, facta absolutione. Gran. de Sacram. 3.p contr.4.tract.1.disp.4.n.14.

6 Probabiliter obstetrices scire Baptismi, non tenentur, necessariam formã, sub culpa lethali, at veniali tantùm; & quidem italicè præstat scire, quàm latinè. Dian. vbi sup. res. 46.

7 *Ego*, particula omissa, essentia nõ tollitur Bapt. nã suppressa verbo, *Baptizo*, noscitur. Viual. de Bapt. c.5.n.10. Vasq.3.p.disp.142.c.2 n.10.

8 In nomine Trinitatis datus tenet Baptismus nempe sic, *Ego te bapt. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, Non verò sic, *Ego te bapt. in nomine Trinitatis*, Item in nomine Christi verè datur, sic, *Ego te bapt. in nomine Patris, & Christi, & Spiritus Sancti*, Non item sic, *Ego te baptizo in nomine Christi*, Bonac. de Bapt. disp.2 q.2.p.4.n.6.7.8. Henriq.l.2.c.8.n.1 & c.11. n 1.

9 Valet Bapt. si dicatur, *Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris, &c.*

10 Item sic, *Baptizaris tu*, vel, *Baptizatur iste*, vel *Baptizetur hic*.

11 Sub mortali, locorum stetur consuetudini, Suar. disp.21.sect.2. concl 1.

12 Qui baptizando, cum sit publicus, & magnæ conditionis vir dicit, *Nos te baptizamus*, vel, *Vos baptizo*, si Princeps baptizetur, verè, & licitè baptizat. Regin. n. 24.& 25. Victoria in summa de Bapt. concl.17.

13 Ministro sic dicente, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, et Spirati*, frustra operatur saltem probabiliùs. Tol.l.2.c. 19. n.7.

14 Valet, si dicatur, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Sp. Sancti*, Bon. ibi n.15.

15 Item dicente ministro, *Ego te bapt. in nomine Patris omnipotentis, et Filii Vnigeniti, & spiritus Sancti paracliti*. Ibid n.eod.

16 Secus dicente, *Intendo te baptizare*, manente sensu mutato, Ibid. n.14.

17 Valet si dicatur, *In nomine Patris te baptizo, & Filii, & Sp. S.* n.15.

18 Vel, *Te baptizo in nomine Filii, Patris, & Sp. S.* Ibid. Tol. loc. cit. n.8.

19 Vel, *Ego te baptizo in nomine Patris, ego te baptizo in nomine Filii, ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti*. Fill. tract.2.c.3.q.4 n.50.

20 Vel si dicatur loco, *baptizo*, *abluo*, vel, *aspergo*. Bon. vbi sup. p.4. n:4. Henrico Gandauense negante apud Henricum Ant. Burgum paradoxo 5. fol. mihi 194. col 2. vide ibi.

21 Secus sic, *Ego te in aquam proiicio*, vel, *mundo te à peccatis*.

22 Baptismi defectus essentialis, non suppletur à Deo, vel Ecclesia, quæ neq; potest. Quamobrem magnoperè cauendum, ne quid essentiale Baptismo desit præsertim paruulorum, siquidem sine Bap. saluari non contingit; nullo extante pro eis

eis flaminis Baptismo, qui in desiderio constat Baptismi suscipiendi, cum debita contritione. Sotus dist. 1. q. 5. ar. 8. Henr. l. 2. c. 11. ad finem.

23 Nullus se valet ipsum baptizare; duo, alter valet alterum, Tol. l. 2. c. 20. n. 1

24 Vnica quis valet aspersione plures baptizare, & fient plura Baptismata: sicut plures absoluere, & hostias valent plures consecrare, dicat tamen, *Ego vos baptizo, &c.*

25 Vno formam incipiente, altero verò absoluente, nihil fit.

26 Vel duorũ altero lauante, proferente formã altero. Nugnus q. 67. a. 6. diff. 3.

27 Baptizante aliquo aliquem, fæminam creditum, verè baptizat; nisi nolle baptizare intendat, si sit mas; siquidem tunc defectu intentionis nullus fit Baptismus Sotus in 4. dist. 1. q. 5. a. 8. Bonac. vbi sup. p. 4. n. 26.

28 Filium putans baptizare Petri, cùm sit Pauli, adhuc tenet Bapt. nisi intentio adsit in contrarium, vt sup n. 18. Graff. 2. p. l. 1. c. 3. n. 33.

29 Per se loquendo, quicunque sibi nomen in Baptismo impositum, valet mutare, alicuius tamen citra damnum, vel scandalum; nullo id iure vetante. Imo sic habetur l. 1. c. de mutat. nominis. Bon. vbi sup. n. 29.

Baptismi Minister.
Cap. V.

1 SAcerdote vernacula lingua vtente, vltra venialem non committit noxã. Diana p. 2. tr. 15. res. 46.

2 Lethali non se afficit culpa, in peccato mortali ex necessitate baptizans, vel si sit Sacerdos; non enim vt minister tunc ex officio operatur; imò solùm perinde ac laicus. Idem p. 3. tr 4. res. 110 & 5. p. tr 3 res. 24. est communis.

3 Vel Sacerdote præsente, neque renuente, si laicus in necessitate baptizet citra contemptum, vltra venialem culpam non committit. 3. p tr. 4. res. 4.

4. Nulla adigente ad id necessitate, peccatum patrat lethale laicus baptizans.

5 Morituro aliquo non baptizato, si adsint Laici, vel Clerici non Sacerdotes, cum Sacerdote excommunicato, hic baptizabit non illi 5. p. tr. 9. res. 87.

6 Qui malitiosè nulliter dedit Baptismum, vel cum vitæ tenetur periculo id prodere; siquidem hinc sequi plurima valent incommoda, & mala, v. g. si fortè taliter baptizatus fiet Sacerdos, Episcopus, &c cum sit incapax. tr. 13. res. 55.

7 Infanti sine Baptismo morituro, licitè pecunia ei per parentes à Sacerdote sine ea baptizare renuente Baptismus optinetur; neque hoc emere esset Sacramentum, imò vexationem prudenter redimere. Idem de adulto, alioqui sine Baptismo ad patrem ituro. Less. l. 2. c. 3. d. 7. n. 13. Diana vbi sup. tr. 3. res. 29.

8 Hoc non licet tempore solemniter sine licentia Diacono baptizare; dato sit moribundum baptizaturus, & Sacerdotes copia non suppetat, id res. 28.

9 Omnis homo, vsu præditus rationis, vt infidelis, hæreticus, &c. sciens, & debitam valens adhibere materiam, & formam, cum intentione, Baptismi aptus est minister, imò & legitimus, aliqua ad baptizandum necessitate adigente, & legitimo deficiente Sacerdote Pitignanus. dist. 6. q. 1. a. 1. Fill. tract. 2. cap. 4 q. 1. Rodriq. in summa cap. 25. de Bapt. concl. 1. n. 1.

Baptiſmi ſuſceptor.
Cap. VI.

1 IN vtero exiſtens matris, ſi aliqua valeat ratione aqua tangi, baptiſmo valet expiari, v.g per matris cicatricem aqua immitti valente, fiſtula, vel ſimili alio inſtrumento; ſiquidē Sacramenti ſubſtantia in mat. & forma, conſiſtit, & intētione, quę omnia adſunt, vt ſup. Dian p. 2. tr. 15. reſ. 4. Viu. p. 1. n. 18

2 Manu tantùm apparente, vel pede, in eo, vel ea baptizetur; natus, denuò ſub conditione erit baptizandus: interim ſi moriatur, ſacro non erit loco priuandus. Id. p. 5. tr. 3. reſ. 11. Præpoſitus, p. 3. q 66 a 9. dub 2 n. 101.

4 Matre morti naturali proxima, non aperiatur, vt infans baptizetur, dato ipſa id velit mater pro filii ſpirituali ſalute. Vtrunque Viual. de Bap. n. 64

5 Monſtrum, ſi clarè duas habere pateat animas, v g. bina ſi gerat capita, duo colla, in dorſo ſpinas habeat duas, tunc vtrunq; ſeparatim baptizetur. Dubio vertente, v. g. vno conſtans capite, cum pedibus quaternis, manibuſq: vel ſpinis in dorſo binis, eo caſu vnus fiat Bapt in perfectiori monſtri parte; hinc in parte imperfectiori ſub conditione iterum baptizetur. Idem Viuald. ibi n. 64.

6 Num quis ſit baptizatus, dubio extante, ſub conditione ſemper eſt baptizādus. Idem Mart. Viu. ib. n. 65. S. Thom. 4. d. 65. q. 1. a. 1.

7 Dormiens, qui vigilans baptizari petierat, verè baptizatur; modò in voluntatę durauerit ante ſomnum: nam intentio durat in dormiente, ſaltem habitualis, quæ ſufficit in ſuſceptione. Idem de amente, & furioſo, ſi mente ſani baptiſmum virtualiter ſaltem petiere. Graff. 2 p. l. 1. c. 2. n 45. Viuald. vbi ſup.

8 Infidelium, Chriſtianorum mancipiorum infantes, ante ſeparationem, & venditionem, etiam inuitis valent parentib. baptizari; eorum tamen Domini eos baptizare non tenentur ſub mortali. Viualdus vbi ſup. n. 55.

9 Hæreticorum filij, dato peruerſio ſub cura parentum timeatur, licitè tamen baptizantur; non ſiquidem adeò propinquum & certum cenſetur periculum, vt longè non ſit conſultius id periculi adiri, quàm perpetuæ damnationis, cùm forte in puerili ſint ætate deceſſuri. Diana 3. p. tr. 4. reſ. 7.

10 Adulto Baptiſmum ſuſcepturo, attritio requiritur, culpa detento tamen lethali, ad tum culpæ, tum & omnis pœnæ reatum tollendum. Idem. reſ. 13.

11 Non adhibetur patrinus, neque eo adhibito, vlla contrahitur cognatio ſpirit. niſi in Baptiſmo ſolemni, non vero priuato. Secus de baptizante, qui cōtrahit. Henriq. l. 2. c 18. in fine. Sanch. l. 7. diſp. 62. apud Ant. Diana.

12 Adultus, ſibi morte intentata ab aliquo, ſi Baptiſmus ſuſcipiat, tuta non valet conſcientia Baptiſmum omittere ad mortem euadendam, ſi certò ſciat nūquam ſibi Baptiſmi ſuſcipiendi occaſionem, & poteſtatem fore offerendā; ſecus aliqua extante ſuſcipiendi ſpe. Diana 5. p. tr 3 reſ. 9.

13 Infidelium filii in mortis periculo verſantes, ſunt vel parentibus baptizādi inuitis; eo namque caſu extra ſunt parentum poteſtatem Ibid. reſ. 10.

14 Mater ſe ſcindi non tenetur procurare, vt proles baptizetur ventre detenta Dominicus Sot. in quarto, diſt. 5. qu. 1. ar. 11.

15 Adulto, dubio extante num Baptiſmum petierit, Baptiſmus detur; fortè namque petiit; imò cuicunque petiiſſe teſtanti credetur, vel pagano.

16 In-

16 Infanti collatus tenet Bapt inuitis etiam parentibus, e. ſi ſint infideles; non dandus infanti tamen infidelium non baptizatorum, Chriſtianis principibus non subditorum, ſed tantùm Vaſſallorum, & Tributa. iorum; v.g. Iudęorum per Italiam diſtributorum, niſi vſu ipſi prædititi ſint rationis, & Baptiſmum petant, vel in vitæ verſentur periculo, dato non peta t, Bon. de Sacr. Bapt diſp. 2. q. 2. p. 6. q. 12.

17 Ex altero ſaltem parente Chriſtiano ortus baptizetur, etiam infideli inuito parente Ibi n. eod. poſſeu. de Bapt. n. 3. c. 6.

18 Ex vtroque infideli parente natus, quorum altero diſſentiente, aſſentiente verò altero, baptizetur. Bonac. vbi ſup. & alij D.D. ſup. cit.

19 Baptiſmus inuito, & per vim ſuſcipienti collatus, non tenet; qui verò ob timorem baptizatur, animo ſuſcipiendi, verè baptizatur; metu voluntatem non tollente; vi autem abſoluta, tollente Nau. c. 22. n 10 Tol l. 2. c. 2. 1. n. 5.

20 Nulla, vel cuiuſcunque grauiſſimi ſceleris, Baptiſmo præmittitur cōfeſſio; ſiquidem Bapt. omnium eſt ianua Sacramentorum, Bon. vbi ſup. p. 7. n 15.

21 Receptus ſine fide, & charitate, nempe in P. M. Baptiſmus, tenet quidē quo ad characterem, non verò quoad gratiam, & pænæ remiſſionem. Idem.

22 Sine vero intētione receptus ſaltē habituali, nulliter omninò fuit receptus.

23 Recepto tandem cum intentione, fide, & ſaltem attritione, ſi noxa adeſt lethalis, tunc quidem character, remiſſio culpę, imò pænæ omnium delictorū conferuntur; modò in ipſa forte ſuſceptione, venialiter non delinquatur. Ibi, idem Bonac. p 6. per totum, vide eum latiùs.

24 Qui in ipſo Baptiſmo ſuſcipiendo peccauit, & Baptiſmi poſuit effectui, nēpe gratię, obicem, de eo poſt Bapt. peccato confiteatur, non item de ante commiſſis.

25 Qui ſcienter & mala fide in P. M. debita ſine attritione Baptiſmum ſuſcepit, cùm per Baptiſmum non receperit gratiam, ad hoc vt poſtea eam recipiat debet conteri, vel ſaltem atteri, addita de peccato fictionis confeſſione; & poſita contritione, vel Conſ. directè peccatum deletur in Baptiſmi commiſſum ſuſceptione: peccata verò Baptiſmum antecedentia directe per antecedentem delentur. Baptiſmum; qui poſita diſpoſitione nempe contritione, vel vt ſup. Conf. dat gratiam.

26 Ritus quamuis non eſſentiales, ſub mortali obſeruentur, niſi paruitas excuſet materiæ à lethali, Alterius anni Chriſma ad hibere, nulla ad id neceſſitate adigente, peccatum continet mortale. Item extra Eccleſiam baptizare, aquam non baptiſmalem adhibere, & huiuſmodi. Vide Em. Sa verbo. Bap. n. 15. Nau c. 22. n. 74 Mart. Bonac. de Sacram. Bap. q. 2. p 7. n. 19. & 20.

De Patrino ad Baptiſmum adhibendo. Cap. VII.

1 QVi per errorem Petri filium ſuſcipit, filium putatum Pauli, non contrahit probabiliter cognationē. Secus de baptizante. Sanc. diſ. 8 n. 7.

2 Viro, ſtatim morte imminente poſt vxoris partum, filium baptizante, etiam aliis adſtantibus baptizare valentibus, dato cognatus fiat vxoris, non ideò tamen iure priuatur debitū petendi; nullo id iure vetante, Diana 3. p tr. 4. reſol. 3.

3 Ad cognationem inducendam, adſit infantis oportet Phyſicus contactus, & quod

quod teneatur tanquam patrinus, non verò vt necessitati suppleatur. Ea propter, qui alterius tenet nomine, iussu, vel mandato, nullam ipse contrahit cognationem, sed mittens; & hoc probabilius sunt qui putant ad contrahendam cognationem, solum linteum tangere sufficere, vel tanquam susceptor assistere, dum baptizatur. Potest quis filium eius, qui suum tenuit, tenere, & vir, vxorque eundem.

4 Qui filium ignoranter baptizat, pænæ ignarus, vel esse filium suum, petere non prohibetur ab vxore debitū. Vide Em. Sa. v Matr. de imp. cogn. n. 5. per totū.

5 Cuiuscunq; sit ætatis, vsum adeptus rationis, patrinus, vel patrina fieri quit. Sanch. dis. 61. n. 4. Fill. tr. 10. p. 2. c. 5 q. 7. 196.

6 Ne ipso quidem dispensante Episcopo, duo, vel duæ eumdē suscipere valent.

7 Nota, in Confirmatione vnum, vel vnam tantùm adhiberi patrinum; nō verò vt valet in Bapt. duo, nempe mas, & fæmina possunt adhiberi.

8 Qui tangit baptizatum, cùm non sit à parentibus designatus, vel à Parocho id valente, nullam contrahit cognat. aliis designatis adstantibus.

9 Nullo per parentes designato ad tenendum, designet Parochus, & ab eo designatus fiet cognatus. Vide Bon. prout infra n. 13. & ibi allegatos Doct.

10 Contrahitur cognatio per designatum à parentibus, licet per Parochū reiiciatur, modò iustam reiiciendi causam non habeat, Infra n. 13.

11 Vno tantùm per parentes præsentato, si per Parochum plures admittantur, non omnes contrahunt, at per parentes tantum designatus.

12 Si de facto plures ad suscip. admitterentur contra Conc. Tridentinum, omnes contraherent: neque enim id irritat Concilium, at solùm prohibet.

13 Nisi Patrinus charactere sit insignitus Baptismi, nulla contrahitur cognatio: idem de non baptizato baptizante. Hęc omnia à n 6. ex Bon. de imp. matr. §. 2. cognat. spirit.

14 Regulares non Monaci officio fungi possunt patrini probabiliter; at certissimum est Cardinales, & Episcopos Religiosos posse. Petr. Bell. prompt. Regul. n. 2. verb. Bapt. Rodr. qu. Reg. tom. 1. qu. 58. a. 3

Baricellus.

1 BAricellus Episcopi fori gaudere debet Ecclesiastici priuilegio, pote quì de familia censetur Episcopi, proinde per Iudicem non potest laicum capturari. Barbosa v. baricellus in Collect. ex Sacra Congreg.

Bellum.
Vide Irregularitas, homicid.

1 IVstum suadens bellum, vel si sit Religiosus, nullam labitur in irregularitatem. Bonac. de censuris disp. 7 q. 4 p. 4. n 5. Idem de Clerico sæcul.

2 Item assistere valent Religiosi in bello iusto pugnantibus, eosque ad strenuè dimicandum ortari, at solum in generali, non verò ad aliquem in particulari occidendum, alioqui irregularitatem non euadent, occisione secuta, aut mutilatione. Lezana v. bell. n. 28. Soar. de cens. t. 5. disp. 47. sect. 6. n. 7. Idem de Clerico

sæ-

sæcul. etiam sacris initiato.

3 Papæ licentia præcisa Religiosi quicunq; vel conuersi in bello pugnantes lethaliter delinquunt, licet iusto: quod si quem occidant irregulares fiunt; vel si mutilent. Lez. iqi n 11. & seq. Idem de Clerico Sacris initiato.

4 Bellum defensiuum cuicunq; licet, secus de offensiuo, quod ad solos principes spectat absolutos. Recta intentione in bellum gerente deficiente, si cæteræ adsint necessariæ ad iustnm bellum gerendum conditiones, non inde obligatio oritur restitutionis, quicquid sit de peccato. Moll. disp. 107.

5 Indici non valet bellum ab eo, qui num iustam habeat causam belligerandi est dubius, sufficienti prius non adhibita ad iustitiam indagandam diligentia: imò & ea adhibita nequit indici, ei qui in possessu est, si iusta inquisitione adhibita adhuc super est dubium; in dubio quippe melior est conditio possidentis; dato & ille in possessione rei sit dubiæ, post adhibitam ad rei veritatem inueniẽdam diligentiam; qui si adhibere negligat: tunc quidem ab altero ei iustè bellũ licet inferri. Re verò à neutro possessa, si de eius domino sit dubium, neuter arma valet capere pro eius toto adeundo possessu: at pro parte tutè valet, pro dubii proportione.

6 Principes posita belligerendi etiam iusta causa, adhuc ab aduersario cõdigna non petita satisfactione, contra eum arma nequit arripere; & ea oblata, ab armis manum abstineat. Em. Sà v. bell. n. 9. Bann. 2. 2. p. 40. ar. 1. dub. 8.

7 Princeps infidelibus prædicationem Euangelii impedientibus iure bellum valet inferre; vel si aliorum impediunt conuersionem, aut iniuriant, vel si more viuant beluarum homines vorando innocentes. Molina disp. 106.

8 Licitum est bellum cum infidelibus Turcis per Christianos Principes inire, quia de iure sunt principibus subiecti Christianis, licet de facto secus sit; cõsequenter bonis tutè per eos, & vita priuantur, quatenus ad recuperandum loca per Turcas tyrannicè vsurpata opus erit; & hoc saltem per eos principes, ad quos iure hæreditario huiusmodi loca spectant, vel ab aliis, de consensu saltẽ Summi Pont. tacito: hic autem adesse præsumitur ex lætitia, quam publicè exhibet parta victoria. Proinde patet Christianos nauigantes huiusmodi Turcarum bona capientes nihil peccare, nullamue facere teneri restit. Si facultatem habent à Principibus generalem id agendi. Idem de piratas capientibus, vel occidẽtibus ad littora accedentes: quippe iniusti sunt aggressores, in quos citra moderamẽ defensiuum possumus inferre bellum. Secus de infidelibus Principibus non subiectis Christianis, neque de iure, neque de facto, nisi iuxta sup. dictũ n. 7. aliorũ impediant coeuersionem, &c. vel ad idolatriam subditos cogant Nota formaliter & per accidens dari aliquando posse, ex vtraque parte iustum bellum, propter inuincibilem nimirum ignorantiam alterius partis belligerantis, aut propter probabilem opinionem, quam quisq; sequi valet, etiam in bello indicendo.

9 Milites, qui Principi bellum gerenti sunt subiecti ante belli indictionem, vel qui in pace stipendium lucrantur, nisi eis de belli constet iniustitia tutè bellum gerunt, dato dubitent de belli æquitate, nam in dubio in fauorem debent Principis iudicare, & ei morem gerere; secus si rumor de belli sit iniustitia; eo quippe debent casu prius de belli inquirere æquitate. Si verò miles tempore belli indictionis Principi non est belli gerenti subditus, nequit pro libito, iustitia belli non indagata eius militiæ nomen dare; facta autem ad iustitiam indagandã

fieri

fieri debita diligentia, neq; habita, tutè huiusmodi valet militiæ adscribi.

10 Bello vertente iusto, innocentes, innoxiè capiuntur, expoliantur, si id sit ad hostium vires debilitandas necessarium. Bello perpetuo, vt contra est Turcas, licitè item innocentes captiuantur; si in obsides sint tradi, & ab hoste fide fracta iam data, occidere eos nefas; fas vero si & ipsi de nocentum sint numero, vel si quid deliquerunt. Vide Sà in Aph. v. Bellum, n. 12. Mol à dist 98. ad 123.

11 Peregrinorum, Clericorum, vel Religiosorum res iusto bello captæ omnino restituantur: contra nonnullos; & quoad Religiosorum, & res Clericorum certissimum habetur fore restitutioni obnoxias. Noto eos, qui iusto bello res capiunt, quæ ante in quo fuere bello sublatæ innocenti, dato iam in tuto redactæ sint, debere prioribus facere Dominis restitutionem; & hoc iure saltem naturæ, imò & Cæsareo: quod si alicubi contraria sit cõsuetudo, & aliqua forte specialis in contrarium extet lex, ei standum; quippe quia huiusmodi valet lex, & consuetudo priuatorum iuribus præiudicare, publicum ob bonum. Couar. regula pecc. p. 2. §. 11. n. 2. Mol. disp. 118.

12 Aegrotanti debetur militi stipendium, Sylu. miles, n. 8.

13 Propriis subditus expensis bellum non tenetur gerere; at hoc intelligi volo contraria consuetudine, aut in contrarium inito pacto præcisis.

14 Satisfactione oblata, bello nondum indito, non pugnandum: secus forte si iam indito offeratur, quo casu contraria non tenetur pars satisfactionem admittere: at hoc forte non tenendum, plena præsertim oblata satisfactione, Caiet. v. Bell. apud Sà vbi sup n. 9.

15 Iusto capti bello fugere tutè valent, extra saltem si sint dominorum ditionem, Nau c. 16. n. 104. tradit, si fidelis ab infideli fugiat, remittere pretium debet.

16 Miles, qui de belli non dubitat iniustitia, de damnis non tenetur bello illatis, si postea iniquum esse bellum animaduertat; de eo autem in quo fuit locupletior factus tenetur; eum quippe bona fides excusat, Sanch in summa l. 2. c. 23. n. 6. Secus de milite cum aliquo dubio militante, etiam subdito: pote qui de omnibus sui causa tenetur contrariæ parti damnis illatis: sicut enim à peccato non eximitur iniustitiæ respectu fidei malæ, ita neque ab restitutionis obligatione. Bonac. t. 2. de rest. in part. disp. 1. q. vlt. sect. 1. p. vlt §. 2.

17 Die festo bellũ gerere fas videtur, præcisa etiam necessitate, id enim opus non censetur seruile, imo liberale, cum & per Principes exerceatur: Sacro tamen audito, Caiet 2. 2. q. 40. art. 4.

18 Clerico sacris non initiato pugnare in bello permittitur iusto. Can. Clerici, 23. q. 8. & Canon. eos qui 10. q. 3.

19 Qui se dediderunt occidi non valent, nisi de nocentium sint numero; excipio, nisi cum pacto de impunitate fiat deditio: seruanda quippe fides.

30 Ea, quæ ab aduersariis subtrahuntur iniustè, viliori nefas est pretio emere; priorum enim adhuc dominorum eorum remanet dominium. Quod si verisimile sit amplius non peruentura ad dominorum manus, eo quidem licet euentu sic emere, animo tamen domino restituendi comparenti, pretio ab eo viliori exacto, non vero quantum valent; non comparente, licite quimus retinere; ita enim eorũ velle creduntur domini: atque vtiliter sic eorũ geritur negotium, Regin. lib. 21. c. 8. sect. 4. n. 117.

31 Iusto bello res acquisitæ, militibus, si sint mobiles, acquiruntur: consuetudine

dine in contrarium, aut locorum lege præcisa particularium.

22 Ecclesiæ muniri more valent castrorum, pro innocentium defensione: non item ad hostes oppugnandum; belli item necessitate id exigente, res valent Ecclesiasticæ deuastari; neque, necessitate elapsa, vlla necessariò fit restitutio, nisi aliqua supersint, vel in aliquo sit deuastator factus ditior. Mol. disp. 122. apud Bon. t. 2. fol. mihi 560.

23 Milites restituere non adstringendi, si damna aduersariis inferunt Superiore id vetante, non quidem ne damna aduersarii sentiant, at vt militaris teneatur disciplina tantum, non alio respectu.

24 Per insidias, & stratagemata victoriam fas erit procurare; citra tamen fidei fractionem, si forte detur de non vtendo stratagematibus, vel insidiis; fides quippe & hosti seruanda. Excipe, nisi & ipse fidem forte fregerit, vel alioqui in simili deliquerit; frangenti enim fidem, fides tutè eidem frangitur; dato sit fidei iuraměto confirmata; siquidem sub hac tacita conditione fidem dedisse quisque censetur, Bon. t. 1. fol. mihi 560.

25 Mortali se scelere afficit Princeps, qui pro Reipublicæ salute bellū necessarium gerere renuit; item pro fide tutanda, ad inimici spiritualem salutem necessarium, si id gerere negligat: spe magna saltem victoriæ affulgente; atq; eo valet casu sub lethali suis præcipere subditis, vt ad arma prosiliāt, Mol. d. 99. apud Sà bel.

26 Militem fidelem infideli Principi iustè belligeranti inseruire nihil vetat. Nau. cons. 3. de Iud. n. 3. & cap. Iulianus, &c. apud Sà, bellum.

Benedictio.

Vide Abbas.

1 SPonsorum matrimoniali fœdere iunctorum benedictio, nisi inter Missarū solemnia omninò non fiat. Sacra Cong. 13. Iulii 1630. Barb. in coll. v. Benedictio.

2 Benedicere prælati valent Regulares nedum Cruces, imagines, imo palmas die valēt Palmarum, Candelas, Cineres, & eas distribuere suis in Eccl. Item naues, arma, nec non bellica vexilla. Tamb. t. 1. de iure Abb. disp. 21. q. 5. Bell. v. ben. n. 1. Item omnia Ecclesiastica benedicere valent paramenta, etiam, ex Peyerino de prælatis c. 8. pro aliarum vsu Ecclesiarum, saltem probabiliter. Em. Roder. in q. Reg. v. Bened. n. 2.

Beneficium, Beneficiatus.

Cap. I.

1 VAlde nobilis, & eruditus, ex redditibus valet Ecclesiæ plus cæteris insumere; intra tamen modestiæ limites Clericalis; quippe Principū filii de Ecclesiæ non debent prouentibus tantum insumere, quantum de patrimonialibus insumerēt, si laici essēt. Mol. de iust. t. 1. tr. 2. di. 145

2 Beneficium resignans, digno resignare potest, dignore relicto. Neq; patronus laicus dignorem tenetur præsentare sub mort. etiam ad beneficia curata; Cōcilio

examinari requirente,& eligi dignorem, Diana.2.p.tr.15.ref.36.

3 Curam animarum non habentia beneficia, dignis sufficit dari. At alia, curam habentia, dignoribus in concursu danda competitorum, ne instiтia violetur distributiua. Qui verò conferendi ius habeet simplici prouisione,& libera, vt Papa, & Reges, eligere dignorem non tenentur, nisi sint in promptu, ibi ref.38.40.

4 Collatore Ecclesiastici Beneficij, iàm determinatum alteri conferre, precibus, vel muneribus inducens ad sibi, vel amico minus digno conferendum, non tenetur restituere, nulla vi intercedente, vel fraude. Nau c.17.n.72 Sa v.rest.n.22.

5 Qui se minus agnoscit dignum, se potest ad obtinendum offerre beneficium, totum electori iudicium relinquendo. Lesius l.2.c.34.dub.41.n.70.

6 Vel tenuissimum Beneficium duorum v.g. Ducatorum, ad fori mutationem, & beneficium illius suffecit, Diana p.4 tr.4.ref.51.

7 Beneficiatus si in excomm.labatur, non ideo beneficii priuatur fructibus; quod si manente excomm. beneficium aliquod acceptet, ante excommunicationē collatum, tutè retinet, pote quia valida fuit collatio, neque acceptatio à iure prohibetur Beneficii ab excommunicato, imò sola collatio. Id.ibi ref.54.

8 Beneficii collatio ab excommunicato facta tolerato tenet. Qui verò in excommunicatione, etiam bona fide ignorata, accepit à collatore beneficium, nulla quidem censetur collatio; at si in beneficio seruiat, durante boua fide, hoc valet interim fructus retinere perceptus, congruæ saltem respondentes sustentationi. Secus de mala fide aceptante,& seruiente quæcunq; enim facit, iniustè facit.

9 Collatio facta suspenso, vel interdicto, satis probabiliter tenet; claro de hoc iure non extante. Id. vtrunq.p.5.ref.99.& ref.100.ibi quoad secundum.

10 Beneficii facta collatione, si iniuriosè beneficiatus ne possessionem accipiat impediatur, pecunia hanc valet redimere vexationem: namq: ad id ius habet. Idem p.5 tr.14.ref.3. Sanch.in opusc t.3.l.2.c.3.dub.30.n.15.

De fructuum distributione.
Cap. II.

1 Beneficiarii fructuum sunt domini,& prouentuum Beneficiorum: dato gratis delinquant eos in profanos insumendo vsus, quàm laici: nam congruæ sustentationi superflnos, in pios insumere vsus tenentur. At propriæ sustentationi congruos, ad libitum æque, ac patrimoniales, distrahere valent, neque hi magis fructus in pios impendi debent usus, quàm ex patrimonio habiti; idē dico de quasi patrimonialibus fructibus, Bon.t.1 disp.4. de oblig. beneficiariorum circa fructuum destrib.p.1 n.5. Sayr. l.4 de reddit. Eccl.

2 Nota differentiam inter Beneficiarios,& Sæculares: quod seculares sibi superflua tantum bona in charitatis opera impendere tenentur, eleemosynæ vrgente præcepto. & charitatis. At Beneficiarius nedum charitatis tenetur præcepto urgente, uerùm & redditum ratione Ecclesiasticorum, qui dantur hoc addito onere, ut quod congruæ super est Beneficiarii sustentationi, in pios erogetur usus, litteraturæ,& nobilitatis ratione habita: imo & locorum, uel temporum, ibid.id.p.2 n 2.4 disputationis.

3 Neq; honestæ damnantur recreationes, uel ludi, statum decentes Clericalem:

pote

pote qui ad cōgruam spectare videntur sustētationem. Destributiones verò, ad libitum haud secus, ac de quasi patrimonialibus dictum est, dispensare, & distrahere valet. Item acquisita missando, Confessiones auscultando, vel prædicationes habendo, aut Vicarii munus obeundo; quippe bona quasi censentur patrimonialia, Idem p. eodem n. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Les. l. 2. c. 4. d. 6. n. 40.

4 Noua consuetudine attenta, pluribus in locis recepta, testari valent, ad causas vel profanas, de Beneficiorum fructibus; imò ipsius Beneficiati consanguinei succedunt, decedenti ab intestato, in fructus benefici j vniuersos, qui in dominio erant Beneficiati, suæ nempè congruæ subtractos sustentationi, Lesius ibi dub. 6 ad fin. Moneta de distrib. 3. p. quæst. 2. n. 7.

5 Probabilissimum est, contra multos, Beneficiarium, qui beneficij fructus sibi, & familiæ superfluos, in pios non expendit vsus, imò in profanos, ad nullam teneri restitutionem; quippe qui dominium habebat eorum, & nihil alienum ius violauit; inde à fortiori, neque qui accepit tenetur; imò hæredes a culpa excusātur, Beneficiarij bona per hæreditatem capientes, aut ex testamento relicta: siquidem expendendi fructus obligatio est personalis, ad ipsum spectans Beneficiarium; is autem in pios non expendit vsus, ergo neq; huiusmodi obligatio ad hæredes transmittitur. Fieri vtique potest, vt Beneficiarium persuadentes ad tradendum, potè peccauerint: qui ad id, quod non licebat eum adduxerūt. Quod non teneatur restituere, patet, siquidem non solm vsuarius, imo vsu fructuarius erat Benefici j, ob id nihil peccauit contra iustitiam, sed charitatem, malè expendendo. Couar. cap. cum in officijs n. 3. de testamentis, Lesius, l. 2. c. 4. n. 43.

Alia quædam huc spectantia. Cap. III.

6 NVlla Papali obtenta dispensatione, nullus Regularium promoueri ad beneficium, vel simplex potest. Quippe sæculare beneficium est Regularibus incompatibile. Vi tamen non sunt professionis icapaces. Bell. in Prompt. n. 1. & 2. verb. Benef.

7 Quodcunque vacat beneficium prius habitum, per professionem in Relig. approbata emissam. Idem Petr. Bell. ibi n 4. & cap. beneficium de Regul in 6.

8 Tuta nequit conscientia, ad sustentationem sufficiens habens beneficium, aliud accipere. A Papa ad plura dispensatum, non audeo reprehendere, vel causam dispensandi examinare ob tantæ auctoritatis fastigium: potest quidem Cōfessarius Papæ acquiescere dispensationi, ad quot, & quæcunque beneficia, viderit qui possidet, an debeat. Certè hoc ipso, quòd eum bona excusat fides, absolutione non defraudandus, vt potè ea dignus. Item dum per Vicarios benè pluribus prouidet Curatis, datò de iusta sit ambiguus dispensatione; namque dispensante Papa, tenet dispensatio, Sà verb. benef. n. 1. Tol l. 5. c. 81.

9 Super pluralitate dispensatus non est tutus, in dispensatione aliquo tacito beneficio; nec valet beneficii impetratio à Papa, vel Delegato, alio prius habito tacito; secus si ab ordinario, Sà ibi n. 4. Cap. p. 1. c. 201.

10 Dignitatem, personatum, aut beneficium Curatum possidens, alio accepto, amittit primum, ipso iure; quo statim non resignato, etiam secundo priuatur:

sed id per Iudicis sententiam, neque enim se tenetur ipsum priuare, id. ibi. n. 5.

11 Beneficium habens parochiale, vel eius Vicariam perpetuam, si intra annum à pacifica negligat possessione Sacerdotio initiari, ipso est iure priuatus, iusto non eximente à culpa impedimento; vel nisi Ecclesia sit collegiata, vel plebania sub se habens Capellanos, aut ille per se curam exercere non teneatur animarum, vel dispensetur. Idem ibid. n 7.

12 Nulla est Curati collatio beneficii, ante annum 25. saltem inceptum, Beneficiati idem, n 9.

13 Per inhabilitationem superuenientem, non perditur, ipso facto, beneficiū v.g. per homicidium, & id genus, neque per irregularitatem, Nau. c. 27 n. 251.

14 Vacaturi promissio beneficii, aut ad id præsentatio, nec licet, valet neque, quacunq; fiat verborum forma. Vide de concessione præben. c. 1. 13. & 16. & f 6. eod. tit. 6. detestanda. Nau. de sep. Cler. §. 19. n. 5.

15 Per Vicarium beneficii facta collatio, valet, etiam reuocatum, sed reuocationem ignorantem. Item beneficii renunciatio per Procuratorem facta reuocatum ante reuocationis intimationem illi factam, dato ilie, cui fit renunciatio, probè id sciat. Sà vbi sup. n. 17

16 Iure exprimente, vt beneficium vacet ipso facto, sine admonitione, vel declaratione, quis possessione non priuatur, per Iudicem: imò in conscientia fructibus gaudere valet. Secus dicente collationem non valere, v.g. in simonia; Si autem alicui titulus malè accepti reualidetur beneficij ; malè acceptos per se fructus potest recipere; siquidem vacantis fructus beneficii, debentur successori, vacabat autem iure, etsi non de facto, & ipse est successor.

17 Capellania ea lege instituta, vt detur Sacerdoti, aut in certa familia, ei qui sit Sacerdos, dari mox futuro valet Sacerdoti, Vtrunque Sà vbi sup. n. 20. 27.

18 Ad celebrandum obligatus Capellanus id per alium valet præstare, n 28.

19 Non saltem decimum quartum attingenti annum, nulli datur beneficium, vel pensio, nisi in fondatione aliud habeatur. Ad dignitatem, & personatum, viginti duorum inceptorum requiritur ætas annorum: Neque collatio tenet beneficii, aut Ecclesiasticæ iurisdictionis facta primam non habenti Tonsuram. Item indigno facta collatio, in vtroque est foro nulla. Id. ibi n. 30. 31. 32. Tol. l. 5. c. 79 c. Trid. sess. 2. c. 6.

20 Appetere, vel procurare benef. vel Curatum, haud semper est illicitum : Dignus appetere, malo sublato fine, etiam valet Episcopatum, Nau. misc. de or. 41

21 Non seruanda institutio meliori dari vetans Curatum, eo quòd sit extra familiam, quipppe quæ iniqua, Sot. l. 3. de iust. q. 6.

22 Qui sine animò status sumendi clericalis, fructus percipit non Curati, illos non tenetur restituere; secus si ex Curato. Habens beneficium, intra annum Ordinem ad illum requisitum tenetur recipere; si non suscipiendi licentiam habeat, per alium Missas celebret requisitas N. c. 25. n. 118. Sà ibi n. 39.

23 Indigno beneficium dans, Ecclesiæ, cui damnum intulit restituat non digno, San. 43.

24 Mortui beneficiati patrimonium, suæ detur Ecclesiæ, nullo extante hærede, vel ab intestato. Successor debita non tenetur defuncti soluere, nisi ratione Ecclesiæ contracta; locorum standum consuetudini, Sà ibi n. 46. & 47. Vide Nau de sepult. Cler. §. 20. n. 7.

25 Se-

25 Semestre translato ab obtento beneficio, nisi Beneficiarius, nullo detentus legitimo impedimento, officium horarum persoluerit, fructus non facit suos, at fabricæ dabit loci, aut pauperibus Toto omisso, totos perdet; Matutino tantùm, partem dabit dimidiam; quauis alia hora, sextam omnium dabit fructuum partẽ. idem de vt Clericus pensionem habente, nisi B.V. debite officium persoluerit. Quòd si alia, ad quæ ob beneficium tenebatur præstiterit, quantum illa merẽtur retinere tutè valebit. Sà n. 56 ibi & n. 57. 58.

26 Ante Beneficiati mortem collecti fructus, vel ei ob seruitium debiti, hæredes habebunt; nullo extante hærede, successor, vel camera, prout vsu habetur, n. 54

27 Vacationis tempore collecti fructus, Ecclesiæ, vel successori obueniunt, n. 53

28 A beneficio suspensus, vel excommunicatus, dum absolui curat, hoc interĩ tutè pro se, & suis, necessarios percipiet fructus, Nau c. 25. n. 124 Sà vbi sup. n. 50.

29 Beneficii inæqualitas in dignitate, vel per Summ Pont. compensari nequit pecunia, dignitate præcisè considerata. Secus de inæqualitate circa prouentus. Bonac. t. 1. de sim. disp. 1. qu. 4. §. 12. n. 12.

30 Cum pensione temporali nequit beneficium permutari, vel alia cum re tẽporali, solius Episcopi auctoritate, vel priuata, Bon de sim. disp. 1. q. 4. §. 12. n. 9. t. 1

31 Beneficia quamuis inæqualia in temporalibus permutari, cum pensione, vel alio temporali, & pretiabili pecunia non possunt per Episc. uel alium non Papam, ibi n. 10.

32 Beneficii prouisio simoniaca quatenus realiter simonia compleatur, tenet quæ prouisio simoniaca est nulla, etiam per tertiam personam crimine commisso nisi per prouisum fiat contradictio; uel nisi in odium pecunia detur prouisi, Id, ibi q. 7. p. 2. n. 17.

33 Acta per eum, qui beneficium obtinuit in excommunicatione, sunt inualida, si acta sint iurisdictionis; nisi color adsit coloratus, & error communis; eo náq; euentu ius defectum supplet iurisdictionis. Item ualent per excommunicatũ post obtentum beneficium acta omnia, excommunicatione non publica, uel denũtiata. Bon de exc. disp. 2 q. 2. p. 4. § 1. n. 7.

34 Nemo cum periculo tenetur infamiæ, uel aliùs grauis damni in electione suã manifestare excommunicationem, sed sinat se eligi, postea secretam beneficii curando collationem ualidam, prior enim fuit nulla. Idem ubi sup. §. 1. n. 12.

Blasphemia.
Vide in fine libri varia.

1 Blasphemans sine aduertentia, ita ut si aduerteret non diceret, non peccat probabilius lethaliter; maximè si tollere huiusmodi curet consuetudinẽ Nulla in blasphemiæ datur crimine materiæ paruitas a lethali noxa excusans. Em. Sà v. Blasph n. 3.

2 De Deo aliquid iocosè, non indignanter, falsi dicere, non est blasphemia. id ibi in add Ver. quando

3 Vel uerum, at irrisoriè, sine cum indignatione de Deo dicere, uel Christo, blasphemiam sapit. Idem ibi uers. uera dicere.

4 Debere nos corrigere, uel nulla sperata emenda, sæpe blasphemantẽ, si sine pe-

periculo id præstare quimus, sunt qui aiunt. Na.c. 11.n.8.3. & bene.

5 Carenti ratione creaturæ maledicere, quatenus Dei est opus, blasphemiam continet. Blasphemia, speriurio, & homicidio est grauior. Non graui irrogata, & salutari pænitentia, non absoluatur blasphemus. C. Trid. sess.144.

6 Vnico actu in Deum, & Sanctos proferens conuicium, v.g. asserendo sæpe *Deum mendacem Deum mendacem* ; vel Sanctos huiusmodi afficiendo conuiciis, vnius tantùm blasphemiæ fiet reus. Secus si ita proferat, *Deus est iniustus, & mendax:* &c. in Sanctos; vel si actibus interruptis huiusmodi euomat impietates. Ob id in Confessione dicat sufficit se in Deum blasphemiam iaculatum fuisse : non verò in secundo casu. Diana 3. p. tr. 4. de Sacr. ref. 163. 164.

7 Imò necesse in Confessione non erit aperire, quæ fuerit verba in Deum cõtumeliosè iaculatus, vel Sanctos; siquidem eiusdem omnia sunt speciei, contumeliosa verba. In Deum, vel Sanctos blasphemia eiusdem est speciei, odio in Deum præciso, & hæresi formali, Lazar. de blasph q.3.n.51 Diana p.2.tr.7.ref.50.51.

8 Dicens, *Non credo in Deum, nisi te occidam*, verè hæreticalis censetur blasphemus, Lazar. de blasph. q.6.n.11. Roias de hæret. p.2. n. 172.

9 Blasphemia hæreticalis, vt quæ aliquid continet contra Fidem directè, vt, *Renego Deum, Fidem, Crucem Christi*, & id genus, ad Inquisitores spectat fidei. Non hæreticalis verò, nempe quę directè fidei non opponitur, v.g. quæ per modũ profertur imprecandi, & imperandi, vt, *Maledictus sit Deus, displiceat Deo*, vel irrisoriè Christi nominando pudenda, &c. mixti est fori, Bon. prim. Decal. præc. disp.3. q.8. p.1. n.2.3.4.5. t.2.

10 Sanctorum aliqua referre ante conuersionem flagitia, blasphemiam non sapit; modò ad eorum non dicantur sanctitatem labefactandam, vel minuendã. Id. p.2. n. ibi n.6.

11 Non præsumitur blasphemia, dicendo, *Al cospetto di Dio, Al cospetto di quel becco, che mi sostiene al Mondo*, nisi fuisse huiusmodi prolata constet verba in Dei contemptum, & iniuriam: sed potiùs videntur ad homines, vel parentes hæc verba relata fuisse. Lazar. q.3.n.15.16. huiusmodi siquidem verba in homines non in Deum cadere videntur, Bonac. vbi sup. n.12.

Bonus vir.

1 BOnus vir, in foro interiori vir intelligitur probus, prudens, & timens Deum, In exteriori, iudex. Sà v. Bon. vir.

Breuiarium.
Vide Horæ Canonicę.

1 AD diuini pensum officij soluendum adstrictus, non videtur peccare si per vnam, aut etiam alteram vicem alio vtatur breuiario, quã proprio, Ant. Diana 2 p. tr.12. ref.10. & p.3. tr.2. ref.135. Item Religiosus extra Monast. cum alterius Ordinis Religioso recitans, huius valet vti proprio breuiario, Bell. in Promp. v. Breuiar. n.3.

3 Pro-

2 Proprio carens breuiario, iuxta non proprium recitare valet, imò puto teneri, quacunque non obstante prohibitione alio non vtendi à proprio.

3 Qui absque culpa breuiario caret, neque officii dimidiam saltem mente recitare valet partem, ad nihil tenetur, Idem ibi n 8.& Lez.v Breu.n.n.9.Reliqua vide v.Horæ Can.

CALIX.

Vide Abbas.

1 PEr calicis deaurationem consumatam ex vsu, eius non perditur consecratio; quod si iterum deauretur, denuò consecrari solet, Suar.t.3.disp. 81.sect.7.col.4.

2 Per pedis à cuppa separationem, si sit tornatilis, consecratio non amittitur. Id.ibi. Calicis cuius sit facere benedictionem, dico iure esse communi Episcopi; ex priuilegio item quorundam est Abbatuum. vide v. Abbas.

3 Satis est calicis fieri cuppam ex materia iure permissa pro calicum confectione: pes enim, vel ex ligno tutè fiet, magna egestate vrgente. Ex quacunq; autē necessitate, aut egest cuppa non nisi stamnea fiet. Idem de patena; nihil aliud iure statuente de patena, Sà v. Calix

Cambium.

1 VEndere, v.g. Aureum, decem libras valentem, vndecim acceptis, licet; huiusmodi enim pretij taxatio ad emendum, non verò fit ad permutandum. Idem dico sine crimine, vnius metalli moneta, cum alterius metalli potest tutè mutari, accepto lucro, at moderato, Tol.l.5.c.51.n 7.Sà verbo Camb.n.2.& 1.

2 Cambio, & ille lucrari valet, qui officium non habet campsoris, sed tantū ex ei oblata occasione id facit Præterea in cambio lucratur, qui priùs ad accipiendum alibi reddendam pecuniam rogatur; vel dandum, alibi recipiendam, licet forte & ipse huiusmodi cambio indigeat, Tol.l.5.c.53.n.6.

3 Præsens loco plus valet pecunia, quàm absens. Item multis ad cambium accipientibus, & paucis dantibus. Item ratione metalli, figuræ, ponderis, dubii de valoris futura mutatione, raritatis, aut dantis incommodi, &c. hæc considera, ne temere huiusmodi carpantur contrahentes, Sà vbi sup.n.3. Tol. ibi c.54.n.2.

4 Etsi lege aliqua, ne inter idem regnum dentur pecuniæ ad cambium, sit cautum, attamen fraude omni remota, adhuc dare in conscientia fas erit: nam lex fraudem præsumit, quæ si absit prohibere non intendit. Idem dico de omnibus alioqui licitis cambiis, vel cambiorum licitis conditionibus, lege si aliqua vetari contingat; quippe fraude cessante, fieri quibunt; alio saltem ex lege, vel consuetudine non apparente, Nau.c.17.n.290.

5 Dubia cambia, si facta, non condamno; facienda, non approbo, Sà ibi n.7

6 Licet campsario, sibi pro prouisione debitum, & interesse, addere capitale lucri ratione cessantis. Præterea campsorum consuetudo, de sortis solutione non

ac

acceptanda, cambiorum non solutis detrimentis, non est illicita. Dian. 1 p. tr. 8. res. 11. 12.

7 Bona fide Petro, v. g. pecuniam Paulo Venetiis soluendam dante, ipsum pecuniam habere existimante Venetiis, at postea non habere comperiente licet tãtum pecuniæ exigere, quantum lucri percepisset, si Venetiis Paulus pecunias habuisset, & ibi soluisset, Id. ibid. res. 14.

8 Vetere extante consuetudine, tertia scuti pars debetur pro cambii prouisione in singulo centenario. Num verò dicta sit pars iusta etiam in recambiis, & cõtinuationibus, non ita certum; videtur minui debere. Res 6. 7. idem ibi, Fill. t. 2. tr. 33. p. 2. c. 10 n. 475.

9 Cambium reale minutum licitum est, neque vsuram continet vllam; nã non accipitur lucrum ob mutuum, imò propter officium cambiendi; siquidem cui ex officio id competit, plus valet alio exigere priuato. Præterea ob lucrum cessãs, vel in pecunia numeranda laborem, vel ob id, quia pecuniam magis dat expendibilem, vel facilius secum portandam, vel absoluendam, vel etiam ob raritatẽ, pretiositatem, antiquitatem, & id genus, Bon. de contr. disp. 3. q. 5. p. 1 n. 3.

10 Vendere, v. g. Aurifici pecunias, maiori à Principe taxato pretio ad emendum, non est illicitum; ratio quæ sup n 1. ex Sà prout ibi n. 2. & 1.

11 Qui ignoranter, vel scienter adulterinam recepit pecuniam, expendere nequit, vitio saltem non detecto: neque ex eo, quod ipse fuit deceptus, alios erit fas decipere. Azorius 3. p. q. 7. c. 6. quæsito 1. de mutuo.

12 Procurator, qui à Domino v. g. aureas ad soluendum pecunias accepit, vel ad emendum, si cum vilioribus mutet, vel ad cambium det, inde acceptũ fas erit retinere lucrũ; huiusmodi ex industria lucro proueniente, & sine, vt supponitur, creditorum præiudicio, vel etiam domini tradentis; sicut ille, qui alienũ vendit triticum penuriæ tempore, satisfacit emendo, & tantundem restituendo æqualis bonitatis tempore vilitatis; si dominus ad illud erat tempus seruaturus: namque dominum seruat indemnem, dato sibi lucrum retineat, quod ex tritico chariùs vẽdito fecit, Les. l. 2. c. 23. dub. 2. n. 18 Salas tr. de cãbiis dub. 7. Mol. tr. 2. dub. 402.

13 Qui Venetiis centum soluit scutatos Brixiæ exigendos, vbi plus quam ibi valent, totidem nequit, nempe centum, Brixiæ exigere: nisi tantundem pro officio cambiendi æstimetur stipendium, quanti hic Brixiæ pluris valet scutatus. Lesius l. 2. c. 23. dub. 5. Valentia t. 3. disp. 5. qu. 3. pun. 4. Bonac. vbi sup. n. 7. vers. hinc colligi potest.

Campana.

1 CAmpanæ consecratæ in profanis turribus existentes, nullatenus profano debent vsui inseruire, quocunq; Laicorum secus prætendentiũ vsu non obstante in contrarium, Barb. Verbo camp. in coll. ex S. Cõgr.

Cancell. Episcop.

1 LIcentiam Sacramenta administrandi, gratis omninò scribat, nulla ad scripturã, laborẽ, aut Sigillũ ratione habita, vel cuiuscunq; etiã prætio æstimabilis.

2 Item

2 Item Approbationes ad aud. confessiones.

3 Licentiam beneficiis deseruiendi;celebrandi Missas: eleemosinas colligẽdi: licentiam in Ecclesia corpora defunct. sepeliendi; Tandem mandata in Ecclesis publicandi eos,qui prima Tõs. aut quocũq;ordine sunt Ecclesiastico initiãdi.

4 Pro quibus nam verò aliquid accipere iuxta consuetudinem , aut loci taxã iure valeat,uide Barb.in Coll. v.Cancell.Episc.ex S. Cong

Candelæ .

1 PVrificationis die Candelas benedictas,ad sæcularium nou mittant ædes Parochi:eas enim in Ecclesia recipi,iuxta laudabilem Ecclesiæ , & antiquam consuet.conuenit,& debent.Sacra Congr. Ep.& Reg. apud Barb in Coll.v.Cand.

2 Candelæ,intorstitia,ac quicquid circa defertur cadauer per viam , in quibuscunque priuatis Eccl. pro æquali sunt portione inter Parochos , & Ministros aliarum Ecclesiarum quorumcunq;etiam Regularium, vel alioqui priuilegiatarũ, diuidenda officio peracto.Papa Vrb.VIII.approbante,1629 cuius meminit Bar. de off.Parochi,c.25.n.42. Ab hac approb. excipio Laicorum Confraternitates funera associantes;quarta enim ab eis Parocho non soluitur, vel quota aliqua . Sacrã Congr.Ep & Regul.1616.cuius meminit Barb.in cap.25;n.4 vbi sup.

3 Item Candelas,quas Fratres,& cæteri in funeralib. deferunt Presbyteri , nulli dare tenentur,sed sibi acquirunt,Barb.in Coll.Bullarii,v.Cand.

Canonizatio.

1 IN Sanctorum non potest Papa canonizatione errare ; videatur Bell.in t.1 Controu. dis.7.de Eccl.triumphante l.1. c.9.

2 Non valet dici,quod *Multorum corpora honorantur in terris; quorũ animę torquẽtur in gehẽna*,quippe id de impiis,qui superbissimis honorantur sepulchris,vel de Martyribus debet intelligi Donatistarum quia Donatistis honore afficiebãtur,ueris debito Martyribus,quorũ verè animæ in inferno torquẽtur

3 Papam posse errare in Sanctorum canonizatione, sapit hæresim asserere ; nedum enim pium est credere non posse errare,imò de fede omninò ctedendũ; contra Soarez de fide, disp. 5.sect.8.n.8.qui ait ad id credendum per fidem non teneri Christianum,sed solum non credentem esse impium,& temerarium.

4 Probatur assertio,nam,cum Papam in iis,quæ ad fidem pertinent , vel ad fidem conducunt,non posse errare , sit de fide , ex promissione Christi Dom. Rogaui pro te Petre,vt non deficiat fides tua,cumque Sanctorum sit canonizatio huiusmodi, sequitnr quòd credere Pap. in Sanctorum posse canonizatione errare sapit hæresim.Præterea,in iis quæ ad mores spectant Papam non posse errare est de fide,multo minus in iis,quæ ad fidem errabit. Vide Val. 2.2. disp.1.p 7.q.6.§.40.vers.Itaque & Carnopal.in opere Morali t.1.qu.4.disp.1.p.5.§.4.Cõtra Caiet.& alios.

5 Proinde ille sortilegus est hæreticus, qui alicuius canonizati sanctitate

in suis sortilegiis in dubium vocat, dicendo, Si Sanctus es, vel, est. Cæsar Carena de off. S.Inq p.2.de sortil.tit.12.§.6.per totum

6 Aliquem pro Sancto nefas colere, Papæ licentia præcisa: dato viuens miracula fecisset.

7 De publico intelligo cultu, & de eo, qui solis debetur Sanctis canonizatis.

8 Quem quis beatum credit, priuatim colere, & quibit venerari.

9 Reliquiæ nouæ non canonizatæ, nimirum non approbatæ, nequeunt vt Sanctorum coli canonizatorum, vel beatificatorum. Secus de reliquiis antiquitate iam ab Ecclesia pro talibus approbatis, Fum. v. Canonizare per totum, vnde hæc omnia à n.6. Qui ibi ait, piè credendum Ecclesiam in Sanctorum non posse canonizatione errare: neque satis id dicere pium est, cum nedum piè id credendum, sed omnino tenendum de fide, vt sup. Cum Bell. apud Carena, vide ibi. Contra Ignatium Lupum, in sua Lucerna in Edict. S. Inq. p.4.l.13.diff.7. qui dicit non esse hæreticum, dicere aliquem Sanctum canonizatum non esse Sanctum, imo temerarium tantùm, & scandalosum. Proinde, qui, renego, dicit, v.g. S. Franciscum, hæreticalis non censetur blasphemus, sed temerarius, & scandalosus.

10 Erit tamen huiusmodi S.Officio blasphemus denunciandus, nam hæresim saltem id dicere sapit; vel posse Papam in huiusmodi Sanctorum canonizatione errare; ex Bannes 2.2.q.1.a.10.d.7.concl.2.D.Th.quodlib.9.a.16.

11 Tene tu primum, & rationes ibi per Cæsarem Carenam adductas, & hic per me sup. perpende; non damnanda tamen neque temere est secunda sent. carpenda: imò tutè quis eam, & innoxiè amplecti quibit; nihil super hoc Ecclesia statuente, nimirum de fide ne sit, necne.

Capitulum.
Vide Lex, & Cap. Miscell. pro Reg.

1 Illa capituli maior dicitur, & sanior pars, quæ maiori nititur ratione, & pietate, Roder. in qu. Reg. v. cap. n.6.

2 Generalis cum Cap. Gen. condere nouas non valet leges, & statuta Religiosos obligantia ad altiorem, & vitę asperiorem normam ea, quam Regula continet, pote quia ad asperiora in regula contentis votum non extenditur, neque vouentium intentio fratrum; imo nec ipse quidem id valet Summus Pontifex; ad in regula tamen contenta obseruanda, vel solum tacitè, per pręcepta adigi valent Religiosi; ad id enim se per obedientię obligasse votum censetur, saltem tacitè, cum semper ad maiorem regulæ teneantur obseruationem, & pręcepta secundum eam imposita; imò de facto fuisse comperimus Monialibus strictissimam præceptam clausuram, non prius uotam, Bonif. VIII. cap. vnico de statu regulari, & Conc. Trid.

3 Capituli maiori parte delinquente, si ob id sua sit auctoritate priuata, tota tunc capituli residet potestas in minori innocente, Rod. t.1.q. Reg. q.41.ar.1. Itē capituli minor valet pars maiori resistere, prohibitum facturæ, valetq; protestari Ricc. prax aur. ref. 249. t.1.p.2.

4 Maior, & pars requiritur sanior copulatiuè in actibus capituli, Bell. v. Cap. 115. Si id quod in capitulo factum est omnes, & singulos tangit, neque tantum col-

collegialiter,& simul sumpto,à singulis venit approbandum,neque duas id tantũ capituli partes sat erit approbasse,vel fecisse.Idem ibi n.6.& 26.ait ad vnum debere approbari,secus nihil fit.

5 Generalia nequeunt capitula circa cõmune ius quidquam statuere,aut Sacros Can.valent commune tamen declarare ius,vbiue pæna deficit adhibere eam,innouare;hoc quippe approbare,non autem est ius subuertere.

6 Generales Generalibus subduntur capitulis,eorumue afficiuntur legibus. Lez.t.2 c.16.n.16.

7 Regulam iam collapsam,aut relaxatam,Generale restaurat Capitulum,subditosue ad restaurationem cogit accipiendam,& erectionem,Peyr. de subd.q 1. §.3 Sylu,v.Relig.6.q.6.apud Petr.Bell.v.Cap.n.12.

8 Conuentuale capitulum,vel per duos tantum fieri quit:nisi secus cautũ sit.

9 Interdici,& suspendi vtique Capitulum,at excommunicari non ita valet, Laim l.1.tract.5.p.3.c.2.n.3.

10 Nota pro additione ad n.2. quod ibi dicta procedunt, quando ita professi vita sunt delicati,vt nouam sustinere nequeant reformationem; siquidem eo debet casu cum eis dispensari,vt ad similem collapsæ transeant Religionem: præsertim si professionis tempore,collapsam,non reformatam profitendi adfuit intentio:quippe quia in reformata manere non debet non reformatus, ne cæteris ruinæ,& scandali causam præbeat:neque strictiorem,quam sit professus, cogi debet obseruare disciplinam: cum eo voti extendi censeatur obligatio, quo se obligandi,saltem implicitè,tantum adfuit intentio,Eman.Rod.v.Cap.q.Reg.n.11

Casus fortuitus.
Vide Commodatum,& alibi.

1 CAsu fortuito si mutuum pereat,restituendum,potè quia res mutuo data in accipientis fuit dominium translata,& res domino perit,vt cõmune habetur axioma,Nau.c.17.n.185.apud Sà,v.Cas.fort.n.3.

2 De damno casu fortuito secuto mandans tenetur, si probabiliter existimare poterat,vel debuerat fore euenturum:vel si mandatarius gratis mandatũ suscepit exequendum;secus si pretii intuitu,aut si culpa ipsius damnum euenit.

3 De damno casu accidenti fortuito nemo tenetur,culpa præcedenti remota, nõ aliquo modo ordinata,vel directa,nisi mora intercedat restituendi id, quod alias redditum non perijsset,aut nisi de restituendo pactum intercesserit, etiam re casu pereunte fortuito;at in hoc æquitate vtendum,Mol.d. 293. Nau c.17.n. 178.apud Sà v.Cas.fort.

4 Nota,inito pacto generali de restituendo in omni casu,fortuitus exceptus semper habetur,cui non censetur renunciatum, Sà ibi.

Censura. Vide de cens.in part.
Ferendarum facultas censura-rum cui competat. Cap.I.

1 REgularibus Prælatis,censurarum ferẽdarum potestatem competere plusquam est certum;& hoc nedum de iure valent Ecclesiastico,imò diuino,

H 2 & na-

& naturali: præterea, ferre in suos valent censuras, etiam extra Territorium, & Religionem; namque in subditos vbicunque tandem reperiantur, iurisdictionẽ habent; neque in scriptis ferre tenentur, Petr. Bellas. verbo Censura, n. 1. 2. 4. 5.

2 De absoluta Papæ potestate, ferendarum potestas censurarum, vel laico, imò & mulieri conferri quibit; id de iure non valet ordinario: siquidem prima saltem in ferente, Tonsura requiritur. Idem de absoluendi à censuris facultate. Præterea probabile Summum posse Pontificem huiusmodi ferendarum potestatem censurarum etiam infideli non baptizato, vt sup. de absoluta auctoritate impertire, Tol l. 1. c. 7. n. 12.

3 In causa propria nullus ferre quibit censuras, defensionis excepto casu, & violentiæ repellendæ, Diana 3 p. tr. 9 res. 52. Fill. tr. 11 c 2. q. 9. 0. 42.

4 Ferendarum facultas censurarum, cuicunque, vel primæ tantum Tonsuræ, est per Episcopum delegabilis; imo idem quicunque ordinariam habens iurisdictionem in foro valebit exteriori, Bon. de cens. in comm. disp. 1. q. 1. p. 2. n. 6.

5 Ferre in Regulares non valet Episcopus censuras, Summi Pontificis delegatione præcisa. Imò generaliter lata censura, Mendicantes non ligat Religiosos, ipsis non expressè nominatis. In suos tamen valet censuras ferre ad Moniales exemptas accedentes, licet in Moniales nullo valeat iure ferre.

6 Excommunicatus, vel nominatim suspensus denuntiatus, aut Clerici notorius percussor, in alios ferendi censuram non habent facultatem; secus excommunicatione, &c. occultis existentibus, Diana quoad vtrunque numerum 5. p. tr. 9. res. 43.

De censurarum subiecto.
Cap. II.

1 PEr modum sententiæ lata censura, tum particularis, tum & generalis, subditos vel extra Territorium afficit morantes, ibi peccantes. Item ferre valet Episcopus censuram in extra Territorium morantẽ subditum, ob in suo Territorio patratum delictum. Nulla incurritur cens. ante annum decimum, Vide Diana 5. p. tr. 9. res. 37. Eman. Sà v. Censura n. 2.

2 Delicto in proprio Territorio inchoato, at in alieno consũmato, delinquẽs censuram non incurrit statuti generalis proprii Episcopi; censura quippe in delicta fertur consũmantes, non inchoantes. Vtique verùm, Episcopum, extra Territorium morantem, in subditos censuras ferre non ualere, re tamen adeò manifesta, ut causæ non requirat cognitionem, utiq; iure ferre quibit. Dian. ibi, res. 35

3 In alienum subditum, delicti ratione, Episcopus ferre censuras ualet, in sua præsertim existentem diœcesi, uel etiam ab ea in aliam profectum, adhuc non lata censura, sed tamen citatione præuentum. Quòd si Episcopo, in cuius deliquit Territorio, requirente, à proprio citetur, non respondentem, iure in cuius Territorio deliquit Episcopus excommunicabit, Auila de censur. p. 2. c. 3. disp. 2. dub. 3. concl. 2.

4 Nota in supradicto casu, Episcopum requisitum ad delinquentem citandũ, citare eum teneri; itemue reum respondere, extra licet Territorium manentẽ. Idem ibi Diana.

5 Aliquo censuram fulminante excomm. v. g. contra quisnam tale patrauerit ho-

homicidium ſcientes,neque reuelantes,ſi lata ſententia alienigena adueniat homicidam probè ſciens,niſi id reuelet nulla afficitur cenſura; ſiquidem cenſura ſolùm vim in eos habet,qui ſubditi ferenti cenſuram tunc inueniebantur, quando excō. lata fuit;ad id enim temporis referenda eſt, & tunc vires contra quos fertur ſtatim ſumit ibi.

6 Latæ ab Epiſcopo cenſuræ per ſententiam generalem,ſubditos tantùm afficiunt,perſonæ ratione,& domicilii:non cæteros,dato intra eius exiſtant Territorium Idem ibi.

7 Sacerdotes Epiſcopo prohibente,ne in aliena diœceſi ſacra faciant, ſuſpenſione propoſita,adhuc à ſuſpenſione ſi celebrent tuti euadunt; eo ſiquidem caſu delictum inferioris,& ſubditi extra conſumatur Territorium, & extra territoriū ius dicenti,impunè non paretur;neque enim ſubditus Epiſcopi in alieno Territorio,cenſuris ligatur precepto connexis,ſiue generali,ſiue ſpeciali ſui Epiſcopi; vt in caſu & hoc ſaltem probabiliter,Diana vbi ſup.reſ.37.Præpoſitus in 3.p.qu.1.de cenſ.in genere.dub 5.n.31.

8 Etiam in proprio qui delinquit Territorio,at in loco exempto,v.g.intra Religioſorum Clauſtra, vel Monialium exemptarum,ab loci non valet Epiſcopo excommunicatione deuinci:locus namque exemptus comparatur alieno, Anton. Diana p.5.t.1.9.reſ.66.

9 Lata contra facientes cenſura,mandantes,vel conſulentes non vrgebit;quandoquidem pænalia ſtrictè ſunt interpretanda;ſecus verò fauorabilia,Auil.p.2.c.5. diſp.3.dub.2.

10 Statuto prohibente Epiſcopali, ad Moniales acceſſum ſub cenſura, ad Monaſteria item Regularibus,ſubiecta afficiuntur accedentes; acceſſus namque in loco ſit non exempto. Statuto verò alloquentes tantùm afficiente huiuſmodi Monialibus alloquentes non vinciuntur:quippe allocutio in exempto fit loco, Bon.de cenſ.diſp.1.qu.1.punct.11.n.9.

11 Vincibilis quæcunque ſit ignorantia,craſſa,aut ſupina præciſis; ſeu facti, ſeu iuris,tum vniuerſalis,tum & particularis,ab incurrenda excomm. peccantem immunem reddit,Vide Auil.de cenſ.p.2.c.5 diſp.5. dub.8. & 9. Imo vide me infra hic n.22.in fine.

12 Qui Clericum ſæpiùs ſucceſſiuè percutit,vnicam tantùm labitur in cenſuram,excommunicationis nempe;ſiquidem plures huiuſmodi percuſſiones, vna moralis cenſentur,& actus vnus;ſecus de ſepiùs cum interruptione aliqua morali percutiente:eo namque euentu plures contrahi cenſuræ dicerentur, multiplicatis tranſgreſſionibus,Bonac.de cenſ.in comm.diſp 1.qu.1.p.5.n.3. Item ibi n.5.

13 In loco furans ſacro,v g in Eccleſia, duplici afficitur cenſura, ſi forte lata contra furantes ſit,& Sacrilegium patrantes:in Eccleſia ſiquidem furari, duplex continet ſcelus,iniuſtitiæ nempe vnum,Sacrilegii verò alterum;inter ſe ſpecie diſtincta,& actio illa formaliter eſt multiplex,& moraliter,Idem ibi n.4.

14 Præterea,pluribus ſucceſſiuè percuſis Clericis pluribus totidem percutiēs afficitur excommunicationibus.Secus ſi plures eodem percutiat ictu, quippe eo caſu,& vnica ſe lethali noxa deuincit,& tranſgreſſione,Idem ibi n.6.

14 Monachum primam ſaltem Tonſuram habentem percutiens,duas labitur in excommunicationes,in alteram ob ſtatui irrogatam iniuriam Clericali: in alterā verò,ob ſtatui Monachali debitam violatam reuerentiam, Say.l.1c.10.n.10.

15 Tot

15 Tot non incurruntur excōmunicationes,quot sunt Superiores sub excō-municatione actum prohibentes,eandem modo habeant potestatem. Secus si diuersam.imò vnam tantùm incurri penes ferè omnes est certissimum;si verò diuersam habeant potestatem,tot quot sunt Superiores, excommunicationes incurruntur,si modò quisque censuram tulerit tanquam propriam,nouumq; intenderit condere ius,sub noua proposita pœna : formaliter enim multæ censentur contumaciæ,licet vna sit materialiter,censuræ autem in contumaces feruntur, Bon.ibi n.11.

16 Proinde,ad Saracenos arma,&c.ferens,licet per multos huiusmodi ad Saracenos delatio sit Pōtifices, anathematis addito vinculo,prohibita:vnica tamē afficitur excommunicatione Bullæ Cœnæ. Quod si & ipse v. g. intendat Episcopus id ipsum sub excommunicationis vinculo.vetare,tanquam ius proprium cōdendo,duplicem contrahet deferens excommuuicationem , pote qui duplicem formalem committit contumaciam,n.12. & Say.loco cit.

17 Præterea duplici se onerat viuculo,qui aliquid facit iure communi prohibitum,& particulari,sub excomm.aut à Papa,& Episcopo:modò nouum intēdat Episc.condere ius,nauamqne infligere censuram. Demum, duabus afficietur excommunicatiouibus,non denuncians blasphemum,posito Episcopi extet sub excommunicatione denunciandi præceptum,& Inquisitoris. Tandem sequitur vna affici excommunicatione facientem contra sæpius legem renouatam,& repetitam;eodem semper renouatore,& repetitore, excommunicatione præposita ; quando vnicam commisisse contumaciam violator censetur, Idem Bon. vbi sup. n.13.14.15.

18 Qui percutere Clericum parato,animum ad promptiùs id sceleris patrandum auxit,excommunicatione deuincitur; quandoquidem in effectum, & ipse consilio influit,Sylu.verbo excomm.8.n.10.ex Bon vbi sup.p.6 n.4.& alii.

19 Mandato ad percutiendum reuocato,si huiusmodi reuocatio mandatario innotuerit,excommunicatio non incurritur , etiam Clerici secuta percussione post reuocationem.Non idem de consilio ad percutiendum dato; siquidem nisi re ipsa effectum consulens impediat,adhuc in excomm.labetur, Id.ibi n.6.7. Censura est excomm.susp.& interdictum:non irregularitar,cessatio à diuinis degr. vel depositio.

Quę de Censuris passim occurrere solent dubia,præter supra huc vsq; dicta,vide sequentia, Cap.III.

1 SVb forma disiunctiua lata censura valet,v.g.sic, *Qui Clericus arma portauerit,ab officio sit,vel à beneficio suspensus*:quippe quæ huiusmodi lata sententia,dato ad vllam determinatam,nō sit censuram absolutè, attamen confusè est determinata,& ad partem aliquam definita;& tunc delinquentis stabit arbitrio vtram malit [illegible]trum eligere censurarum, vel suspēsionum.Id petet de lata à iudice in reum sententia,vt nempe tot soluat aureos, vel ad triremes ire se accingat;item de à Confessario iniuncta pænitentia, sub disiūctione,vt vel duos eroget pauperi in eleemosynam Aureos, vel per totam se hebdomadam à vino abstineat,& id genus,p.7.n.4.5. Alterius l.3. disp.9. c.3. Fill.

Fill.quæsito 5.n.58.& alii.

2 Adhuc modum lata censura nihil operatur. *Excommunico duorum alterũ, qui tale patrarunt furtum, vel homicidium, &c* pluribus furibus, vel homicidis existentibus: ex huiusmodi nanque verbis, ad quem iudicis mens dirigatur conijci nequit. Idem Bon. vbi sup. n.7. Fill. trac. 11.c.3. q.4.n. 97.

3 Lata sine scriptura, vel causæ expressione censura, non est nulla; huiusmodi .n. codõnes non requiruntur ad essentialiter ferẽdũ, & valide censurã; imò ad licitè tantum. Idem de tribus præmittendis ad delinquentem admonitionibus; siquidẽ vna tantùm præmissa, suam consequitur vim posita censura: cęteræ verò duæ de essentia non habentur censuræ, pro futuris autem culpis posita censura, nullam requirit præuiam admonitionem; at lex ipsa satis id præstat.

4 De potestatis tamen plenitudine, vtique, saltem probabiliter, Ecclesia in aliquem valeret, nulla præmissa admonitione, ferre censuram. Supra dicta valent in censuris per modum censuræ latis: constat enim suspensionem, & interdictum aliquando per modum ferri pænæ vindicatiuæ, ob delictum iam patratum, & nulla admonitione præmissa, Bon. ibi p.8.& 9. per totum Sayr. l. 1.c. 12.

5 Delinquente ignorato, admonitiones in loco sufficit fiant publico, v.g. in Ecclesia, ibid.

6 Censura non ob iustum lata, & rectum finem, imò ex odio in delinquentem, adhuc tamen valet; datò illicita ex ferentis parte censeatur. Lata verò iuris ordine relicto necessario, nulla habetur. Item, ob delictum alicui falsò imputatum, lata sententia, nulla habetur; nullus siquidem maiori ligatur censura, noxa sine lethali, hic non adest, ergo neq; censura aderit. Vide ibi Bon p. 10. Suar. disp. 2. sect.6. Fill. tract. 11.c.2 qu.10.

7 Proinde huiusmodi valebit censuratus, si fortè sit excommunicatus, secretò celebrare, cum aliis communicare, excommunicationis scientibus nullitatem, & cætera quæcunq; præstare, ac priùsquàm excommunicaretur, poterat: nullamue pauebit irregularitatem, in conscientiæ saltem foro; omniaue ab eo acta iuridicè valebunt, præterea omnibus Ecclesiæ suffragiis adhuc gaudebit ac ante, Ibi p. 10 n. 5.6. &c.

8 Inferenda censura nulla est loci habenda ratio, nisi quando in ea ferenda iurisdictione est opus contentiosa: eo namque casu in proprio debet Territorio ferri, vel in alieno, at illius loci ordinarii petita, & obtenta licentia: secus nihil ageretur, Coninch. disp.n. 13.dub.5 n.59. Nau.c. 27 n.4.

9 Idem omnino de loco exempto, ac de alieno Territ. Auila p.2.c.3.d.2.dub.5

10 Nulla verò cognitione causæ requisita, vel si non sedeatur pro tribunali de re manifesta ferri censura quibit. Imò & de re contentiosa, si Episcopus in proprio non permittatur manere Territorio, ibique causam cognoscere, & sententiam ferre; namque eo euentu, in loco haud à suo longe distanti Episcopatu, ferre iure valebit, cum causæ etiam cognitione, censuræ sententiam, Vide Bon. ibi p.11.n.3.4. Nau.c.27 n.6. Sayr. l. 1.c. 14.n.4.

11 Extraneus non solùm per sententiam latis censuris non ligatur, sed neque per statutum. Hinc Clericus extraneus, qui v. g. Mediolani tormentum defert igneuum, vbi huiusmodi est sub excõmunicatione vetita delatio, nulla afficitur excommunicatione, Ibi n.2.& 21. Suar. disp. 5. sect. 5.n.10. Fill. quęs. 10. ad fi.

12 Valet. Superior censura per sententiam lata suos ligare subditos extra territo-

ritorium peccantes. Non item id per statutum efficere poterit; statuto territorium respiciente, seu personas in eo morantes; sententia verò, personas, vbicunque tandē sint. Vide omninò Bonac. de cens. in genere disp. 1 q. 1. p. 1 14. n. 14.

13 Valet per metum lata censura; metu voluntarium non tollere; & acta per metū tenēt regulariter; nisi de iudicis intentione aliud constet, Suar. dis. 2. sect. 5 n. 2

14 Facti qualitate ignorata, nulla incurritur censura; proinde percutiens Clericum, laicum putatum, nulla irretitur excōmunicatione: dato culpam committat lethalem. Clerico verò fera putato, neque vlla adest culpa, Bon. ib q. 2. p. 1 n. 6. 7. 8

15 Ignorantia censuræ, peccato annexę, à censura liberat incurrēda, Coninch. t. 2. disp 13. dub. 10. n. 90. Carolus Macignus de hor. Can. c. 28. n. 32.

16 In suum iaciens inimicum sagittam, at feram putatam, licet sua in mente sic affectus fuerit, vt si esse sciuisset inimicum, libentiùs id scelus emisisset, ac licētiùs, adhuc nulla afficitur excommunicatione, dato Clericum necasset feram creditū; eum ignorantia excusante comitante: peccato tamen non euaso, prauum ob affectum. Molina disp. 53. n. 2. t. 4. & tomo 6. tr. 5. disp. 71. n. 8. Fill. c. 8. quæst. 9.

17 Clericum percutiens, percussionem dato sciuerit prohiberi ab Ecclesia, nisi etiam sub excommunicatione vetari notum habuerit, nullam incurrit excommunicationem; nam pænæ requiritur scientia ad pænam excommunicationis incurrendam. Idem de ad pænam non aduertente, vel oblito, Bon. vbi sup. p. 1. n. 15.

18 Homicidium patrans, credens ex eo excommunicationem contrahi, non ideò excommunicatus euadit: malus nanq; & prauus delinquentis affectus mere interior ab Ecclesiastica non punitur, Ibid. n. 22. Sanch. l. 9. disp. 32. n. 18.

19 *Sicut nulla valet appellatio quoad suspendendam iam absolutè latam, & incursam censuram; ita neque vlla valet appellatio ab sententiæ censuræ absolutione, iam absolutè lata, & sine de futuro conditione, absolutione ab absoluentis intentione vim habente, neque appellante intentionem absoluentis irritare valēte. Ibi p. 2. n. 2 & 3. Alterius l. 4 disp. 6. c. 2. ad finem, cum aliis.

20 Impotentia, vel graue incommodum, vel difficultas ad id faciendū, quod sub censura præcipitur ab incurrenda eximit censura. Idem de metu graui; modò in contentum Ecclesiæ non incutiatur auctoritatis, religionis, vel fidei; tunc enim sicut à peccato non liberat, ita neque a censura, imò eò præstaret casu, vel ipsam obire mortem potius quàm præcepto refragari Ecclesiastici Iudicis. Non incurrere censuram metu graui agentem dicunt alii, licet peccet.

21 Adulterari si quis metu adigatur mortis, si contra adulteros excōmunicationis extet pœna, is quidem patrato adulterio, culpam non euadit adulterorum, excōmunicatione tamen vlla non deuincitur; Ecclesia cum tanto incommodo nō præcipiente. Hæc omnia à n. 19. ex Bon. vbi sup. p. 3. per totum. Gras. l. 4. c. 8. n. 10.

22 Præterea, aliqua irretitus censura, ob euitandum, vt sup. graue damnum, infamiam, scandalum, &c. iure valet, citra metum irregularitatis, exercere ea quæcunque, & facere, quæ ante iure poterat; quatenus tamē ad id necessitas vrgebit, neq; vltra; remoto item Ecclesiæ contemptu, &c. vt sup. Idem ibi p. 3. t. 1.

23 Dicente superiore in sententia ferenda, *Si quis ausus fuerit, temerè, uel sciēter tale patrauerit, sit excō. susp. vel interdict.* eo casu quæcunque etiam crassa, & supina; imò & affectata excusat censuræ ignorantia: plenum enim eo casu omninō requiritur voluntarium: hic autem, quacunq; vel affectata ignorantia intercedente, non plenè adest voluntarium, Sanch. in opere morali l. 2. c. 10. n. 38. Vide ibi

De

De absolutione à cens. vide sup. verbo, absolutio à censuris.

Census.

1 QVo etiam anno nulli colliguntur fructus, adhuc pensio soluenda, ac si collecti fuissent, Ita Em. Sà verbo Census n. 8.

2 Ex vtraque contrahentium parte redimibilem censum fore licitum, non videtur asserendum; stante saltem Pii V. Bulla de censibus, vbi est recepta, Vide Lessium l. 2. c. 22. dub. 10. Item Sà vbi sup. n. 9. & alios.

3 Cēsus inter īmobilia bona numeratur. Vide Nau. de vsura n 81. & Sà ibi n. 11

4 Iam vbi Pii V. est Bulla recepta, tutè super persona non videtur censum posse constitui; qua præcisa, licitè constitueretur, imo & super bonis incertis, possessis nempe, & possedendis. Si sit perpetuus, quidam & post Bullam, licere putant, receptam, tutiùs aliis negantibus, Idem Em. Sà ibid. n. 10.

5 Sicut solui pecunia pro censu, vel fructibus potest, ita ex pacto, (dato locus censui subiectus talē non ferat fructū) fructus aliquis, Nau de vs n. 79. & Sà ibi n. 7

6 Censuatæ rei oportet fructus non esse redditu rei censuatæ minores, idest communiter apud oēs in confesso; aliis non improbabiliter negantibus oportere, n. 6. ibi.

7 Census legitimum pretium, est quo publicè, & passim apud timoratos cōstituitur, citra alterutrius contrahentium fraudem, Ibi idem. n. 5.

8 Anno transacto soluitur census; alioqui pacto, vel loci consuetudini stetur. Tol. l. 5. c. 23.

9 In re debet immobili census constitui, ex sui natura fructifera, totum debet in contractus celebratione solui pretium, nec postea augeri, minuiue: & pro rata re pereunte perit, aut sterili reddita; eodemue reddito pretio redimi posse debet, & facta admonitione etiam intra annum, vel ab inuito repeti, Vide Nau. Comment. de vsuris, n. 96. & 84. & cap. 17. n. 232. apud Sà v. Cens. n 1.

10 Omnia hæc ex Pii V. Bulla, in qua alia quædam prohibentur, quæ fraude remota, licere probabiliter quidam asseruut: pote quæ ob fraudem tollendam statuuntur. Proinde pretium statim potest non solui, vel ante solui: item pactum addi per totum pretium, non per partem census redimendi, nempe simul, non diuisim. Neque Bulla debita iure naturæ vetat exigere, v. g. pro damno dato satisfactionem, tempore debito non satisfaciendo, & soluendo; neque fideiussorē petere; imò hypothecam, vel omnium bonorum, aut securitatem pro solutionibus, Vide id. n. 1. & 2. 3. & Nau. l. c. n. 69. & 70.

11 Præterea, tuè quis emere certam poterit pecuniæ quantitatem ad vitam, v. g. pro mille, centum, singulo soluendas anno libras: neque enim id census habetur, imò contractus innominatus, nempe, do, vt des. possunt autem vniuersa vendentis bona obligari pro huiusmodi soluenda pensione, Sà ibi n. 3.

12 Vbi Pii V. Bulla non est recepta, pro census sufficit validitate, vt iuxta legem, & locorum consuetudinem celebretur iuri naturæ, vel diuino non repugnātem, Molina disp. 395. Less dub. 13. Salas dub. 13.

13 Proinde, vbi Pii V. Bulla recepta non est, concurrentibus quæ sequuntur conditionibus valet; sunt autem sex, prima, intentio adsit oportet emendi, & vēdendi.

dendi. Secunda prætium iustum, iuxta sup. hic n.7. censualistæ onere imposito considerato, qui rem emit redimibilem in censuarii gratiam, & fauorē. Tertia, vt rei dominium censuatæ liberum sit apud census venditorem, vel saltem in ea ius habeat sufficiens pro census quantitate: ob id maritus supra fundū nequit vxoris censum constituere: in eo enim solus ius habet vsufructuarii, quod eo mortuo cessat. Idem de Clerico beneficiato: constat enim super beneficio constituendi censum ius non habere, directo iure, & dominio ad eum non spectante. Idem de feudatario, & emphiteuta. Quarta, vt super refrugifera constituatur, non verò super fructibus, v.g. tritico, vino, &c. quæ non sunt frugifera. Quinta, vt re censuata deperdita, vel ad sterilitatem omninò redacta, nulla venditoris intercedente culpa, item venditor à soluendo liber euadat: res enim domino perit. Sexto, vt si aliquod venditori imponatur onus extra solita imponi, debitè compensetur Bon t.2 de contr. disp.3. q 4. p.1. n.5. &c.

14 Super cēsu, alius imponi quibit minor cēsus, vel æqualis, vel nō perpetuus.

15 Census cum hisce celebratus conditionibus, quæ Pius V. præscribit omissis, dempta fraude, in foro saltem conscientiæ valet, vt probabilissimè Doctores affirmant grauissimi. Sicuti etiam in conscientiæ valet foro, si absq; scriptura, vel Notario, vel etiam testibus, &c. requisitis, census fuerit oretenus celebratus, non obstante lege pro exteriori foro secus statuente Molina disp.392. Azor.4.p.l.10 cap 19 quæst.1. Valentia t.3. disp.5. q.22 p.2. Nau. comm. de vsuris, n. 106. Em. Sà. v. Cens. n.2. Vide ibi Bon. prout sup.

Cessio bonorum.

1 QVi non est soluendo cedere bonis debet, ne in carcerem trudi valeat, vel excommunicari; quod si fuit excommunicatus absolui omnino debet, cum de soluendo cautione pinguiorem adeptus fortunam. Item ne supra facultates condemnetur, ratione habita congruentiū alimentorum, ne grauiter egeat, Fum. v. Cessio bon. n. 1.

Charitas.
Cap. I.

1 IVstè ad mortem non teneris damnatum pecunia liberare, etiam si possis, imò nec ipse se redimere tenetur; eo vero per te redempto, in seruū potes eum perpetuò retinere. Iniustè damnato per se redempto, iure seruum eū habere in multis valebis casibus; ast ipse se redimere iure valebit, Nau. c.25. n.95. Eman. Sà verbo charitas num. 6.

2 Proximom in peccatum licitè cadere permittes, vt de eo correptus, & punitus emendetur, nisi aliter emendare queas, Nau. I. c. n.13. & Sà ibi n.7.

3 Malum proximo optare corporale ad animæ salutem, innoxiè potes. Imò & mortem, ob reipublicæ salutem, vel bonum; & hosti tibi alioqui valdè nociturο, mortem, non odiando, at pro tuo vitando damno. Item de eius gaudere morte sine crimine valebis, ob inde bonum secutum, Sà ibi n.8.

4 Vtique

4 Vtique magis diligendi meliores;at sine crimine intensiori affectu, sanguine coniunctiores diligi possunt: & quidem parentes in dilectione filijs præponi debent: vxor, & pater, matri, Sylu. verbo char. quæst. 1. & Sà ibi n. 10.

5 Quo nam tempore homo ex præcepto actum elicere teneatur dilectionis Dei super omnia: ita vt nisi eliciat lethaliter delinquat, non conuenit inter Doctores: Illud non negandum, teneri, quoties conteri tenetur, v.g. Sacramenta si quis ex officio sit administraturus, mortali si sit noxa detentus, neque Confessionis faciendæ commodo suppetente; eo enim casu conteri oportet, Tol l.4 c.9.

6 Pro animæ salute proximi, vitam teneris exponere: quod si sis Episcopus, vel Parochus, teneris, nedum in extrema, verùm & graui necessitate salutis spiritualis subditi, vitam exponere corporalem, Vide Nau c.11.n.18. Em. Sà vbi sup. n.1.

7 Præterea pro eius vita, bona exponere temporalia, tuæ vel tuorum vitæ non necessaria. Tandem subuenire graui presso teneris egestate, vel necessitate, magno sine tuo incommodo. Si tamen eius non es Prælatus, aut Parochus, eum non teneris peste infectum cum vitæ periculo inuisere; nisi animæ eius salus huiusmodi tua videatur indigere visitatione, Sà ibi n. 2.

8 Alioqui sine Baptismo moriturum infantem, vel cum tuæ periculo vitæ baptizare teneris, secus aliis existimantibus Doctoribus probabiliter : constat enim matrem grauidam se secari permittere non teneri, vt foetus baptizetur, alioqui sine Baptismo moriturus, Idem n.3. Tol. ibi c.10. item Sà n.4.

9 A corporalis mortis periculo proximum inuitum liberare teneris, si possis : non verò à spirituali, si tuum citra magnum incommodum nequeas.

10 Quis sibi mortem sinè noxa desiderare valet, pro temporali, & magno grauis damni periculo, v.g. egritudinis euitando, vel interna afflictione, paupertate nimia, &c. considerato peius esse cum huiusmodi viuere: quàm mori; ergo saltem contra propriam non erit charitatem mortem desiderare: procurare vero impiũ, & nefas erit, Dian. 5.p tr. 14. ref. 91. Sauch. in selection disp 2. n.9.

11 Prius matri, quàm patri, vxori, & filiis in extrema subuenire egestate , non videtur lethale; quippe non tam magnus vnius ad alteram coniunctionem videtur excessus, vt ordo sub lethali seruari noxa debeat. Secus dico de ordine inter parentes, & alios extraneos. At maximo possumus benefactori, parentem iniquum, & malefactorem posthabere, & sic de aliis cognatis, consang. & affinibus: namq; iniuriis, & ingratitudinibus ius suum quis amittit, sicut acquirit beneficiis , & obsequiis in alium Vide Ant. Diana vbi sup. ref. ref. 103. Lorca in 2. 2 diui. Th. q. 26 a. 11.

12 Si quis suis valeat viribus, Deo adiuuante, salutem obtinere spiritualem , v.g. adultus non baptizatus, qui non extremè meo indiget auxilio, vt à me, licet statim moriturus, baptizetur, vel peccatum habens lethale, non suppetente Confessario, non teneor meo cum euidẽti vitæ periculo eum baptizare, vel confessionem eius audire; quippè per contritionem saluari valet, per Baptismum, nempè vel pænit. in voto: saltem nisi eorum sim Episcopus, Parochus, &c. vt sup. Vide Diana 5.p. tract. 13. ref. 24.

13 Intensiuè, nempe quoad amoris intensionem, & vehementiam super omnia, non tenemur Deum amare. Appretiatiuè uerò tenemur, nempè quoad æstimationem super omnia; siquidem homo in Deum sic affectus esse debet, ut mala omnia pati sit potiùs paratus, uel omnia perdere, quàm Deum lethali noxa offendere , Bonac. t. 2. circa prim. Dec. præcep. disp. 3. q. 4 p. 1. n. 2.

14 Deum amare propter retributionem,fas est;modo retrributio finis aman di principalis non existat,& vltimus,sed minus principalis,& secundarius, Ibi n. 3.Reginald.l.17.n.93.Tol.l.4.c.9.Nau.c.11.n.20.

15 Semper viuere vitam hanc,nefas optare;ast diù viuere, vtique sine noxa fas erit optare:modò vltimus in hac vita finis non collocetur, Nau.ibi.

16 Damnatis optare non tenemur Beatitudinem,non enim noster sunt proximus,Bonac.vbi sup.puncto 2.n.2 Reginald;cum aliis.apud Bon.

17 Inimicum nobis obuium salutare,per se loquendo,non tenemur;nō enim cæteris melioris est conditionis,quos constat nos salutare non teneri ; excipio , modò vitandi ratio scandali aliud non exigat,vel nisi ex salutatione fore speretur inimicum reconciliandum,& odium positurum:at laudaretur huiusmodi inimicum amicabiliter salutans,dato etiam ad id non adigatur, Bannes 2.2 q.5.dis. 1.in Commentario.

18 Ab inimico autem salutatus,omninò resalutet;modò longe non sit eo dignior,& superioris valdè conditionis,vt nobilis respectu rustici,vel plebei;neq; enim antea ad resalutandum deuinciebatur,neque huiusmodi negata resalutatio ex contemptu nasci censetur.

19 Inimico ita remittere non tenemur iniuriam,quin exigere pro iniuria possimus satisfactionem,vel damnorum;imò contra eum in iudicio agere possumus, vt secundum iura puniatur,omni tamen remisso odio,animoque vendictæ.Aliàs inimico veniam petenti,eam concedere debemus,signaue exhibere reconciliationis,& odio eum prosequi non debemus. Vide omnino Bon. quoad vtrunque num,vbi sup.p.5.n.3.4.5.

20 Si quis prius leuem intulit iniuriam,& postea grauem accepit,prior non tenetur petere veniam,aut si longè sit dignior conditione;vel si is recompensatione sit vsus,& si ipse prior veniam petat,alter restituere negliget huic id, in quo eum offendit,Idem ibi n.6.Nau.c.14.n.25.

21 Aliquibus beneficia conferre volens,per se loquendo, inimicum valet tuta excludere conscientia,odio,& scandalo remotis;modo ex propria illa cōferat voluntate,neque bona sint communia,vel ex aliena voluntate conferenda,Idem ib.ibi.Saiman l.2.tract 3.n.2.Bon.vbi sup. n.7.

22 Me possum inuadentem occidere,si iniustè inuadat, dato ille conscientia laboret lethalis peccati,& damnandus sit:quippe huiusmodi extrema non dicitur laborare necessitate,cùm se in has conuiciat spontè angustias ; moderamine tamen inculpatæ tutelæ seruato;nempe,nisi aliter ab iniqua me valeam inuasione eripere Idem Bon.ibid.p.4.n 3.

23 Necessitati spirituali publicæ communitatis,licet non extremæ,imò graui tantùm,cum propriæ vitæ periculo subuenire tenemur : bonum quippe spirituale communitatis,priuato præponderat corporali:proinde Concionatores cū vitæ tenentur periculo in peccata inuehi Ciuitatis,quoties Ciuitas , vel Communitas ruinæ periculum adit:v.g.peccatis alios inficientibus , ex sui natura , Idem n.5.ibi.

24 Pastores à suo grege recedere peste debacante,tutè nequeunt, sed ministrare ei necessaria tenentur Sacramenta, vel de ministro prouidere idoneo, licet vitæ adsit corporalis periculum,Idem ibid.n.5.Reginald.l.4.c.25.n.336.348.

25 Vitam profundere pro vita licet proximi,ast non tenemur,excipe, modò

ex

ex nostra non proueniat morte, aliorum damnum, v.g. filiorum, proinde peste infectis licet mihi ministrare, vitæ cum manifesto, & euidenti periculo, nisi magis sim ego Reipublicæ vtilis, & necessarius, quàm ille, vt sup. Bon. ibi n. 6.

24 Personarum ordo diligendarum, cęteris paribus, est hic, primò, pater; Secundò, mater; tertiò, vxor; quartò, filii; quintò, cæteri consanguinei pro vniuscuiusque gradu; sexto, non consanguinei, sunt diligēdi: & quidem iustus, peccatori præfertur: amicus, inimico, Christianus, infideli.

25 Creditor, vel in extrema necessitate non est patri præferendus, aut consanguineis; in extrema nanq; necessitate omnia sunt communia; neq; eo viget casu restituendi obligatio, Vide quoad vtrunque ibid. Bon. p. 5. n. 2. 3.

26 Iusto in extreme existente necessitate, & peccatore, huic omisso illo succurrere valemus, sed non tenemur: nempe vt ad pænitentiam tempus habeat; neue damnationis euidens periculum adeat. Idem ibi.

27 In extrema spirituali necessitate, pater debet spiritualis, naturali probabiliter præferri. Tandem publica debet persona, & vtilis Reipublicæ, cuicunq; vel patri ipsi præferri; imò nobis ipsis; id bono publico postulante, Idem ibi in fine. D.Th. 2.2. qu. 6. Reginald. n. 317. Vide etiam pro huius tractatus charitatis complemento Valentiam t. 3. disp. 5. q. 4. pun. 4.

De eleemosyna charitatis effectu.
Cap. II.

1 DE superfluis vitæ, & statui eleemosynam erogare pauperi, nedum in extrema, vel graui versanti necessitate tenemur, verùm & communi prout quisque iudicabit, loci & temporis ratione habita, absque nostro tamen notabili incommodo, Bon. vbi sup. p. 6. n. 8. Malder. 2. 2. q. 32. a. 6. dub. 4.

2 Multos tamen excusandos fore existimo diuites, in communibus necessitatibus eleemosynam omittentes, tùm propter sententias probabiles in contrariũ, quæ facilè non damnandæ; tùm quia neque Confessarii ad id pænitentes adigere solent, Ibi Bonac. n. eodem.

3 Eleemosyna de præcepto facienda, extremè est indigenti, ab eo, qui sine eiusdem necessitatis incurrendæ periculo eam præstare potest, aut suorum. Item graui presso indigentia, ab eo, qui citra magnum suum, vel suorum damnũ potest erogare. Ea autem extrema dicitur necessitas, qua ad mortem quis vrgetur, non erogata eleemosyna, Regin. l. 4. c. 20. n. 129

4 Exquisitissimam pauperi, ea indigenti, medicinam emere diues non tenetur, sufficit enim communia ei præstare remedia, non singularia, & cum magno dispendio, Em. Sà verbo Eleem. n. 4.

5 Extremè indigentes adire non tenemur, vt opem feramus: imò sat est præsentibus succurrere necessitatibus, & obuiis, Nau. c. 24. n. 9. Sà vbi sup. n. 6.

6 Alioqui ob inopiam peccaturo, subuenire charitatis cogimur præcepto, ne peccet. Idem Em. Sà n. 7. ibi vni enim cuique mandatum est de proximo suo.

7 De suo non valens extremè egenti subuenire, rapere ad id alienum tutè quibit, nulla inde restituendi postea obligatione cogente; imo & qui graui premitur

mitũr indigentia tantùm,probab iliter saltem necessarium sibi rapere tutè valebit,non magni tamen momenti. Ex auaritia sibi de necessariis prouidere nolenti, alius ei succurrere minimè cogitur;nulla eo extat casu indigentia, at vitiũ quod sibi imputet,Ib. n.8.9.

8 Alibi vnde restituat habenti,hic extremè laboranti, mutuum dare sufficit necessarium,restituendi manente obligatione,Conrad.de contr.tit.2 q 19.

9 Consuetudine extante,vt vxores eleemosinam dent, vel inuito marito dabunt egenti. Item eo absente,tantùm tutè dant, quantum ille præsens dare solebat. Item de paraphernalibus:&.rebus item ad victum sibi à marito assignatis; lucro per industriam acquisito,si alioqui ad id non tenebatur: pro item salute viri:ipsa familiam gubernante;&,cui vir prouidere tenetur,necessitate occurrẽte,Mol d.275.Nau c.17 c.153.Sà,n.11.ibi.

10 Filius valet familias ex peculio Castrense, vel quasi, eleemosinam erogare;ex sibi à patre item pro sustentatione datis, Item seruus, si domino id placere credat:item re modica existente. Item tutor,curator,&c.de pupilli bonis conuenientes tutè dant eleemosinas.

11 Religiosus item de sibi ad sustent.datis, vel cum id Prælato credit placere,laudebiliter dabit. Imò in extrema necessitate inuito dabit Prælato; in graui, petenda facultas,Sà ibi n 12.Tol de sept. p. mortalibus cap. 28.

12 Non danda eleemosina mali occasio futura,Sà ibi in additionib.

13 In extrema ablata necessitate pinguiorem nactus fortunam non restituet,si cùm accepit de suo non habebat;modo necessarium tantùm acceperit, Nau.c. 17.n.25.Tol de sept.peccatis mortalib. c.3.n 4.

14 Acquisitam paupertatis ficto titulo eleemosinam, probabiliter non fore sub m.restituendam putant aliqui:ratio quippe videtur, quia dans cùm hoc non dedisse onere creditur;si accipiens cum eo putet dedisse,det omninò verè pauperibus:nisi magnæ sit quantitatis res,vel.nisi sibi fieri velle credatur donator restitutionem;siquidem dantis omninò est intentio obseruanda:& eatenus, quatenus ille credatur restitutionẽ velle fieri,fiat,nẽpe ei,aut pauperibus, Nau.c.17.n.107.

15 Ad eleemosinam erogandam non aliquo iustitiæ vrgemur præcepto; sed charitatis tantùm;proinde ad restitutionem nulla adest obligatio,si quis in extrema constituto necessitate eleemosinam non erogauit;dato multa ob denegatam eleemosynam sit passus,& grauissima damna, Diana 5.p.tr.8. res.2.

16 Redimere captiuos apud Turcas detentos,non tenentur diuites probabiliter,nisi interituros timeatur,vel iniustè occidendos;vel nisi Reipublicæ admodum intersit liberari,ob nobilitatem,dignitatem,vel sanctitatem,ibi res.6.

17 Ante extremam necessitatem si quis aliquid furetur,& in extrema id necessitate consummet, restituere non adigitur. Idem de eo qui depositatam rem, locatam,vel commodatam,aut loco pignoris datam in extrema consumpsit necessitate,Ibi idem res.9.& 10.Nau.l.4.c 4.n.14.Azor.t 21.l.1 c.8. q.7.

18 Alicui se daturum,promittens eleemosynam,tutè pauperiori dare quibit, si intuitu solius promiserit paupertatis,non personæ;non tamen sibi erogare quibit,licet pauperiori,Sanch.in summa t.1.l.4 c 49 n.6. Dian.ibi res.37.

19 Alicuius,ob crimen,ipso facto bonis publicatis, adhuc in eleemosinas per delinquentem distribui possunt criminis ante condemnationem, quandiu ipsa bona nõ auferũtur:nã eatenus eis, vt ante,frui,& vti deliquẽs tutè valet,ib.res 40

20 Qui

20 Qui certam pecuniæ quantitatem in pauperes habet distribuendam, sat est pauperes eligat, pauperioribus relictis; locus enim datur gratificaticationi, neq; vnum alteri præponés pauperem peccat: & hoc verum, modò clarè, vel ex conie-cturis de testatoris secus mente non constet.

21 Pauperum nomine, loca veniunt pia, v.g hospitalia, Monasteria, & Ecclesiæ indigentes. Item qui ex labore viuit, vel qui iuxta statum honestè viuere nequit, dato sit nobilis, Idem quoad prim p. 2.tr. 15.rel.8. ad secundú verò ib. vers. sed. difficultas.

22 Quæ seruantur bona ad maiorem statum acquirendum pro se, vel suorum, superflua non dicuntur statui; adeo vt ea in pauperes communi laborantes egestate distribuere teneamur sub lethali, Victorel. in notis ad Nau. c.23.n.72.

23 Inter viduas pauperes diuidenda pecunia, potest & mulieribus viros inutiles habentibus diuidi: siquidem priuilegium viduis concessum, ad viros extéditur habentes inutiles. Io: Maria Nouarius de elect fori sect. 2. q 7.n.3.

24 De male acquisitis, & iniustè, fieri nequit eleemosyna, citra extremā saltem necessitatem; vt de per vsuram acquisitis; modò id intelligo de his, quæ eadē numero debent restitui; secus si eadem numero non sint restituenda, sed alia loco eorum restitui possint; modo per huiusmodi bonorum eleemosynam ad restituendum non fiat impotens; nulla siquidem per huiusmodi eleemosynas domino irrogatur iniuria, Io; Med. de eleem. qu. 5.

25 Itē per meretrices turpiter acquisita, in eleemosynas distribui tutè possūt.

26 Extrema tantùm egestas facit, vt tutè, & sine aliqua restituendi obligatione pro me, vel proximo subleuando, alienum rapere queam; domino in eadem non versante egestate, Bonac. circa prim Decal. præcept. disp. 3. q; 4.p.7.n.21. probabilius, vide sup. n.7.

27 Inimico priuato eleemosinam erogare tenemur, modò inde aliquod probabiliter damnum non timeamus euenturum. Idem de Reipublicæ inimico, dum nocere desinit: neque ob id nociturus credatur, Ibid n.20. Regin. l. 4.c.23. n.295.

28 Damnato vt fame pereat, nisi particulare sit dare prohibens præceptum, vel nisi carceris simus cust. dare quimus cibum, sicut & ille sumere, & comedere tutè valet; non ad id tamen tenemur, sicuti neque damnatus sumere tenetur; imò se mori tutè permittet, Bannes q.32.dub.3. Tol. l.4.c.31.

29 Pluribus eleemosynam denegans, quibus singulis sub veniali eleemosynā erogare deuinciebatur; probabiliter lethaliter peccat, Loys. Turianus 2.2. disp. 22.d.2. ad finem, Bonac. ibi vbi sup. p.6. n.13.

Chorea.
Vide Luxuria.

1 CVm aliquādo choreas ducere nullum contineat pecc. vt v.g. nuptiarum occasione, vel publicæ alius lætitiæ, sic ex se non videtur id agere peccatum, alioqui nunquam licitum foret; proinde haud satis consultè agunt Parochi, à choreis rusticos arcentes, festis diebus, nisi enim id agant peioribus vacant. Excipe, nisi tantum abstinere admoneant, vt à re periculosa, & valdè lubrica.

Cir-

Circumstantia.

Vide Confessio Sacramentalis

Ciuis.

1 LOci quis Ciuis efficitur, in quo aliquam est dignitatem consecutus, Em. Sà v. Ciuis. n. 3.

2 Monachus illius fit loci ciuis, in quo est Monasterium. Item singuli Capitulares, ciues loci sunt, in quo est Ecclesia, v. g ciuitatis. Idem ibi ad finem n. 4. & in additionibus.

CLERICVS.

Cap. I.

Clerici percussor,

Vide sup. Absol. ab excomm. ob Cler. perc.

1 CLericum publicè percutiens, & notoriè, non statim vitandus efficitur; quippe quia ad hoc vt quis publicus dicatur percussor, ac proinde vitandus, necesse est, vt huiusmodi percussio nulla valeat tergiuersatione occultari, ac nullo iuris niti remedio, Diana 3. p. tr. 5. ref. 14. & 5. p. tr. 9. ref. 61.

2 Qui Cler. cum vxore, matre, vel sorore inuentum percutit, excommunicatus non euadit, modò statim percutiat: nulla quippe hic adesse diab. censetur suasio, Bon. t. 3. f. 216. n 4.

3 Voluntariè seipsum Clericus percutiens, item non fit excomm. cū hic nulla sit à percusso persona distincta, vt in canone requiri videtur. D. ibi. ref. 8.

4 Qui Clericū perc. coniugatū publicè caupionē, vel lanionem, non est excō.

5 Clericum à Concilio requisita non habentem percut. ens, aut beneficiū, est probabilius excōm. Cardinalium extat declaratio; at fori non gaudet priuil.

6 Clericum factū militem percutiens, vel turpibus se immiscentē, excō. nō fit.

7 Animo prauo, & mortaliter peccaminoso, leui tamen percussione existēte, & veniali, percutiens Clericum, excomm non euadit. Idem de quacunque alia sub excommun. prohibita actione: Ecclesia de occultis non iudicante. Qui ad se defendendum, sua, honorem, parentes, amicos, vel alios, percutit Cler. non fit excomm. inculpatæ tamen tutelæ moderamine seruato, secus vtique.

8 Eadem actione aliquo duos percutiente Clericos, v. g. gladio, vel sclopo duos simul Clericos occidente, vnica tantùm incurritur excomm. probabilius, quippe & vnicum patratur peccatum, & transgressio adest vnica; idem patet de simul duodecim Apostolos blasphemante. Idem de simul duo vasa diuersorum dominorum furante. Qui volentem percuti percutit Cler. fit excomm. Clericum publicè mimicum post trinam monitionem, vel inaduertenter percutiens, non fit excomm. Hæc omnia ex Bon. t. 3. de excomm. in part. extra Bull. Cœnæ, disp. 2. q. 2. p. 6. sect. 4. per totum

Cæ-

Cætera de Clericis.
Cap. I I.

1 ALiquid iure Clericis prohibente, vel præcipiente, solùm in sacris cō stituti comprehenduutur, vel qeneficiati, Sà verbo Cler. n. 2.

2 Episcopo concedente, in ciuilibus valet Clericus in sacris constitutus coram laico conueniri iudice, Idem ibid. n. 3. & Syl. v. Iudex, n. 4.

3 Nomine Clerici in materia fauorabili, & primam habens Tonsurá venit, Religiosus, & Episcopus. At in odiosis, nec Religiosus, nec venit Episcopus, aut Dignitas, per quosdam, aut Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, vel qui sacris nondum Ordinibus sunt decorati. Nomine item populi in fauorabilibus, & Clericus venit, Sà ibi n. 1.

4 A iudice tunc solùm Laico Clericus capi valet, & debita mulctari pæna, quando mandatum internenit Prelati; vel si Curię iam sit traditus sæculari. Aut tandem ob incorrigibilitatem si sit depositus, & ob id fortè excommunicatus, & anathemate percussus; & adhuc, his spretis, ceruicosus perseuerat incorrigibilis. Vide Comitolum l 1. q. 54. apud Sà ibi prout sup.

5 In crimine valet deprehensus Clericus per iudicem capi sæcularem, Episcopo tradendus. Item & noctu valet capi cum armis incedens: idcirco, nam delinquere velle præsumitur, ob id etiam à laico valet iudice à crimine detrahi patrando. Imò per quemcunque alium teneri, includi, &c. quatenus alium non lædat. Præterea fugens, vel de fuga suspectus à creditore impediri, & Ecclesiastico ualet iudici consignari, quatenus sibi creditor prospiciat, Nau. c. 27. n. 82. Sylu. Excommunicatio 6. q. 14. & Sà ibi n. 5.

6 Reipublicè in qua degunt legibus, Clerici tenentur, officium non impedientibus Ecclesiasticum, uel libertati non reluctantibus Ecclesiasticę, & hoc, ui tantùm directiua, non coercitiua, Nau. l. 5. cons. 27. de sent. excomm.

7 Clerici patrimonium, etiam ad cuius est titulum ordinatus, quidā aiūt non gaudere Ecclesiæ bonorum priuilegio, aliis affirmantibus: at usus spectetur, Idē de cæteris Clerici bonis patrimonialibus, Vid. Sylu. Cler. 4. n. 9.

8 Pauper Clericus cedere, non tenetur bonis; neque pro debito non ex delicto contracto, potest vltra posse conueniri: nec sacris decoratus puniri corporaliter pro debito ualet non solubili, Couar. l. 1. c. 4. uariar. res. n. 4.

9 A laico Clericus percussus, coram ualet Ecclesiastico iudice percutientem conuenire, Eman. Sà ibi prout sup. num. 11.

10 Ob falsum non ualet testimonium apud laicum iudicem depositum, Clericus à laico puniri Iudice. At Clericus calumniosus accusator, officio priuetur, & uerberatus exulare cogatur, Idem ibidem u. Cleric. n. 10. & 12.

11 Sine fraude post delictum Clericus factus, à foro eximitur sæculari, quòd si cum fraude, in rebus quidem puniri ualet non uerò in persona, uel corpore.

12 Eiusdem est fori Clerici familia cum ipso, Sylu. verbo Lex. n. 15.

13 Ab aliquo si Clericus recipiat patrimonium, secreta restituendi addita conditione Ordines susceptos, non aliundè alimentis acquisitis, neque ualet, neque id restituere tenetur. Ast ficto ordinatus patrimonio manet suspensus. Sà in addit. in fine.

14 Per Clericum familias filium acquisita, sunt eius, sunt enim quasi castrẽsia. Mol.d.1.31.Nau.c.17.c.141.& Sà vbi sup. n 14.

15 Affirmant aliqui Clericorum priuilegiis Eremitas gaudere si Regulæ sint adstricti, aut superiori sint subditi priuilegiis gaudenti, negantibus aliis, Ibi n.17.

16 Vti valet Clericus laicorum statutis, & consuetudinibus, pro sua vtilitate. Num vero Clerici aduocati valeant officio fungi, vide verbo, Aduocatus. Item lucri nequeunt causa negotiari per se, sed ob suam, aut suorum valent necessitatem. Non censetur autem negotiari, qui aliquid cariùs quàm emerat vendit, nisi ad vendendum emerit per alium videtur tutè negotiari posse, imo & per se vendere à se arte honesta facta. Arma gestare nequit offensiua: neque Medici, aut Chirurgi officium exercere, adustione, præsertim vel incisione adhibita, nisi paupertate exigente, aut nisi alioqui sua, vel proximi id postulet necessitas. Venari itẽ prohibetur, recreationis causa præcisa, & sine strepitu; neq; Accipitres ad id alere, vel falcones; aleis neque ludere valet licitè recreationis item causa præcisa, & modicè; quod si magnam exponat quantitatem ad lucrum, probabiliter lethaliter creditur delinquere, Vide ibi n.20 & Sylu.v.adu. §.2.

17 A laica eximi potestate, nedum in spiritualibus, verum & temporalibus, est plusquam certum. Imò probabilissimum habetur, iure ipso diuino huiusmodi eis competere exemptionem, nedum Canonico, & ciuili; prout habetur Psalmo 114. Nolite tangere Christos meos, Bonac. de Dec. præc. disp. 10 q.2. p.1. §.1.

18 Dato casu, quod nullus pateat ad Ecclesiasticum Iudicem aditus pro iniuria repellenda per Clericum illata: vel si patet, vim infert, vel iniustitiam contra læsum committit, &c. huiusmodi indigna passus adhuc nullo valet modo ad laicum tutè recurrere, ad summum verò est Pontificem recurrendum, per se loquendo: quandoquidem par non est Ecclesiæ libertatem violari, pro innocentis alicuius damno impediendo; quippe Ecclesiasticæ libertatis ius, cuicunq priuato præponderat bono; constat enim Ecclesiasticam fuisse libertatem in commune bonum Ecclesiastici Ordinis institutam. Et hoc verum censetur, dato Summus Pontifex ipsũ esset læsum, & innocentem iniustè morti addicturus; tunc enim innocentis esset patienter pati; neque quicquam valet dicere, vim vi repellere licet, sed Poutif. vim infert, ergo, &c. Quicquam, inquam, id innocenti non suffragatur: siquidem, vtique vim vi licet propulsare, at sine grauiori incommodo, & Reipublicę perturbatione; in nostro autem casu Maxima Christianæ sequeretur Reipublicæ perturbatio, & incommodum, ex recursu ad laicum Iudicem pro iniuria propulsanda, & iustitia obtinenda Vide eundem vbi sup.§.1.n.11.& 12.Sylu.v. Papa qn.4.

19 Clerici venit nomine etiam coniugatus, modò non sit bigamus vera, aut interpretatiua bigamia, & habitum gestet Clericalem, cũ tonsura, Duard.cas.15.q.4

20 Nota Religiosum nouitium non posse, Religione egressum, à laico puniri Iudice ob delictum in Religione patratum, dum nouitius erat; à superiore igitur Regularium pro huiusmodi debet delicto pæna mulctari, vel Papa.

21 Religiosi, qui patrato delicto habitum sumunt Religionis, fori priuilegio adhuc gaudent; modo per Superiorem diligentia fuerit adhibita, ad sciendum nũ delicta patrauerint, vel debitis premerentur, priusquàm Religionem ingrederentur, iuxta Sixti V. præscriptum; secus, in fraudem fuisse præsumerentur ingressi. Bon. ait vtrunq; vbi sup.§.2.n.5.& 6. Clau reg.l.2.c.7.n.19.

22 Nulla valet induci consuetudo, vt à Laica Clerici valeant potestate judicari,

ri,& pũniri. Per Papam verò concedi laico poteſt Principi priuilegium, vt in Clericum iuriſdictionem acquirat, & exerceat. Epiſcopi autem id laico concedere nullo modo poſſunt. Nullum item extat ius prohibens ne per ipſos valeat Clericos compromiſſarius eligi in temporalibus, licet laicus, laica verò poteſtas Clericos iudicare non poteſt, etiam in iudicium conſentientes, vel ab ipſis iudicari volentes, Bonac. ubi ſup. §. 3. prop. 1. 2. & 3. Capiccius dec. 126. Farinacius tit. de inquiſit. qu. 9. n. 10. cum multis.

23 Nota Clericum prima initiatum tonſura, vel Minoribus Ordinibus, Canonis frui priuilegio, habitum licet non deferat, uel tonſuram, aut Eccleſiæ non ſeruiat, aut in aliqua non uerſetur vniuerſitate, uel ſchola de licentia Epiſcopi, modo non ſit coniugatus, & omninò clericalem non dimiſerit habitum, ſed aliquando eum induat, Idem ibi §. 4. n. 10. Carol. de Graſſis, eff. 1. n. 914.

24 Clericus alium conueniens Clericum coram laico, ſacrilegus euadit, & excommunicationis afficitur pœna. Idem de laico, Clericum iudicante, vel puniente, §. 5. ibi n. 1. & 2. Carolus qui ſup. effectu 1. n. 363. Videndus Farinacius omninò, in conſ. crim. conſil. 68. Sylu. 1. Iudex 1 quæſi. 2. Reg. l. 19. n. 66. Sal. 2. 2. q. 67. a. 1. cont. 2

Collegium.

1 Collegium tres faciunt; Congregationem, duo: populum, decẽ cõſtituũt.
2 Collegij artis alicuius, artem non exercens, Collegii non gaudet priuilegijs.

Columbarium.

1 Per tuos illata damna columbos, reſtituas oportet. Sà in Aphor. conf. verbo Columbarium in fine.
2 Ab alieno ad ſuũ attrahens colũbariũ, arte, uel fraude, reſtituat, ibi 1. fin.
3 Vbi conſuetudo eſt, neque populus quæritur, columbaria tutè habentur, & permittuntur. Præterea, cuicunque aucupio ſibi accipere licet, qui à colũbario profugi uidentur columbos; animalia quippe dominum non habentia primi fiunt occupantis, Ibi n. 1. Nau. c. 17. n. 126. Sotus l. 4. q. 6. a. 4. de iuſt. & iure. Mol. dubio 48. de iuſtitia. Leſius l. 2. c. 5. dubio 6. de iuſtitia. Aragon. in 2. 2. q. 62. art. 3.

Comedere.
Vide ieiunium.

1 Aſumpta Euchariſtia ſtatim comedere nullum continet peccatum; at laudabiliùs à cibo aliquandiu abſtinetur corporali, donec ſpecies in ſtomacho Sacramentales corrumpantur, Graff. p. 1. l. 2. c. 44. n. 8. Coninc. q. 80. art. 8. n. 53.

2 Ad iterum comedendum vomitum procurare, probabiliter lethalem cõtinet culpam. Item ex intentione ad uomitum uſque ſe infarcire; & hoc medici dempto

consilio, quippe eo casu innoxie id permittitur, Vide Sà u. Comed. n. 2.

3 Carne uesci humana, nullam continet noxam, in extrema tamen necessitate, & alicuius sine occisione. Caiet. 2. 2. qu. 148. n. 2. Nau. l. 5. cõsil. 2. de sortil. negat, ullũ esse in iure de hac re textum, definireue nihil in hoc casu audet.

Commodatum.

1 ALiqua re commodata, si commodans eam à commodatario iterũ ante tempus extorqueat inuito eo, & cum ipsius damno, ad restitutionem tenetur; siquidem, cum ipse commodans suo iuri cesserit per liberum dandi consensum, & iam commodatario ius fuerit rei ad usum datæ acquisitum; & hoc nisi fortè & ipse sit commodans tantundem sensurus damni; eo quippe casu sine ulla restituendi obligatione damni exigere tutè ualet; potè qui non censetur commodatum uoluisse concedere cum suo damno, saltem notabili: modò tamen commodator non præuiderit sibi damnum secuturum; & nisi commodatarius aliunde fuisset commodatum habiturus. Mol. disp. 294. n. 2. Less. l. 2. c. 27. dub. 5. n. 18.

2 Ius re aliqua utendi habens, alteri id concedere quit, nisi aliter cũm dante sit conuentum, iure id decernente, Mol. l. c. disp. 294. n. 1.

3 Sine ulla possidentis commodatarii culpa re deperdita, ad restitutionem non adigitur: Bonac. t. 2. de contr. disp. 3. q. 16. p. unico n. 3.

4 De culpa tamen tenetur uel leuissima: quippe quia commodatum in solius accipientis utilitatem contrahitur, idcirco par est de leuissima teneri: de casu uerò fortuitò non ita, nam res domino perit, rei autem commodatæ dominium penes est commodantem, Ibi id. n. eodem. Mol. disp. 257.

5 Si uerò commodatarius in mora ad restituendum debito, & conuento fuerit tempore, rem commodo acceptam, tunc utique & de casu tenetur fortuitò, re deperdita; uel si in pactum deducatur, ut quocunque tandem res deperdatur, uel deterioretur casu, uel fortuito, omninò æquiualens restituatur.

6 Re apud commodatarium deperdita, quæ item apud commodantẽ periisset, licet mora intercedente in restituendo ex parte commodatarii, non quicquã restituere loco rei tenetur; idcirco, nam in nullo fuit commodans damnum passus, uel læsionem, cuius ratione aliqua fieri debeat restitutio; nam, ut suppono, & apud ipsum certo periisset, si reddita debito fuisset tempore, ibid.

7 Ad expensas ordinarias circa rem factas commodatam, tenetur qui re ipsa ũtitur commodata, Idem ibid. Regin. n. 582. Garzias §. 5. n. 8.

8 Rem commodatam retineri loco compensationis posse in foro conscientiæ, est probabile, dum commodatarius alio nequit pacto suum à commodante obtinere; at in exteriori id foro non permittitur; idcirco, quia commodatum hoc gaudet priuilegio, Idem de re deposita, Idem ut sup. Bon. ibi n. 5.

9 Scienter uitiosa re commodata, accipiente non præmonito, dans de inde secuto damno tenetur accipienti. Item, commodatò uti ad alium à conuento usum, uel ultra quàm uoluit dominus, furtum continet, Fum. comm. 5.

10 Cõmodatũ fit de non consumptibili, mutuũ, de consumptibili, cum dominii translatione in accipientem. Commodatur & pecunia ad ostẽtandũ, Sà v. Cõ. ad fin.

Com-


11 Commodatarius nisi tempore conuento re accepta vtatur, amplius, domino inconsulto, ea nequit vti, dato sine culpa non sit vsus, Armilla v. Comm. n.4.

12 Si commodatum in dantis commodum tantùm fuit celebratum, v.g. si tibi vestes commodauit pulchras, vt ad se honorandum honoratiùs venires, de sola teneris lata culpa, re perdita: non verò de leui, vel leuissima; de dolo, vtiq; teneris, Idem ibi n.8. leg. si vt certo digest.

13 Res commodata, per nuncium remissa idoneum, si fortuitò pereat, mittens non quicquam tenetur restituere. Idem si fur erat qui mittebatur, sed probus vulgo habebatur; nulla hic respectu mittentis culpa intercedente, Idē Arm. n.9.

14 Commodatario suas, & commodatas res saluare non valente, suas licitè præferet alienis, sed vilioribus, modò commodatum in sui tantùm fuerit celebratum fauorem. Si in dantis tantùm, suas tutè præferre commodatis valebit, etiā viliores. Si in vtriusq; suas æque preciosas præferre tutè quibit, Idem ibidē n.11. Si commodatarius in alio re vtatur vsu, quàm in eo ad quem res cōmodata fuit, inuito domino, furtum patrat. Supra hic n.8; Fum.

Communio.
Vide Eucharist. Cap. I.

1 N Paschate non communicans sine causa peccat vtique lethaliter. at sub præcepto communicare ante aliud Pascha non tenetur; hortandus tamen ad sumendum. Qui verò id de Confessari omiserit consilio agere, aut ex causa licita, tenetur, quia huiusmodi adhuc implere valet præceptum. Vict. num. 148.

2 Ex necessitate cōmunicare se ipsū valet Sacerdos extra Missā, Sà v: Euc. n.32

3 Quotiescunque, vbicunque, & cuicūq; dari valet pænitentia, item in mortis articulo dari potest Viaticum; pro eodem enim computat ius, scandali, & irreuerentiæ remoto semper periculo, Suma Armilla v Comm. n. 10.

4 In hostia carne apparente, vel sanguine, sumi ab eo non debet, cui fit apparitio; imo consultius foret iterum panem, & vinum consecrare, & sumere, non tamen sub præcepto. Item de sanguine, si in tali specie perseueret; nam inter reliquias foret reponendus, D. Th. 3. p. q. 82. a. 4.

5 Qui vix quater in anno Sacerdos celebrat, reprehenditur: sub mortali tamē ad sæpius non videtur celebrandum adigendus, Idem p. 3. q 8. a. vlt.

6 Semel pro viatico infirmo sacro Pane refecto, si postea reualuerit, & ceciderit, iterum pro viatico tutè sumere quibit, vel non ieiunus; imo ex deuotione, ieiunus tamen, Tabiena, & Armill. v. comm. n. 18. & est Communis opinio

7 Necessitate vrgente, etiam per Diaconum Sacra valet dari Communio, v.g. morituro, Sacerdote deficiente, Idem ibid. n.21.

7 Amentibus, qui nunquam hunc habuere Sacramento deuotionē, nō detur; secus si aliquando habuerunt, dum vsus aderat rationis: nam in amentia detur, irreuerentiæ periculo remoto. Item dæmoniacis, eodem quo sup. modo, D. Th. ibi

9 Non consecrata pro consecrata, nunquam danda hostia, etiam indigno, ibi.

10 Dum quis iàm ad Mensam sumere est paratus, vel in Missa, & alicuius recordatur mortalis inexpiati; copia non suppetente Confessarii, & ex non communi-

municando, scandalo, vel admiratione orituris, contritus communicet, postea cõscientiam per Confessionem expiaturus. Idem de casum habente reseruatum, Superioris copia non suppetente, cui reseruatum, confiteatur, Arm. ibi n. 28.

11 Sacerdos extra sciens Confessionem aliquem mortali esse peccato infectũ, occultè petentem non communicet, modò illi nulla ob id creetur infamia. Si in Confessione id sibi sit notum, dabit omninò vel occultè petenti, ne scilicet odiosa Confessio reddatur, Ibi n. 13. Vide D. Th. 3. p. qu 80, a. 6.

12 Necessitatis tempore, v. g. pestis, vel mortis, non valet per laicum, vel etiã Subdiaconum Communio administrari, talis vsus, & consuetudo extant.

13 Religiosi priuilegium Communionem administrandi habentes in suis Ecclesiis Paschatis vno excepto die, adhuc eo valent die Communionem præbere ijs, qui iam in propria sumpserunt Parochia, & præcepto satisfecerunt.

14 Suis tenetur ouibus Parochus Sacram. præbere Eucharistiæ, nedũ quando ad communicandum præcepto adiguntur, verum etiam quoties subditi Eucharistiam rationabiliter petunt, v.g. non nimis frequenter petentibus, sed quatenus Sacramenti exigit reuerentia, nec nõ sumentis conditio. Nota excusari Parochũ ab Eucharistia administranda, imò & pænitentia, si ad idoneos mittat oues substitutos ministros, vel alios facultatem habentes, vel si fortè infirmetur, lassus sit; aut fæmina intempesta nocte confiteri velit, etiam in Ecclesia. Hæc omnia à n. 13. ex Bon. de Sacram. Euch. disp. 4. qu. 5. p. 1. n. 15 & 12. Fill. tr. 4. c. 9. q. 7. n 265. Suar. 3. p. dub. 72. sect. 2. vers. v. Censeo.

Ministri Communiones dispositionis. Cap. II.

1 Gratia in Ministro requiritur: alioqui mortali se premit culpa. Non tamen præmitti necesse erit Confessionem, culpa licet deteneatur lethali, sed conteri sufficit, & in gratia sic constitui; nisi & ipse sit Minister suscepturus; eo nanq; casu Confessio omninò præmittenda. Suar. disp. 72. sect. 4.

2 Qui pluribus in p. mort. Communionem administrat, vnicum tantùm peccatum peccat lethale. Imo, ex nonnullorum sententia, ne vnici quidem reus constituitur lethalis peccati; nullum enim conficit Sacramentum; tu tene primùm. Rodriq. c. 249. de Missa n. 26. concl. 26 Azor p. 1. l. 10. c. 31. q. 10. 11.

3 Nisi cum habitu decenti ad infirmum non valet Communio deferri: nẽpe, stola, superpelliceo, & præcedente lumine; neque minister cursui se dare, vt viuus infirmus inueniatur, debet; hoc valde tanto debitæ Sacramento reuerentiæ repugnante: honestatique Clericali. Secus de Baptismi, vel pænitentiæ ministro; si namque in p. mortali quis probabiliter timeatur sine Confessione, vel sine Baptismo decessurus, vtiq; eo tenetur euentu se cursui Sacerdos dare, festinus currere, vel non perfectè vestibus indutus, vel cælo pluuiam minante, aut frigore prædominante, vel cum aliquo periculo ne fatuus Sacerdos habeatur, vel aliud dãnum patiatur; sic charitatis præcepto exigente, imò officio Ministri, qui ad id ex iustitia tenetur, vel cum proprio periculo vitæ corporalis, Posseu. c. 5. n. 31. Bon. vbi sup. n. 9. 8. & 9. §. 2

4 Casu

4 Casu dato Sacerdotem per pollicem,& indicem,v.g. ob chiragram,nó posse Eucharistiam præbere: aliis non valet digitis, vel quocunque instrumento in os porrigere sumentis.Idem de infirmo peste laborante communicando, sic reuerentia tanto debita Sacramento postulante,Passeu.c.5.n.50.Suar.t.4. disp.41. sect.3.n.17. Item Bonac. vbi sup.in fine n.10.

Alia quędam de Communionem suscepturo . Cap. III.

1 IMperfectum rationis vsum habentes,v.g semifatui,mortis saltem tēpore ad Communionem admittuntur,imò & paschatis:omni tamen irreuerētiæ,vel scandali remoto periculo;modo id quod sumunt nouerint,& deuotionem exhibeant,Martinus Bon.de Sacr.Euch.disp.4.q.6.p.1. per totū

2 Qui magis dubitat se aliquod patrasse m.peccatum,vel qui certò nouit patrasse,at num illud sit confessus magis dubitat quòd non, quàm sic , præmittere Communioni tenetur de huiusmodi peccato Confessionem . Imò si æqualiter dubitet adhuc confiteatur oportet.Io:Salas 1.2.q.21.tr.8 disp.vnica,sect.5.n.60.

3 Laicus,qui Confessione præmissa,iam ad sacram ascendit Mensam , si ibi alicuius fuerit lethalis recordatus noxæ,non per Confessionem expiatæ,inde recedere non tenetur, ne se culpa detineri indicet lethali;vel occasio detrahendi cæteris suppeditetur,vel temere iudicandi,Suar.disp. 66.sec.4.

4 Cum debito examine Confessione Communioni præmissa,non amplius de peccatis cogitet sumpturus, sed de Eucharistiæ ineffabili excellentia , & dignitate;sic enim laudabiliùs se,& fructuosiùs geret,quàm anxiè scrupulizando . S.Bonau.cit.apud Bon.vbi sup.puncto 1.num.19.

5 Pro morituro sacro Pabulo reficiendo,licet Sacerdoti Confessarii copiam non habenti Sacra facere,licet culpa detineatur lethali,præmissa tamen contritione;non item secundam celebrare Missam. Ibi n.22.

6 Ille,qui scandali causa vitandi,vel aliam ob iustam causam communicare cogitur,non tenetur confiteri,nisi approbatum habeat Confessarium, licet simplex adsit Sacerdos,aut excommunicatus vitandus, mortis articulo, uel periculo præciso:tunc enim,vt sup.dixi,quicunque ualet Sacerdos absolutionis impēdere beneficium,Fill.tr.4.c.8 q.3.

7 Qui in Pascha communicare tenetur,id agere non debet Confessione non præmissa si culpa detineatur lethali,infamiæ,vel scandali remoto periculo.

8 Non valet qui culpa præmitur lethali sine Confessione Communionem sumere,si solum ex deuotione sumere intendat,nullo vrgente præcepto.

9 Ad Communionem sine Confessione accedere nequit, qui culpa detentus lethali suum non habet Confessarium, sed alium, cui confiteri non solet, dato maiori cum deuotione solito soleat Confessario confiteri;quippe maior deuotio obligationem approbato confitendi non tollit.

10 Necessario communicaturo,cum culpa detineatur mort.neque Confessarium habeat,nisi quem probabiliter timet peccatum reuelaturum,licet,Confessione præmissa aliorum peccatorum,silendo,de quo dubitat, sacro se Pane recreare;animo postea & id confitendi,Suar. disp.66.sect.4.

11 Quan-

11 Quanta loci distantia requiratur, vt pœnitens copiam non habere dicatur Confessarii, ita vt non præmissa valeat Confessione Communicare, cum sola contritione, standum fore prudentis puto iudicio, loco, tempore, & personæ qualitate perpensis, nec non incommodo ad iter suscipiendum pro Confessario adeundo. Hæc omnia à num. 6. ex Bon. vbi sup. n. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

12 Sacerdos necessariò celebraturus, si peccata habeat reseruata, & non reseruata, nullo in reseruatis facultatem habente extante Confessario, non reseruata absoluere valenti confiteatur, & ab ijs directè absoluatur, indirectè vero à reseruatis simul detectis, animo postea à reseruatis absolutionem obtinendi directè per Superiorem. Quòd si nullum habeat p. lethale nisi reseruata, confiteri venialia nō tenetur inferiori: nisi probabiliter se dubitet non fore contritum: quippe eo casu venialia Confessioni subiiciat oportet, vt hoc pacto per Sacramentum de attrito fiat contritus, & indirectà à reseruatis absoluatur, vt sup. cum proposito, vt sup. Ibi num. 31.

13 Qui conscientiæ præmisso examine, se in gratia putat existere, cum re ipsa in p. m. ignorato inueniatur, & bona fide, primam recipit gratiam, modo cum attritione ad Cōm. accedat; siquidem ex accidenti Eucharistia aliquando, & primā dat gratiam. Proinde optimum fore admoneo consilium, in actu communicandi attritionis semper elicere actum, ad hoc nempe, vt si forte peccato detineatur communicans lethali, bona fide ignorato, primam recipiat ex accidenti gratiam, communis ita habet opinio.

14 Qui se scit peccati lethalis vinculo teneri, & excommunicationis, & adhuc ad Sacram accedere audet Mensam, duabus se lethalibus onerat noxis; pote qui duo frangit distincta præcepta. Fill. c. 8. q. 5. n. 220. Henr. l. 8. c. 45. n. 2.

19 Qui necessitate adigente Sacerdos cum p. m. Confessione non premissa, celebrat, quamprimùm confiteri tenetur, copia habita Confessarii, & hoc sub mortali. Secus de laico ob necess. communicante: id solùm de Sacerdotibus Conc. Tr. statuente. Imo neque Sacerdos, si malitiosè, & nulla vrgente necessitate in p. m. celebrauit quando Conc. de celebrante ex necessitate loquitur: non item ex malitia. Idem si in peccato celebrauit ignorato; non enim quàmprimum id confiteri post Missam tenetur, vi Concilii. Idem si more communicet laicorum, Suar. disp. 66. sect. 7.

16 Infirmo, de quo num ritè sit dispositus dubitatur, danda Euch. siquidem nullus est malus præsumendus, nisi pro tali probetur. Quòd si antea in statu erat p. mortalis, probe Sacerdos scire debet ipsum ritè fuisse confessum, vel contritionis signa dedisse, nè Euch. indignè administretur. Regin. l. 29. n. 79. Suar. disp. 69. sect. 2. Bon. vbi sup. in fine.

17 Quicunque mortis tempore Communionem sumpserit, si postea lethaliter peccare contingat, iterum sumere non deuincitur, Henr. l. 8. c. 5. n. 3.

18 Præuidens fore paschatis tempore communicandi facultatem non habiturum, anticipatè sumere non tenetur, sicut patet de eo, qui præuidet die festo fore se ab Sacri auditione impediendum, non enim præuenire tenetur, Reg. vbi sup. & Suarez disp. 70. sect. 2. dub. 3. secus id animaduertente intra idem Paschale tēpus Sà u. Euch. ad finem.

19 Excommunicatus tenetur vi Communionis sumendæ præcepti procurare absolui, vt tempore paschæ communicet; non item vt diebus festis Missam audiat: quippe

quippe illud strictiùs obligat præceptum, quàm hoc. Bon. ibi p. 2. n. 15.

20 Qui indignè Paschatis tempore Eucharistiam sumit, & in p.m. probabilius videtur præcepto satisfacere Eccl. essentialiter; licet quoad modum non satisfaciat. Proinde aliqua censura contra non communicantes alicubi extante, eam non incurrit, dato sic accedens grauissimo se oneret scelere, nempe sacrilegii.

21 Laici in Religiosorum conuentibus, à cura exemptis Parochorum degentes, & illis inseruientes, ibi tempore valent Paschali Eucharistiam sumere, itē sepeliri, parochis inconsultis propriis, Bon. vtrunq; ibi n. 10. 12.

22 Commorantes in aliena pro certo tempore Parochia, ad propriam non tenentur se recipere Paschæ tempore pro Comm. sumenda. Idē de viatoribus, peregrinis, &c. id genus. Azor. l. 7 c. 61. q. 8. Regis. l. 29. n. 94.

23 Quantum verò temporis, nomine paschalis temporis pro Communione, veniat, locorum omninò stetur consuetudini, quæ passim videtur admittere à feria 5. hebdomadæ maioris, ad octauam vsq; Paschæ tēpus inclusiuè, Bon. ibi n. 6

24 Vsu gaudens rationis adolescens, si in infirmitatem incidat, Pane Sacro non priuetur, dato ob ætatis defectum nunquam sanus communicauerit, modò pænitentiæ sit Sacramenti capax, & extremæ Vnctioins. Et hoc nedum de consilio, verùm censeo esse de præcepto; & quidem diuino, Christi nempe, quod magis vrget Ecclesiastico de tempore paschæ sumendo, Bon. ibi n. 1.

25 Qui sex, vel octo diebus ante quàm quis infirmaretur communicauit, si infirmus communicare negligat, peccare non videtur lethaliter, Diana tract. 3. res. 3. p, 5.

26 Sacerdos, qui extra Missam more sumit laicorum, induere sub veniali saltem stolam tenetur. Conc. Braccarense statuit in modum crucis indui stolam debere per huiusmodi Sacerd. extra Missam communicantes, Id. p. 2. tr., 14. res. 20.

27 Post carnalem copulam, etiam mortaliter peccaminosam, ritè peracta pœnitentia, communicare, nullam continet culpam, neque contra Euch. indecentiā, dato sequenti fiat mane Communio, etiam ex deuotione tantùm. Idem à fortiori de coniugatis, post copulam sumentibus sine alia pænitentia, Diana 2. p. tr. 14. res. 79. & 5. p. tract. 13. res. 65. Et hoc dico probabilissimè; non enim me multorū, & grauissimorum latet contraria sententia doctorum secus docentium : neque temerè eam carpendam existimo, imò magis ob authoritatem venerandam existimo, quàm ob rationem. Non enim sufficientem vllam video rationem, cur huiusmodi pollutos licitè, vel illicitè, debita præmissa pænitentia, ab Sacro arcere debeam Pabulo sumendo, non verò blasphemos, hæresi pollutos, homicidas, & id genus facinorosissimos, & perditissimos, statim à peracta pænitentia sumere volentes, Vide Ioannes Sanch. disp. 23. per totum omnino.

28 Pollutus inuoluntariè, item tutè accedet, vllam citra irreuerentiam, Vide ibid. per totum.

29 Nulla datur materiæ paruitas in ieiunii ante Cōmunionem requisiti fractione, quippe vel minima per modum cibi quantitas ad stomachum traiecta, sūptionem impedit Eucharistiæ, necessitate saltem præcisa; idem si per potus, vel medicinæ sumatur modum, Diana 5. p. tract. 9. res. 12.

30 Nulla cibi tamen requiritur digestio, ante Euch. sumptionem, vel somnū à cibo sumpto, Suar. disp. 68. sect. 4. vers. sed qui. Henriq. l. 8. c. 49.

31 Non ieiunus celebrare non valet Sacerdos, ad moribundum communicā-

L dum,

dum, Idem Suar. disp 68. sect. 1. vers. secun. dub Fill. n 242.

32 Licet bis, vel ter in eadem infirmitate per modum viatici infirmum communicare, etiam non ieiunum: neque ad hoc vt infirmus ieiunus communicetur noctis debet tempore ad infirmum Eucharistia deferri: imò neque ipse tenetur infirmus, vt ieiunus sumat, cum incommodo medicinæ differre sumptionem; saltem notabili, Idem Suar. ibid. sect. 5. Sà v. Euch. n 5.

33 Sacerdos, qui pro vino aquam consecrauit, errorem nisi post aquæ sũptionem non aduertens, denuo vinum consecrare debet, & non ieiunus sumere ad perficiendum Sacrificium. Præterea, si post consecrationem se non esse aduertat ieiunum, perficiat omninò oportet, neq; inchoatum vllo modo relinquat Sacrif. Tandem, Sacerdote post consecrationem pereunte, alius etiam non ieiunus perficiat: secus si ante deficiat. Horum ratio est, nam strictius præceptum de perficiẽdo Sacrif. vrget, quàm de Eucharistia à ieiuno sumenda. Denique, si Sacerdos sumpta purificatione cõsecratas inueniat particulas, sumat: eadem enim sumptio reputatur cum priore, Azor. 1. p. l. 10. c. 35. q. 3. Rodriq. in summ. c. 66. n. 1.

34 Si Sacerdos Missæ peracto Sacrificio, se in aliis communicandis detineat, vasa tutè purificare valebit hostiarum, modo in eo Sacrificio fuerint huiusmodi consecrata fracmenta: vna enim moralis censetur actio cum priori sumptione. At si ab alio fuerint consecrata, consultiùs se geret, si quibunt cõmodè, & decenter conseruari, ea asseruare, nisi ante purificationem sumantur. Neq; huiusmodi dari laicis, qui statim ante sumpsere Eucharistiam, debent, nisi simul, vel statim post priorem tradantur particulam Henriq l. 9. c. 30. n. 3. ad fin. Possev. de Com. c; 8. n. 40.

35 Palato, vel calici particulam adhærentem, post valet Sacerdos, sui purificationem per plures reiteratas aquæ sumptiones ad stomachum mittere, dato fractum iàm sit ieiunium; idcirco, nam indecens valdè foret per digitum ori, vel calici immissum, inde huiusmodi remouere hærentes reliquias, ad stomachum mittendas, Eman. Sà v. Missa. n. 36. Azor. t. 1; l. 10. c. 30. quæs. 2. Regin. l. 29. n. 118. & 119. Graffius p. 1. l, 2. c. 44. n. 1 Valentia t. 4. disp. 6. q. 8. p. 3. vers. tertiò etiam.

De Communionis effectibus.
Cap. IV.

1 VEnialium remissio tanquam huius est Sacramenti proprius effectus. Neque tantùm remittit mediatè excitando ad charitatis actus, per quos venialia delentur, & charitatis feruorem restituendo; verum etiam ex opere operato per Communionem immediatè tolluntur. Reginald n. 139. & 141.

2 Communicans cum p. veniale, & cum illius complacentia, non ob id Cõmunionis priuatur effectu quoad cæterorum remissionem, at quoad illius tãtùm remissionem. Item à mortalibus præseruat sumentem. Item tentationes pellit, & peccati extinguit fomitem, vel temperat; Item ad rectè auxiliatur operandum: Christo vnit, & fidelibus, Vide Bonac. de Sacr. Euch. disp. 4. q. 4. p 1.

3 Consecratæ Eucharistiæ species ad nutritionem prosunt corporis, quatenus adhuc in ipsis panis qualitas remanet, & vini, Henr. c. 31. n. 2. Val. t. 4. disp. 6. q. 5. p. 4

4 Suc-

4 Successiuè plures recipiens hostias, per primam recipit sumptionem Cōmunionis effectus, siue bonos, siue malos, prout dispositus, siue indispositus sumit: proinde si malè sumpta vna, per contritionem disponatur ad cæteras dignè sumendas, non inde vllam recipit gratiam; & hoc dico probabiliter. Vide Henriq. c.43.n.3. Reginald. l.29.n.140. Bonac. ibi disp.4.q.4.p.2.

5 Diutius in ore Sacramentum retinens, vel maiorem sumens hostiam, aut sub vtraq; specie communicans, non proinde plus recipit gratiæ, vi saltem Sacramēti; at fortè ob maiorem deuotionem, vel meditationem, diutius in sumendo immorando, plus recipiet. Cætera huc fortè spectantia, vide in v. Euch. vide Ant. Diana 3.p.tract.6. Miscell. res. 116. vers. notandum. & res. 117. ibi Syl. 3.p.qu.8.art. Coninch. de Sacram. q.80.a.12. dub. vnico, n. 119.

Conceptio.

1 ADmoneo, quòd in Sacra Card. Cōgr. S.R. & vniuersalis Inquisit. Gregorius 15. die 24. Maii 1622. scandali causa euitandi, dissensiones, ac discordias in Christiano populo, & quæ vt accepit, in aliquibus iam ortæ sunt Religionibus ex sermonibus priuatis, occasione assertiuæ opinionis tuendæ, nimirum B.V. in p. fuisse originali conceptam, ampliauit, & extendit Decretum Pauli V super B.V. Conceptione, ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & omnibus præcipiens, & singulis cuisq; Ordinis, & Instituti Regularibus, & aliis quibuscunq; tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, ne amplius donec huiusmodi fuerit articulus per S. Apost. definitus, &c. neq; etiam in sermonibus, & priuatis scriptis audeant assare quòd eadem B.V. concepta fuerit in p. orig. neque de hac opinione affirmatiua quocunq; modo agere, tractare exceptis quibus ex speciali S. Apost. indulto fuerit permissum; nec non in Sacro Sancto Missæ Sacrif. ac diuinis officiis celebrandis, eadem sanctitas sua non alio quam Conceptionis nomine omnes vti debere voluit: secus contra transgressores statuit per locornm Ordinarios, & Inquisitores procedere posse. Excipiūtur tamen per eundem Greg. XV. in alia sua Constitutione, quæ incipit, Eximi, 28. Iunii 1622. omnes, & singuli Ordinis Prædicatorum fratres, quoad priuatas tantùm collocutiones, seu conferentias; & hoc inter se duntaxat, non alios, ita vt sine vllo pænarum in decretis Pauli V. & Greg. XV. contentarum incursu liberè, & licitè de materia Conceptionis B.V. disserere, & tractare valeant. Reperitur huiusmodi decretum impressum post dictam Const. Greg. XV. & in Compēd. Bull. Flauii Cherub. in fine. Vide sup. dicta omnia apud Barb. in Coll. Bull. v. Cōcep.

Concessum.

1 QVicquid non prohibetur concessum habetur. Sylu. concess. 1. apud Sà v. Eod.

Consilium.

1 PRo obligatione Concilii Diœcesani, approbatio non requiritur Cler. Congr. Conc. apud Sà, v. Concil. n. 5. vbi ait Conc. Trid. obligare cępisse vi iuris positiui Calendis Maii, 1564. ex Pii V. bulla.

Concubinarius.
Vide Luxuria.

1 REgulariter loquendo, concubinarius abſolutione non donetur, concubina non dimiſſa. Dixi regulariter loquendo, nam iuſta aliqua interueniente, & legitima cauſa, donatur, etiam concubina domi manente, v.g. ex dimiſſione infamia imminente, vel ſcandalo, aut graui alio incommodo: potè qui eo caſu voluntariè non cenſetur in peccādi manere occaſione: modò deinceps non peccaturum ſe determinet, & de præteritis doleat, & modo ſtatim dimittere ſtatuat prima oblata commoditate, Vide Bon. de iis, quæ pert. ad vſum matr. c. 4. p. 14. n. 11.

2 Qui vero raró cum ancilla domi retenta peccare ſolet, v.g. ter, vel quater in anno, omninò abſoluatur ſine dimiſſione, vel dimittendi animo, ſi non amplius ſperet caſurum; non enim in proxima cenſetur pecandi occaſione permanere; Idem ibi per totum. Vide etiam Nau. c 3. n. 15.

3 Item, concubinarius moriturus non priuandus abſolutione, ſi dimittere nequeat concubinam, at firmum teneat dimittendi propoſitm prima commodè oblata occaſione, Lopez 1 p. c. 78. Vide Graff. l. 2. c. v8. n. 13.

4 Nedum verus, verùm & vulgo concubinarius putatus, non eſt abſolutione donandus, ob nimirum tollendum aliorum ſcandalum; iuxta ſup. dicta. Perinde enim eſt ac ſi re vera eſſet concubinarius, quoad ſcandalum: ob id donec diulgetur non eſſe concubinarium, abſolutione priuetur, Idem Lop. ibi apud Bonac. ibi p. 14. n. 12. cum multis.

Conductio.

1 EXpelli poteſt conductor domo, neceſſitate locatoris ſuperueniente in ea habitandi, aut reparandi, aut ſi ibi turpia agat, & inhoneſta; & in hoc caſu nihil de penſionibus detrahendum, imo damna reparanda locatoris, ſi ob talem turpem vſum, vilius deinde locare ſit domum coactus, vel locare nequiuit.

2 Domo conductor deſcedens, alium ſuo non valet loco relinquere, ſociis inuitis, Vide. Eman. Sà verbo. Conductio n. 1. & 3. Mol. dub. dub. 499.

3 Equi conductor, ad ordinarias tenetur circa equum expenſas, non extraordinarias. Item famulo ſtipendium non debetur pro ægretudinis tempore, neque curatio, vel magna expenſa, aut cibus; ſecus de modicis, & modò aliud non ſit conuentum, aut conſuetum, cui ſtandum, Ibi n. 4. 5.

4 Rei conductio ſpiritualis, & venditio, ipſo eſt iure nulla, Tol. l. 5. c. 91. n. 9.

5 Alienum locans, v.g. torquem depoſitatum, commodatum, vel pignori datum, pretium reſtituere non deuincitur locationis, ei, cuius eſt; niſi dominus itidē fuiſſet locaturus; & hoc probabiliter, aliis affirmantibus.

6 Solito ſuas locare operas, ſtipendium debetur, dato ſine pretii ſeruiat conuentione, Sà vbi ſup. n. 21. & 22, Vide Mol. d. 510. Garſiam c. 40. n. 8.

7 Ali-

7 Alicui domus habitatione concessa, valet ille alteri ius concedere habitādi; procedit sine difficultate in vsufructuario; intellige sine domini preiuditio.

8 Obligare vetitus, ad breue tutè locabit tempus, Sà ibi n.20. & 19.

9 Expensæ circa rem factæ locatam, si sint necessariæ, extraordinariæ, & in rei meliorationem, conductori debentur, Vide Mold.496.

10 Nisi cum conditionibus ad alienationem requisitis, res Ecclesiastica, nec pensionis fructus locari valent ad longum tempus, v.g. 10.annorum, Sà n.13.

11 Vtrum fructibus casu auctis fortuito, & minutis, pensio pro rata augeri, vel minui debeat, consuetudini omninò locorum stetur. Fructibus rei locatæ deperditis, non dicitur rei sterilitas, aut fertilitas, fructibus plurimum valentibus, Syl. n.14. apud Sà ibid. vt sup. n 12.

12 Ob pestem, v.g. coacto conductore re non vti locata, vel aliam ob iustam causam, pro rata remittenda pensio. Item fortuitò casu re sterili facta pro parte saltem tertia; nisi anni præcedentis, vel sequentis fertilitate fiat compensatio, Vide Nau. c.17.a. n. 188. Mol. d 493.

13 Quoad pænas extrinsecas non videtur extrau. Ambitiosæ de reb. Eccl. nō alienandis, vbique recepta, Couar. c. 27. n. 149 & 150. & Sà ibi n.9.

14 Si timeas rem perituram locatam, potes rei periculum in conductorem reiicere, si culpa eius fore timeas perituram, at pensio minuenda, Id. n.8.

15 Si conductoris voluntate, aut casu fortuito, locator operarum, qui aliàs mercedem ab alio fuisset habiturus, fuerit impeditus, adhuc soluere conductor tenetur. Idem locatori de damno sua culpa sequuto tenetur, non quidem leuissima, sed leui, & lata: celebratur enim cōductionis contractus in vtriusq; vtilitatem contrahentium, Vide sup. de Commodato Id. n.1

16 Et ipsa valet pecunia locari, v.g. ad pompam accipientis, vel ad pignus; apud dantem dominio tamen manente, id modo ipsius stet periculo, adeo vt re pereunte, citra saltem latam, & leuem possidentis culpam, ipsi pereat locatori, vt cæteræ locatæ res, Reginald. l. 25. n. 489. Rodr. 1. p. c. 18. concl. 3.

17 Et ipse valet Sacerdos suam locare operam ad Missas in tali Altare, vel Ecclesia celebrandas, vel die, aut loco. Secus de opera simpliciter necessaria ad Sacrificium: id quippe labem contineret simoniæ, vt de sim patebit.

18 Pluribus in Domum dominium habentibus, & vno vni, altero alii locare volente; aut vno ad vnum, alio ad alium locare vsum; aut vno ad honestum, alio inhonestum vsum, valebit locatio plus iuris in re habentis condomini, vel honestæ personæ locare volentis: dato inhonesta plus pretii offerat. Omnibus vero æqualè ius habentibus, & cæteris paribus sortes mittantur, vel ad iudicem recursus habeatur, qui ex æquo, perpensis perpendendis, iudicium feret. Bon. de contr. disp. 3. q. 7. p. 1. n 3 & 6.

19 Condominorum vno locare volente, aliis sine iusta causa nolētibus, adhuc ille locare valebit, his inuitis; potè qui irrationabiliter sunt inuiti; probabiliter tamen & inuitis locationis portio tradenda erit pro dominii rata; non quidem locationis ratione præcisè, sed vsus rei, qui pretio æstimatur, Fill. tract. 36. n. 16. apud Bon. vbi sup. n.7.

20 Rem locans vitiosam, conductore non admonito, de omnibus inde secutis tenetur damnis: culpa tamen locatoris interueniente, v.g. si vitium non ignorabat, ibi p.2. n.3.

21 Conductore aliquas faciente expensas ad sui vsum, commodũ temporale, vel oblectationem, si ex re valeant locata separari, sine rei vllo damno, à locatore peti non possunt; sed auferri quidem valebunt, Mol.t.2.tract.d.496.n.3.

22 Ad onera, & tributa rei Imposita locatæ, locator tenetur, alio non cõuento, vel nisi consuetudo in contrarium præualeat. Ad onera uerò pro fructibus imposita non tenetur, sed conductor, Rebell.l.14.q.9.Azor.3.p.l.8.c.8.Bon.prout sup.p.2.n.7.

23 Consuetudine præcisa in contrarium, cui standum, locationis pretium in fine debetur anni, vel semestris. Rei locatæ fructus, pro pensione soluenda hypothecæ remanent subiecti, aut loco pignoris, Mol.disp.497.Regin.n.509.

24 Si locator non expulsurum iurauit conductorem è locata domo, adhuc tutè expellet, inopinato aliquo emergente casu, vel necessitatem, ad locatam domum se transferendum, & eam habitandum, cogente: nisi tamen de hoc cogitauerit, & adhuc iuri voluit suo cedere: eo nanque casu expellere iure nequibit. Idem de locatoris hæredibus, nam in iura succedunt locatoris. Remitti tamen pensio pro rata debet portione, attento tempore, quo conductor vsus non est locata domo. Vide Bonac.ibi n.12. vbi citat Mol. Fill.

25 Si conductor re nõ potuit vti conducta, ob casum, vel imped.superueniens ipsius causa, adhuc conductor soluet. Et sicut conductor soluere non tenetur pẽsionem, quando vti re non potuit conducta, ob locatoris impedimentum, ita par est, vt locator pensionem recipiat, quando conductor re nequiuit uti conducta ob imped.ex parte sua superueniens, Ibi 6. & 7.p.3.

26 Proinde inquilinus soluere tenetur pensionem, dum non potuit domum habitare, quia compulsus aliò pergere fuit conductionis tẽpore. Idẽ de eo, qui conducta domo dignitatem est adeptus, uel Matrimonium iniit, ob id domus ei non sufficit conducta, sed ampliore indiget; quippe impedimentum ex parte prouenit sua, non locatoris, Ibi, & Nau.c.17. n.198.

27 Præter ea conductor soluere conuentum tenetur famulo stipendiũ, cuius non est opera usus ob suum defectum, uel causam. Detrahi tamen de mercede tantum potest, quantum ipse famulus alii pro se seruienti dedisset, & laborem redimi optasset, seque ab eo liberari. Secus si potius operari, quàm otiari optasset Quod si interim alii seruierit domino, & idem accepit stipendium, quod cũ priori conuentum fuerat, ad nihil tenetur prior, qui eum conduxerat, & eius vti nequiuit opera; quia in nullo famulus læsus fuit, cum idem sit ab alio lucratus stipẽdium. Idem de cæteris conductis rebus, u.g. Domibus, equis, &c. si conductoris culpa eis non sit usus, sed alii locatæ fuere; quod si non tanti, soluat supplementum, in eo enim tantùm locator damnũ sensit, non aliud, Vide Bon.ibi n.8.9.&c.

28 Conductor, qui casibus renunciauit fortuitis, solùm renunciasse censetur ordinariis, non uerò insolitis, & raro, vel nunquam auditis, Mol.disp.495. n. 12. apud Mart.Bon.vbi sup.n.13.

29 Famulo plus debito opere præstante, & laboris, obsequii, &c. ad quæ non tenetur, sibi compensare in domini rebus tutè ualet: modò id gratis præstare nõ intenderit, & liberaliter, sed animo mercedis; eo enim casu id laboris donasse domino censetur. Idem, si debita dominus deneget famulo alimenta; neq; enim expedit ei contra dominum in iudicio agere. Idem de famulabus à fortiori, cum heris contendere in iudicio non ualentibus: modò ut sup. ex gratitudine id præstare

ſtare ad dominarum beneuolentiam captandam non intenderint, Vaſq. in opuſc. de reſt.c.5.dub.10.n.57.N.c.17 n.18.

30 Hinc obſerua eum, qui gratis, animo liberali, aut ex pietate, & charitate aliquid in alterius negotio expendit, non poſſe, voluntate mutata, aliquid exigere ; aut compenſare loco eius occultè, Azor.3.p.l.11.c.24 dub.4.

31 Præterea, eum aliqua ex parte excuſari, qui famulos in neceſſitate conſtitutos, ſeque ad ſeruiendum vltrò offerentes conducunt pretio diminuto, ratione ſpontaneæ oblationis; namque merx vltronea vileſcit, etiam ſi neceſſitate offeratur vrgente: proinde non temerè huiuſmodi famulorum conductores carpendi ; neq; à Confeſſariis incautè ad reſtituendum adigendi, & iniuſtè Mol.diſp.506.n.2

32 Domino famulum domo ante tempus iniuſtè pellente, totum famulo debetur ſtipendium, etiam pro tempore, quo nullum præſtitit ſeruitium culpa conductoris; modo alii non ſeruierit, & tantundem ſit ſtipendii lucratus; quòd ſi non tãtum, ſoluat quod amiſit. Vice verſa, famulo iniuſtè domo conductoris ante tẽpus abeunte, debent vniuerſa conductori damna ob id ſibi orta à famulo reſtitui; totũ tamen non denegandum pro ſeruitii tempore ſtipendium ; niſi damni quantitas conuentum æquet ſtipendium pro ſeruitii tempore debitum, Bon. de contract. diſp.3.q 7.p.4.Fill. n.117.

33 Famulus, qui fuit infirmatus, tranſacto non tenetur morbo, & tempore ad ſeruiendum conuento; pro tempore ſupplere infirmitatis, neq; vice verſâ, conductor eum ad ſeruiendum pro infirmitatis tempore amplius tenetur admittere. Idẽ de quacunq; re locata, qua vti conductor non potuit ob rei locatæ impedimentũ ; v.g. ob bellum, peſtem, Mol.diſp.105.n.1.

34 Qui nauem conduxit ꝑ mercibus v.g. Venetias vehendis, ſed reluctantibus ventis nauis aliò compulſa eſt, quàm Venetias; vel ſi à piratis fuit capta, aut ad patriam denuò reuerti coacta, &c. pro rata mercator tenetur itineris confecti ſoluere: quippe qui re ipſa eſt naui vſus; licet inculpabiliter ex parte nautæ ad deſtinatũ non peruenerit locum.

35 Idem dicendum mercibus ſubmerſis, ſine vlla nautę culpa. Bon. ibi n.19.

36 Idem dico, de eo, qui aliquò ſumpſit v.g. equum ducendum, vel quid aliud, ſed medio itinere confecto periit, vel ſublatus à viarum fuit craſſatoribus, ui, nulla ductoris culpa; qui enim ducendum tradidit ſoluat oportet pro itineris rata confecti Ibi idem n.20.vers. Tertiò, il'um.

37 Propagari cenſetur locatio, quando ſciente locatore, conductor permittitur locationis tranſacto tempore, re locata adhuc frui, & vti: & quidem ad alium cenſetur prorogari annum; in re ſaltem ruſtica, ſecus vrbana; nam hoc caſu prorogari cenſetur quatenus tantùm locator voluerit, Mol. diſp 498.n.9.

38 Marito mortuo, vxor locationi ſtare nõ tenetur ꝑ maritũ factæ; tenetur quidẽ locationi ſtare à marito bonorum factæ paraphernalium, non dotalium; ſiquidem paraphernalium locatio, facta nomine cenſetur vxoris; dotalium verò, nomine proprio. Idem facto diuortio, vel ſoluto Matrimonio, Idem diſp.492.Mol.

39 Beneficiarius ſucceſſor ſtare locationi tenetur validè ab anteceſſore factæ, ſi ſit nomine facta Eccleſiæ, de rebus ad beneficiarium non pertinentibus, ſed ad Eccleſiã. Idẽ de factis locationibus à tutore, curatore, & Collegiatarũ adminiſtratore, vel hoſpitaliũ. Verũ tamẽ, Eccleſiæ ius cõpetere reſtitutionis in integrũ, ſi læſa fuerit. Vide Bon. prout ſup. p. vl.n. 10. Mol. ibi, n.6. Reg l.25.n. 541. Fill.tr.36.n.29

Con-

Confessio iudicialis.

1 LIbera nequit confessio reuocari,& confessio geminata, libera censetur:neque erroris vllo prætextu reuocatur,Fell.in ca.venerabilis de exc. col.2.
2 Iudicialis nocet confessio confitenti,anxis maiori XV facta sponte,& certa scientia,expressa causa,coram suo Iudice præsente parte, si non sit contra naturam,& iura,& de re fiat litigiosa, neque contra sit libertatem, aliàs non præiudicat Panorm.in cap ex parte de Confess.

3 In tormentis facta non nocet confessio . Item in carcere admodum pænoso acta non valet.Item calore facta iracundiæ,nisi perseueret .Item metu facta filij torquendi.Armilla v.Confess.n,3.& panorm.in cap.ex parte.


4 Reo in negando perseuerante,si per testes plenè sit conuictus, damnatur. Arm.ibi n. 6.

5 Iudice per inquisitionem ex officio procedente,veritatem aperiat reus, lethali sub peccato:crimine notorio existente,vel infamia flagrante,aut si semiplenè sit probatum;procedit,si de pæna agatur spirituali infligenda, non verò si de alia. Secùs ad se non tenetur reus prodendum,dato se veritatem dicturum iurauerit ; occulta namque diuino relinquenda iudicio. Dici nullo tamen modo debet mendacium;sed veritas quit occultari,n.8.

6 Regulariter criminis socius, testis non habetur idoneus contra socium:at interrogari quit,vt per eius dicta vel sic detegatur veritas, Ibi n 9.

7 Si quis se difendendo,hominem interfecit , confiteri se hominem occidisse non tenetur,si probare se ob defensionem id egisse nequeat. Vide ibi in Summa Aurea n.10.& Panorm.in cap.de plus pet.

CONFESSIO SACRAMENTALIS Vide Pœnitentia.



PRo mat.Confessionis abundè, & eruditè Ant.de Quintanaduenas singul . Theol . mor . Item Franc . Bordon . var. res. vbi multa ad Regulares spectantia agit. Item Tract.de exẽtione Regularium Franc.Cespedes.de Sacram. administratione Item vide Methodum expeditæ Confessionis Thomæ Tamb. nouissimi, & solertissimi huius tractat.scriptoris .

1 Confessio,Sacerdotis concessionis ignaro Episcopalis,facta,valet:si iàm ab ipsius procuratore concessio fuit acceptata Item Confessarius validè post facultatẽ absoluit per Episcopum reuocatam,si id ipse ignorabat Confessarius,Vide Bon.t. 2.de legib.disp.1.q.3. p.3.n.7.& 15.

2 Qui lubricam habet memoriam,& debilem scribere peccata non tenetur pro integra Confessione facienda;imo statim non tenetur confiteri, si præuideat non omnium se fore recordaturum,nisi statim confiteatur:non enim obligatio adest peccata confitendi omnia, sed ea, quorum post diligens examen homo recordatur

quan-

quando confiteri intendit.

3 Qui sufficienti non præmisso examine confitetur nulliter absoluitur, dato defectum Confessario aperiat, nisi re ipsa examen suppleat. Modo per Confessarium examen non suppleatur, pœnitentem probè interrogando, & eius conscientiam discutiendo, Bon. de pæn. disp. 5. q. 5. sect. 2 p. 2. §. 1. n. 5. & 6.

4 Asserenti examen præmisisse, si euidenter oppositum appareat, & manifestè, absolutionis non impendendum beneficium, Id. ibi. versu Verum 51. & n. 8.

5 Statim ac quis lethaliter deliquit non tenetur confiteri, licet Sacerdos, vel Monachus, dato peccatum publicum existat, Viuald. de Conf. n. 12.

6 His autem casibus tenetur homo confiteri. 1. mortis imminente periculo. 2. Voto emisso de certis diebus confitendo, vel pænitentia imposita à Confessario aliquoties confitendi in remissionem pecc. 3. Quando homo credit se per totum non fore annum confitendi opportunitatem habiturum. 4. Communionem suscepturo, si lethali grauetur noxa, præmittenda Confessio. 5. semel in anno quocumque tandem anni tempore, Alphons. Viuald. de Confess. n. 12. Nau. c. 21. n. 35

7 Anno elapso, qui non fuit confessus eo grauius peccat, quò diutiùs confiteri differt; imò toties se lethali deuincit culpa, quoties oportunitate oblata confiteri negligit, Idem ibid. n. 17.

8 Qui hoc fuit anno alicuius peccati mort. oblitus inculpabiliter, potest illius ad sequentem annum confessionem differre, Idem ibid. n. 18.

9 Seriò peccata confitens, licet non integrè, vel sine fructu, probabiliter Ecclesiæ euadit pœnas contra non confitentes; at probabilius Ecclesiæ non satisfacit præcepto. Vide omninò Em. Sà v. Confessio n. 1.

10 Iusta id causa exigente Confessio potest vltra annum differri; vel de Confessarii consilio. Præterea, licet qui vsu gaudet rationis ad peccandum mortaliter præcepto teneatur Ecclesiæ, de semel in anno confitendo: attamen obligare Ecclesia non videtur huiusmodi ante pubertatem pueros sub censura ad id præstandum, Nau. c. 21. n. 33. Suar. t. 3. d. 79. sect. 2.

11 Non displicet opinio asserentium illi necessariò confitendum, qui vix peccandi euadere potest periculum nisi confiteatur: at ignota huiusmodi est obligatio, ob id non in vsu, Nau. c. 2. n 9. Vide S. ibi vbi sup. n. 5. ad fin.

12 Fictè, videlicet, non validè facta culpabiliter confessio, v. g. sine sufficienti dolore aut emendationis proposito, iterum confitendi inducit obligationem: neque illam sufficit postea fictionem confiteri. Item confessio iteranda non valenti absoluere facta, vel si scienter peccatum ommittatur lethale, vel si mortale putabatur, licet cum dubio: aut si absolutionis imperito facta fuit confessio, vel si non omnia Confessarius intellexit mortalia: aut si per crassam ignorantiam, vel obliuionem mortale sit omissum; & regulariter, quotiescunq; defectu pænitētis, & eius officio, aut Confessarii, casus accidit nullam reddens Confessionem, est iteranda. Em. Sà loco cit. n. 6. Victor. n. 157.

13 Apud eundem Confessione renouanda Confessarium, omnia repetere nō est necesse peccata, at id solum, quod omissum fuit, saltem Confessario status notitiam habente pœnitentis, ex præcedenti Confessione. Secus Confessario omninò oblito, Nau. consl. 16. de pænit. & remis. n. 4.

14 Si quis iterare Confessionem debeat, & deinde iterare obliuiscatur, ac alias faciat bona fide Confessiones, huiusmodi valent Confessiones, Sàn. 9.

14 Ex iustâ causa si quis aliquod in Confessione lethale sileat peccatum, iterū quæ dixit confiteri non deuincitur, at solum retentum. Causa iusta censetur, si cōfiteri illud nequeat, quin alius præter Confessarium audiat, v.g. in naui, hospitali, &c. aut temporis angustia integram Confessionem prohibente, vel notablis damni periculo ex integra imminente Confessione; Si Confessarius reuelaturus sit; si sine aliena nequeat infamia quis integrè confiteri; vel Confessario confitente si sit Confessionis violandum sigillum; vel aliquo reseruato extante, n. 10.

15 Nihil confiteri volens nisi interrogatus, absolutione se præbet indignum; id enim est ac velle, de quo non interrogatur, tacere, Vide Tol. l. 3. c. 8.

16 Veniale solùm est, in Confesione de veniali mentiri, vel mortali aliàs Confesso. At si vnum tale peccatum confitearis, cum non commiseris, aut te aliquod patrasse mortale, quod non fecisti, eo vtique casu culpa te lethali oneras; siquidem circa necessariam Sacramenti materiam mentiris, vel magnam, fitque magna Sacramento iniuria, cum formam facias Sacerdotem non extanti adhibere materiæ, Sa ibi n. 12.

17 Liberè quisque potest venialia in Confessione aperire, vel ab eorum confessione subsidere: at laudabiliter aperiuntur, grauiora saltem, & penitenti infestiora. Nota nullam Regularium legem venialium Confessionem præcipientem, ad omnia posse confitenda obligare Religiosum. Vid. omnino Em. Sà ibi num. 12. apud quem plurimos offendes authores. Item pro n. 14. vide Henr. Gand. tom. 1. quodlib. 3. quæst 14.

18 Nullus tertio audiente cōfiteri tenetur; aut scriptura mediante; at per nutus quis tenetur, v.g. mutus, vel alieni idiomatis: per interpretem, nemo; at mortis imminente periculo si culpa adsit lethalis, & de contritione dubitetur sufficiēti, ex charitate erga se ipsum tenetur moriturus leue saltem peccatum per interpretem confiteri, vt sic, Sacramento mediante, de attrito contritus fiat, & in gratia constituatur, Idem n. 13.

19 In vllo non potest casu, Confessio absenti per scripturam fieri, & ab eo absolutio haberi. Peccata in carta exarata, præsenti vtique valent Sacerdoti legenda tradi, & ab eo absolutio præsenti valet pænitenti impendi: aliqua saltem id causa exigente, Comitol. q. 16. l. 1. resp. mor.

20 Pænitens, qui in Confessione aliquid tacet, quod ipse erroneè necessarium pro valida absolutione falsò putat, nulliter absoluitur; imò reus Sacrilegii constituitur, eum conscientia mala condemnante, Nau. Cōs. 16. de pænit. & rem. n. 3.

21 Synodalibus constitutionibus, vel statutis pænalibus meretrices non comprehenduntur non semel in anno confitentes, vel communicantes, ob id non denunciantur, Viu. de Conf. n. 60. Graff. l. 1. c. 9. n 8. apud Sa ibi n. 42.

22 Bona fide rustici confessi, numero non expresso peccatorum, ab alio postea Confessario cogi non debent verum peccatorum aperire numerum, omnium repetita Confessione, modò facilè, quid soleant peccare, deprehendi queant: ast interrogari vtique debent, & ad explicandum cogi mortalium numerum verisimilem, Nau. Cons. 12. de pænit & rem. n. 2.

23 Quis valet, necessitate requirente, plures vnica absoluere forma, sic, Ego vos absoluo, simul omnium audita Confessione, Viu. loco c. n. 76.

24 Periculo extante si proprio fiat Sacerdoti Confessio, aut alia iusta extante non ei confitendi causa, pænitens alium nequit adire Confessarium, proprii licen-

licentia non obtenta; nisi Parochus sit ignarus, & valdè indiscretus, vel mortis vrgeat periculum. Sufficit verò tacita, & præsumpta licentia. Iniustè verò ea negata, communicandi instante præcepto, contritus pænitens accedat. Ioann. Med. q. 30. de Conf. apud Sà vbi sup. n. 35.

25 Eadem sæpè confiteri peccata, ad gratiæ valet augmentum, & pœnæ remiss.

26 Tuũ peccatũ scięti Confessario, dicas sufficit, me accuso de illo quod scis.

27 Puer aliquod ignorãs p. m. postea si aduertat, sufficit de eo se solo accusare. Item alicui non habenti facultatem confessus puer, vit factus, errore cognito, solũ huiusmodi ficto Confessario factas iteret confessiones oportet, cæteras verò minimè, Nau c. 9. n. 15. & cap. Fratres de pænit. de pænit. d. 5. n. 82.

28 Qui se dicit octo, vel decem patrasse peccata, plus minus, comperto duodecim fuisse. p. p. duo illa in Conf. non tenetur aperire. Secus si decem definitè se dicit commisisse pecc. Item meretricem dicere sufficit, Tot annis fui oĩbus exposita, præsertim peccatorum numero propè infinito existente: explicet tamen oportet num, & quoties sacrilegium, vel incæstum, aut adulterium, vel peccatum contra naturam patrauerit, dato huiusmodi se peccatis immiscuerit, Viuald. de conf. n 55.

29 Votum v. g. non fornicandi habens, fornicatione detecta, tacito de non fornicando voto per obliuionem, sufficit postea Sacrilegium confiteri, fornicatione tacita iàm detecta, Nau. c. 6. n. 10. apud Sa ibi n. 30.

30 Vtroque fornicante coniugato, duplex exprimendum adulterium. Duplici verũ festo non audito Sacro, pænitens duplicitatis circumstantiam non tenetur fateri; vel duplici ieiunij pręcepto concurrente, non ieiunans id aperire non vrgetur; imò sat erit se non ieiunasse, & Sacrum die festo non audiuisse confiteri, Nau. c. 6. n 4. Lopez p. 1. n 40.

31 Animo alium ad peccandum inducendi peccans, id aperiat. Vel si tale peccatum peccauit, vt ad id aliũ inducat ex se. Item peccatũ, quod erroneè mortale putatur; licet falsò, aperiendum. Cum pænitente carnaliter peccare, nisi sit Parochus, & eo magis si eam baptizauit, non mutat speciem: proinde id non necessariò confitendum.

32 Contra votum sæpè iteratum peccare, iterationis circunstantia tutè non aperitur. Vtrunque Em. Sà ibi n. 26. & 28. Vide Ioann. Medina de Cõf. q. 8.

33 Mentaliter virgo fornicata, virginitatis aperiat circunstantiam. Virgini fæminæ carnaliter copulatus, nulla vi adhibita, probabiliter virginitatis nõ tenetur aperire circunstantiam. Vide Sà ibi n. 24.

34 Circunstantia odii in parentes, vel damni in benefactores notabilis, probabiliter circunstantia est necessariò aperienda. Idem de notabili parentes infamante infamia, Nau. c. 14 n. 11, Lup. 1. p. c. 54 Sot. disp. 16. q 2 a. 5. col. ante p. 11. omnes habes apud Sà v. Conf. n. 23.

35 Vt non est in vsu, ita necessariò non puto continuationem confitendam in peccato diuturnam, vel peccati repetitionem, & relapsum. In furto, & luxuria aperiendum num in sacro sit facta loco, vel cum re sacra. Idem de sanguinis efusione. Item si quis occidat, addat fuisse Patrem, vel Matrem, vel Fratrem, vel personam fuisse Sacram. Si sit furatus, per vim addat, si sit per vim ablatio facta. Incestuosus, addat num in primo sit incestus gradu commissus, silendo de patre, vel matre, vel sorore. Hæc omnia apud eundem n. 22. 21. Sot. d. 16. q 1. a. 4 N. c. 6. n. 4.

36 Circunstantia confitenda, dato speciem non mutet peccati, modo multo faciat culpam grauiorem: negantibus multis; Quippe si quis centum furetur Aureos, non satis erit se dicere esse mortaliter furatum, imo centum dicat oportet: siquidē multum id refert; nempe furti sciri quantitatem, Sà n. 18.

37 Pro tui speciè peccati declaranda, vales, si sit necesse, simul alienum aperire; imo si tibi valdè sit vtile pro animę salute, aut illius cuius peccatum manifestas; quippe animæ salus, famæ preponenda; præsertim famæ leui iactura existente. Idem ibi n. 17. Per, Nau. l. 2. c. 4. n. 275.

38 Perfectæ, & optimæ Confessionis sexdecim solent à Doctoribus tradi conditiones, nempè prout sequitur.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda.
Integra, secreta, lacrymabilis, accellerata
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Quas quidem apprimè pænitenti prodesse plusquam est certissimum: at quatuor tantum, ad validam requiri confessionem inuenio, conditiones, nempe integra, diligens fidelis, & obediens, Tol. l. 3, c. 7. n. 1. Imo à Bonac. tres tantum adnotantur necess. conditiones nempè integra, dolens, & vera de Sacram, Pæn. t. 1. d. 5. q. 5. p. 2. n. 2.

39 Confessio integra sit oportet dè peccatis mortalibus non aliàs per cōfessionē expiatis, vt iam sup. Dolens, non quod ipsæ requirantur lacrymæ, sed ideo quia interior necessarius est dolor, vt de contr. habebitur, Ibi. id. n. 26.

40 Ob finem venialiter malum facta valet confessio, v. g: inanis causa gloriæ. Ille lethaliter non delinquit, qui retinendæ causa bonæ opinionis apud priorem Confessarium, leuia, solùm ei aperit peccata; pro uero grauioribus, alium adit: modo Confessio integra semper fiat de p. p. mortalibus, ut sup. & hypocrisi præcisa lethali, uel fine lethali, ibi n. 4. & 5. Vide Sanch. l. 1. c. 3.

41 Pænitens de contractu fæneratitio dubius, si Confessarium adeat, quem indoctum nouit, ne restitutioni fortè obligetur, nedum à restitutione liber nō euadit, verum & nulliter confitetur, imo sacrilegè, & lethaliter delinquit.

42 Fornicator, osculis, & impudicis tactis actibus, & tactibus, copulā fateatur: nisi multo ante copulam præcesserint, & moralis intercesserit interruptio inter nempe ea, & copulam: uel fuerint, secuta iam copula, adhibita: ijs enim casibus fateatur & ea oportebit; non enim idem cum copula & unum constituunt peccatum; sed distinctum. Idem si copula non sequatur.

43 Ob excommunicationis timorem confitens ualidè confitetur; sufficiens enī, cum huiusmodi timore adest uoluntarium, licet aliquid contineat inuoluntarii, Bon ubi sup. hæc omnia à n. 41. usque huc ibi n. 18. 17.

44 Necessario in Confessione peccata manifestanda quoad speciem saltem moralem, non physicam. Ob id qui ad inimicum occidendum emit gladium, acuit, arripit iter, & huiusmodi, dicat sufficit in confessione se hominem uita priuasse, modo huiusmodi non fuerint actus moraliter interrupti, ita ut peccata efficiant numero, & moraliter distincta, Ibi. p. 2. §. 3. n. 2. Azor. p. 1. l. 4. cap. 4.

45 Qui se alicuius peccati periculo exposuit, dicere tenetur illius speciē peccati, cuius se periculo exposuit, licet non patrauerit. Quod si patrauit, dicere satis erit peccatum, tacito cui se exposuit periculo; nisi tamen multum temporis intercur-

cur-

curreriț inter expositionem periculo,& executionem peccati,Suar.t.5 de Gen. disp.18.sect.3.n.12.Sanch.l. 1.c.8.n.4.

46 Qui mulierem sibi ignotam concupiscit, dicat ignorantiæ status circunstã tiam,nam forte erat coniugata, virgo,Relig.&c.& sic mentalem commisit adulterium,&c.nisi sub conditione fortè concupierit,nempe, si non est coniugata , virgo,&c.Qui decem est Aureos decem vicibus furatus, haud sat erit dicere , decem sum furatus , imò exprimat oportet furtorum distinctum numerum, tot enim sunt peccata numero distincta.Idem si quis per distinctos actus proximum odio habuit:nec enim satis dicere est,Proximum sub odio prosecutus Bon. ibi §.diff 2.n.4.5.

47 Qui ad copulam à fæmina obtinendam vsus alterius est personæ opera,& id exprimat,diff.3.n.3.

48 Generalem faciens Confessionem,non omnia tenetur iam detecta aperire peccata;imo pro libito,hæc,vel illa tutè silere quibit. Vide me in Veritate Com pendiosa de integr. Confess. n.11.

49 Peccata non habens mortalia, sed venialia tantùm , non sat est dicat in generali se venialiter peccasse,peccatorum tacita specie: sed vnicum explicet saltem oportet peccatum in specie , v.g. mendacii,uel furti,&c. dato ad venialiũ homo non teneatur confessionem;nam supposito ea confiteri velit, saltem vnum in speciali explicet oportet,suppressis aliis,Bon. ibi §.3 diff.2. n.15.

50 Die ieiunij non ieiunans,& carnem sine causa comedens,vtrunq; aperiat ; nã in duo peccauit distincta præcepta,alterũ de ieiunãdo,alterũ uerò de à cibis vetitis abstinendo.Votum item non fornicandi, vel castitatis habens simplex, & solemne,si fornicetur,duplicitatis circunstantiam exprimet:quippe uotum solẽne à priuato,& simplici differt,& alterius est rationis,Bon. t.2. de peccatis disp. 2 q.4 p.3.

51 Cum iam fornicari parata fæmina,peccans,nullam scandali circunstantiã confiteri obligatur:secus si non paratam ad fornicandam induxit,Bon.t. 1.disp. 5.q.5.sect.2.p.2.§.3. diff.3, n.19.

52 Qui die ieiunii de præcepto,& ex voto speciali non ieiunat,se lethali afficit culpa duplic in Confessione explicanda.Qui ob studium die festo sacro non interfuit,dicere studii non tenetur circunstantiam. Secus si ob fornicandum.

53 Non aliquo mortali detento nulla per annum confitendi adest necessitas, vt Ecclesiæ satisfaciat præcepto,Bon.hæc oĩa,t. 1 vbi sup.n.24.25.26.& p.4.n.8

54 Qui informem fecit Confessionem, v.g. si quis sine necessario confiteatur dolore,sed bona se fide putans sufficienter dispositum,eandem reiterare non tetur confessionem,nam validam fecit confessionem,dato nullam inde receperit gratiam,vel Sacramenti effectus non fuerit secutus.Secus si indispositionis fuerit conscius,& adhuc confiteatur;potè qui nulliter eo casu confitetur omninò; num.22.l. 3.

55 Excommunicato vitando,& denuntiato,vel suspenso,aut irregulari , &c. facta tenet Confessio;modò error adsit cõmunis,& titulus coloratus in loco vbi fit Confessio:quippe eo casu Ecclesia Confessarii supplet iurisdictionem,n.11.

56 Qui hoc non fuit anno confessus,anno;non tenetur sequenti bis cõfiteri, sit vsus habetur,n 31 Neque à Parocho denegãda Comm. se fuisse dicenti confessum,modo fide sit dignus ,vel publicus non sit inconfessus,n.36.Neqe iis,qui

se

se esse dicunt confessos apud Regularem Confessarium, licet eo inconsulto, vel inuito deneganda Comm. & hi enim proprii dicuntur Confessarii, per Episcopos, vel Papam delegati, independenter ab Ecclesiarum Rectoribus, n.35.

57 Qui semel in anno non confitetur, neque Paschali tempore Communionē sumet duplici se mortali vrget culpa: & qui se non habiturum hoc anno confitēdi præuidet commoditatem præueniat confiteri, in eodem tamen anno. Idem p.4. n.17. & 21. Suar, disp.36. sect.1. Reginald. l. 6. n.34.

58 Occulto excommunicato facta, tenet confessio; idem de interdicto, vel suspenso, &c. donec toleretur. Item suo Parocho extra Diœcesim facta, vel etiam Regulari extra Diœcesim inuento, in qua fuit approbatus, contra Armill. v. Confessio Sacram. n.34. Videndus omnino Bon. prout sup. fuit allegatus, nempe per totum tr. de Sacr. pæn. disp.5. q. 1.2.3.4 & 5 cum authorib. ibi per eum fuse allegatis.

Confessarius.
Vide Confessio, & pæn.

1 Confessarius ex ignorantia, vel negligentia penitentem ad restituendum non obligans restituere dum tenetur, non ob id ipse ad rest. cogendus; dato proprius sit Parochus, quippe Confessarii munus ex iustitia spirituale tantum respicit interesse, non temporale: modo parato restituere non dixerit ad restitutionem non teneri, cū teneretur, Vide l. v. Conf. ad fin.

2 In grauioribus dubitationibus nequit Confessarius quancunq; amplecti opinionem, quæ illi, per errorem forsan, probabilis videatur; imo grauiores, & doctiores tenetur consulere Confessarios, ne periculum temere creet animabus, & sibi ruinam, Salon. in 2.2. q.63. a.4. controu.2. col. penul.

3 Parochus ipso iure titulo beneficij amisso, absoluit validè, Sà ibi ad fin.

4 Ab Episcopo peregrinandi licentiam habens, ab alieno valet Confessario valide absolui, Nau. in cap. Placuit, de pæn. dub. 6. n.63.

5 Confessarius, quem probè conscientiam examinasse credit, examinare, vel interrogare non tenetur, Nau. c.5. n.2. Tol. l.3. c.18. apud Sà ibi n. 12.

6 Qui de propria dubitat idoneitate pro Confessionibus auscultandis, superioris excusatur præcepto. Secus de se probè inhabilē cognoscente. Item imperitus periti confessionem si audiat excusatur, vel necessitate vrgente, vel solum venialia habentem, Nau. c. 4 n.14.

7 Approbatum, ad audiendas Confessiones, si Prælatus prohibeat ob id nulliter ei non fit confessio, non ablata iurisdictione, n.11. Sà ibi.

8 Quantum ad Confessionem, & Communionem; & alia tibi vtilia, proprius est Sacerdos, loci Sacerdos vbi habitas, nisi commodè ad tuum pergere ualeas, Sà n 9.

9 Ex consuetudine, proprius Sacerdotum Confessarius sæcularium, est approbatus quicunque, Viuald. concl. 5. N. c.4 n.28. & 43.

10 Religiosi concedēte Superiore, etiam p Episcopū approbato confitentur, uel simplici Sacerdoti, ut ante Conc. Trid. ualebant, Suar. disp.28. de pæn. sec.4

11 Nequit Episcopus idoneum inuentū Regularem non approbare; neque quē præuio examine semel, ut simpliciter idoneum, approbauit, iterum examinare; ualet quidem successor, Sà, ibi n.4. cum communi, & tenenda.

10 Curam

10 Curam habenti animarum, Confessarium licet quemcunque eligere. Itē Religionis exemptæ Prælatis, Episcopi Vicario, Cardinalibus, Decanis, & Archidiaconis.

11 Non Sacerdos, quicunque tandem sit, etiam Diaconus, in nullo prorsus casu Sacramentaliter valet absoluere, vel moribundum sine Pænitentiæ Sacramento decessurum; idcirco, nam de Sacramenti necessitate character requiritur Sacerdotalis: secus de absolnente à censuris, vt suo dixi loco, Arm. v. Conf. n. 8.

12 Duo habens domicilia, quibus æque, vel quasi, vtitur, vtrum libet potest in Confessarium eligere Parochum; nam vterque verè eius est Parochus. Itē scholares, milites, litigantes, & mercatores, diù extra patriam morantes, ibi licitè Confessarium eligunt. In hoc consuetudo attendatur. Malitiosè, vt proprium euitent Parochum iter habentes, eligere alibi nequeunt; excipe, nisi Regulares adeāt Confessarios, qui quoscunq; ad se accedentes absoluendi habent facultatem. Qui verò admissus ab Ordinario fuit, etiam non Regularis, pro tota Diœcesi, absoluere quencunque valet accedentem, licet vt proprium euitet Parochum. Ita Bonac. de Sacram. Pænit. disp. 5. q. 7. p. 2.

13 Sola habens venialia, vel mortalia aliàs ritè confessa, quemcunque valet eligere Confessarium, Vide Suar. disp. 21. sect. 2. ad fin. & disp. 27. sect. 2.

14 Per consuetudinem iam uidetur vnius Diœcesis Parochum, posse alterius sibi vicinæ Diœcesis Parochum accersere, vt sibi in fidelium opituletur Confessionibus audiendis, Episcopis huic consuetudini conniuentibus, Fill. n. 217.

15 Episcopi dat ratihabitio de presenti iurisdictionem Confessiones auscultandi non præmisso licet examine, modò idoneus Sacerdos reputetur ab Episcopo. De futuro verò, non valet ratihabitio præsentem validare Confessionem. Item validè absoluit, qui ab Episcopo vt idoneus fuit approbatus, licet re ipsa ad id non sit munus idoneus. Item probabiliter tempore valet iubilæi fæmina Confiteri solùm pro viris approbato Confessario; nam facultas quemcunq; eligendi Confessariū conceditur. Imò & si alienæ sit Diœcesis probabiliter, Sanch. l. 3. de Matr. disp. 35. n. 20. Bon. ibi p. 4 n. 22.

16 Religiosi tempore valent Iubilæi absolui ab alio non per Episcopum approbato Regulari; dato in iubilæi Bulla dicatur, vt ab Episcopo approbatus eligatur: nam alioqui sequeretur multos cogi Religiosos iubilæi tempore propriis exire monasteriis pro reseruatorum absolutione; siquidem multi extant Religiosorum conuentus nullum, per Episcopum approbatum Confessarium, habentes. Zerula de pænit. c. 15. quæs. 1. versu, dico quinto.

17 Confessarius, qui in Confessione audienda in aliquem incidit explicatu difficilem casum, qui peritorum indigeat consilio, & ponderatione, si id ad præsens præstare nequeat, pænitentem valet absolutione donare, modò se promittat consilio staturum peritorum super casu consulendo. N. c. 26. n. 3.

18 Bona fide absolutus pænitens à Sacerdote, inter lethale, & veniale discernere nesciente, vel inter reseruatum, & non reseruatum, validè fuit absolutus; modò adhibere, & proferre debitam nouerit formam, Vasq q. 93. art. 3. d. 2.

19 Pænitentem aliam sequentem opinionem, ab ea, quæ à Confessario tenetur, ipse debet Confessarius absoluere, modò sit probabilis; præsertim si sit Parochus, & iam facta Confessione: nam si non proprius sit Sacerdos, & adhuc non incepta Confessione, dicere valet Confessarius, ne mihi confitearis, cùm meæ sequa-

quaris opinioni opinionem contrariam, alium quære absoluentem, à te non dissentientem, mihi liberum est te audire, & non audire pænitentem, abi. Nota Cõfessarios Regul. non posse ab Ordinario ad induendum superpelliceum cogi cum stola, dum confessiones audiunt. Petr. Bellasius v. Conf. Regul. n. 22. & Sac. Cógr. Vide Bon. vbi sup. p. 5. n. 26.

CONFIRMATIO.

1 Nterdicti va'et tempore Confirmatio tutè dari. Dubio num quis sit confirmatus extante, sub conditione danda Confirmatio; & mente sufficit conditionem teneri. Non est in vsu vt infans ante septennium, dato sit moriturus, confirmetur; deberet tamen, saltem moriturus, confirmari; imò si longa Episcopi timeatur absentia, etiam ante septennium sani deberent confirmari. Non perpetuò amentes, si bene putẽtur dispositi confirmentur, Vid. Sà v. Confirm. n 1. 4. 5.

2 Necessitate debet Sacramenti in fronte Confirmatio dari, & cum signo crucis, Sanctissimæ Trinitatis inuocatione addita; item manu danda, non alio quouis instrumento. Colaphi, vel cerei omissio, culpam non continet lethalem. Idem ibi n. 9. Bellarm. l. 2. 28. apud eundem, n. 9.

3 Confirmationis, citra contemptum, omittere Sacramentum, non plus quam venialem continet noxam. Suscipiatur omninò in gratia, saltem per contritionẽ acquisita: vel cum attritione Confessione præuia, si noxa adsit lethalis. Idem qui & in Baptismo adhiberi valet patrinus; sit tamen oportet confirmatus, si non sit, nulla contrahitur cognatio, imò probabiliter se noxa onerat lethali Patre filium tenente, cum vxore affinitas, debitum petere impediens, contrahitur, Vid. Sà ibi n. 11. 14. 15. & in addit.

4 Simplicem Sacerdotem, Papa iubente, posse huius esse Sacramenti ministrum, nec non Chrisma conficere sunt qui putant: at nullum alium à Sacerdote. Episcopus excommunicatus, degr. vel hæreticus ualide adhuc confirmat, licet se grauissimo sacrilegij oneret scelere. Duos, ut in Baptismo, esse posse patrinos sunt qui dicunt. Idem in add. in fine Vic. n. 50. Tol. l. 2. c. 24. n. 11. contrarium tene.

5 Non confirmatus ualet Episcopus confirmare. Non consecratus, minimè: sit tamen oportet Episcopus in gratia de pręcepti necessitate, non Sacramenti. Non esse de necessitate Sacramenti, Chrismati Balsamum addere, probabile quidam putant. In fronte est necessario inunctio facienda, non in alia corporis parte.

6 Lethali se non deuincit culpa, qui non confirmatus primam suscipit Tonsuram, probabiliter. Idem de Minores suscipiente: imò & Maiores Ordines. Vide Diana 3. p. tract. 4. res. 24. & 2. p. tract. 16. res. 5.

Con-

Congregatio ſup. Ritibus.

1 CVm ad huius S.Congregationis aures perueniſſet, quamplures declarationes, Decreta, ſeu deciſiones, ſub eiuſdem S. Congr. nomine, ea inconſulta, impreſſas in quamplurimis libris diuulgari, & allegari; multaſque ex declarationibus, decretis, & deciſionibus, pro caſuum contingentiis, ac qualitatibus eſſe diuerſis factas temporibur, ſecundum propoſita declaranda, alteratas fuiſſe, imminutas, ac diminutas: & aliquando Sacræ Congregationis nomine mentito, confectas, ac proinde nullo autentico munitas ſigillo; illæue per Tribunalia, toto orbe, circumferri, & allegari: conſiderans eadē S.Rit. Congr. quantum recipi poſſit detrimenti aliqua illis fide adhibita; ex ſpeciali D.N.P. Vrb. VIII. prouidentia iuſſu, iubet, mandat, ac præcipit, huiuſmodi declarationibus, ac decretis, ſeu deciſionibus, tum impreſſis, tum & imprimēdis, vel manuſcriptis, nullam in iudicio fidem, vel extra, fore adhibendam: ſed illis tātum, quæ in authentica fuerint forma ac ſolito ſigillo cum ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac eiuſdem S.Congr. Secretarij pro tempore, fuerint munitæ. In quorum fid. hæc propria manu ſubſcripſimus, & ſigilli proprii S.Cong. Rituum impreſſione communiri, ac typis mandari iuſſimus. dat. Romæ, die 11. Aug. 1633. C. Epiſc. Portuenſ. Card. pius loc. ✠ Sigilli. Iulius Roſpiglios. Secret.

Congr. Sup. Interpr. Conc. Trid.

1 DE ijs, quæ in hac S. Congr. ſcribuntur, eadem eſt ratio habenda, ac ſi per ipſummet Pap. ſcripta fuiſſent; ſic ipſamet Sac. reſpondit Cōgr. teſte Garzia de beneſ. apud Aug. Barb. in Coll. Bull. v. Congr.

2 Excipe, vt ſup. nam ex Santiſs. D. N. Vrb. VIII. quondam Papæ iuſſu, hæc eadem S. Congr. die 2. Aug. 1631. mandauit, & præcepit huiuſmodi declarationibus impreſſis, & imprimendis, nec non manuſcriptis, nullam fore in iudicio, vel extra fidem adhibendam à quopiam: at illis tantùm quæ, vt ſup. in authentica fuerint forma, ſolito ſigillo, ac ſubſcriptione Cardin Eminentiſs. Præfecti, ac Secret. pro tempore, munitæ inuentæ fuerint. Lege Auguſt. Barb. loco cit. v. Cōg.

Conſcientia.

Vide peccatum.

1 COnſcientiæ ſuæ relinquitur, qui ſine ſcandalo corrigi nequit, vel eſt incorrigibilis. Dum de alicuius quæritur conſcientia, ſi bonæ ſit cōſcientiæ, eius ſtatur iuramento. Conſcientia reguletur non à voluntate abſolutè, ſed ab illuminata, & ratione ducta. Cōtra conſcientiā nō agatur, ſub peccati pęna per conſcientiam apprehenſi, mortalis, aut venialis: quicquid enim contra conſcientiam fit, ad gehennam ædificat. Proinde ſi con-

ſcientia aliquid faciendum lethale dictet, deponenda huiuſmodi eſt ſub lethali conſcientia, vel per rei diligentem examinationem, aut certe ad docti conſilium: agere contra internam maius eſt peccatum, quàm externam legem Non. ſi Prælatus, uel Papa, etiam excommunicationis propoſita pæna, aliquid contra ſubditi conſcientiam præcipiat, non obediendum, aſt conſcientiam ſi ſit erronea deponat; ſi recta certò ſit, potius excommunicatio æquo animo feratur, quam contra conſcientiam obediatur; neque in conſcientię & Dei foro huiuſmodi nocebit excommunicatio, quidquid de foro ſit externo. Vide D. Thom. 2. ſent. dis. 29. art. ult. & 12. q. 19. art. 5. apud Fum. n. conſt. n. 1. & 2.

Conſecratio.
Vide Monialis.

1 ECcleſiæ, Altari, aut conſecratio uirginum à ſolo valet Papa ſimplici Sacerdoti committi, & quando cunque. Sà v. Conſecrat. n. 4.
2 Voluntariè pollutæ, conſecrari tute ualent: quando uulgò virgines habentur: Item probabiliter occultè corruptę ſtupro, cum & hę virgines habeantur, neque ſuum teneri conſtat detegere peccatum: at tutius contrarium tu tene cum communi, iuxta caiet. u. uirginum conſ. Graff. l. 2. cap. 88. n. 8. Cætera uide ſupr. benedictio.

Conſilium.

1 QVi de conſilio facere iubetur, aut Secundum conſilium, conſilium ſequi tenetur: ſecus qui facere cum conſilio, aut ſumpto conſilio. Cap. 1. ne ſed. uac. l. 9. apud Sà, v. Conſ. n. 1. Quod ſi is qui dare tenetur, renuat, aut abſit, ad actum, conſilio non expectato, valet deueniri, in mora periculo exiſtente. Conſilium à ſe datum inefficaciter reuocans, modo illum contra quem conſuluit moneat vt caueat, de damno inde non teneatur ſecuto probabiliter. De mandante non dubito non teneri, mandato reuocato, licet mandatarius mandatum adhuc exequatur, Sà v. Conſ.

2 Conſilium requirere, non ſequi tenetur Epiſcopus duorum Canonicorum in ſeminarii erectione, ex S. Card declar. apud Barboſam in Collect. v. Conſil.

3 Conſilium item ſequi Capituli non tenetur Ep. in condendis ſtatutis ſynodalibus, niſi id iure ſtatuente in aliquibus caſibus, Ead. S. Congr. die 5. Iulii 1627. Barb. ibid.

4 Conſilium non contemnere tenemur, exequi, non ita. Conſilia ordinantur Euangelica, vt faciliùs Chriſti adimpleantur præcepta, & promptius. Quando quis conſulere ſuper aliqua re agenda aliquem tenetur, ſi ille malè conſulat, ſequi nedum eius conſilium non tenetur, imo non ſequi tenetur, ſi de conſilii ſibi conſtet iniquitate, alioqui graui ſe noxa afficeret; proinde iudex qui ſententiā cum conſilio tenetur prudentis pronunciare, ſi male consulat, iuxta proprium iudicium ſententiam dabit; alioqui non excuſabitur, Vide Fum. v. Conſil.

Con-

Constitutio.
Vide Lex, Concilium.

1 Constitutio fieri contra ius nequit commune; valent Prælati tamen Regulares iuris communi constitutiones declarare, & eis, si videbitur, pænas addere vbi non fuerint appositæ. Portell. in dub. reg. v. Stat. n. 9. apud Bell. v. Const. n 9.

2 Ad hoc vt constitutiones in conscientia vim habeant, de rebus debēt esse regulam explicitè, vel saltem implicitè concernentibus; Proinde si peculiares cōtineant asperitates, rigores, aut diuturnas orationes, supra quàm in Regula contineatur, vim in conscientia nullam continent. Vide quæ infra v. Religio, &c. Constitutiones quidem fieri valent obligantes Relig. publicam ob aliquam necessitatem, v. g. bello seuiente, peste, & id gen. ad ieiunia, orationes, vel huiusmodi; id enim supra regulam non censetur, imo aliquo modo secundum eam. Less. 2. de iust. c. 41. d 9. n. 77. apud eund. n. 7. 8.

3 Constitutiones condendi potestas, ad Generalem spectat cum Cap. Gen. pro tota Relig. ad prouincialem cum cap. prou. pro tota prouincia, ibi apud Bell. ex Sanch. 6. in Decal. c 2. n. 17. & Vasq. 1-2. disp. 153. c. 1. Lez. t. 1. c. 8.

4 Vt Regularium constitutiones obligent, acceptari saltem à maiori parte debent, ad praximue reduci; ita communiter, ibid. Quod si in constit. cautum habeatu', quod statim obligent, vel ex nunc, eo casu facta legitima publicatione, duorum mensium non expectato termino, obligant; non quidem ad culpam eas ignorantes, at solum ad facti tollendam validitatem, etiam respectu ignorantiū. Clem. 2. & ibi Glos. apud Bellas. v. Cons. n. 1. Vide quæ ego alibi de contract. & legib. Cōstitutio, futura tantum, non præterita respicit; excipe, nisi & de præteritis ibi expresse caueatur; & nisi id ipsum per iura erat antiqua prohibitum. Etiam post duos menses, si quis probabili ignoret ignorantia, non puniendus, si contra constitutionem venerit; secus de affectantibus constitutiones ignorare. Clem. 1. & ibi Glos. apud eund. Vide quæ ego infra de leg. constitutio fieri ab Ep. in Synodo Diœc. absque Clerici consensu, & approbationę: item sequi Canonicorum non tenetur consil. nisi quibusdam in casib. in iure expressis, Barb. v. Cōst. ex S. Congr.

Consuetudo.
Vide Lex.

1 Saecularium consuetudini, Religiosi non tenentur. Metropolitanę Ecclesiæ, omnes debent aliæ Ecclesię consuetudines tenere; monasteria non ita. Consuetudo, vt valeat, sit oportet rationi consentanea, neque contra Ecclesiæ vtilitatem, aut disciplinam; alioqui abusus diceretur. Antiqua debet teneri consuetudo, quæ tamen sine peccato, & citra valet scandalum teneri. Decem annorum spacio inducitur consuetudo, quæ non est cōtra ius; quæ contra, quadraginta requirit spacium annorum. Glos. fin. in can. consuetudo, dist. 12. & Nau. Man. c. 21. n. 13. Sanch. in op. mor. t. 2. l. 5. tract. 14. res. 15. Itē vide

prompRegul.v. Conf.legis vim habens consuetudo generalis,per Episcopos abrogari non quit;vt neque ius valet commune per Ep.tolli;satis est probabile legem per consuetudinem tolli ante etiam temporis supradicti spacium, & satis fore si passim lex non obseruetur,principe id sciente,neque contradicente. Consuetum habetur quod bis factum est;idem de solito;proinde duo actus iuridici,& notorij pro consuetudine sufficiunt inducenda. Vide Iason.apud Sà in aphor.v.Consuet.

2 Legem non valet diuinam abrogare, vel naturalem abolere: limitare, augere,declarare valet,& distinguere,sicut & ius valet positiuum;v.g. lex habet diuina, in ore duorum,vel trium stet omne verbum,lex limitat humana, & aliquando plures requirit;item,non occides;dicit diuina,aliquando occide dicit humana,Ratione,ob quam lex fuit lata,manente,lex consuetudinem vincit;secus aliqua facta rationis mutatione,quippe eo vincit casu,& præualet consuetudo.Praua excusat cõsuetudo ab humana pœna,si toleretur à diuina,non ita, si sit prauitas nota operâti, vel contra leg.naturalem.Fum.v.Consuet.per totum, pro sup. dictis omnibus.

3 Populi benedicendi consuetudo in fine Missæ defunctorum, si sit immemorabilis,teneatur;secus vt abusus tollatur.Idem de consuetudine Commemorationẽ omnium fid.defunctorum die Dominico celebrandi, si eo accidat die Sacra Cõg. die 7.Oct.1606 & 19.Maij 1607.apud Barb.in Collect. v. Consuet.

Contemptus.
Vide Abesse, Obedire.

1 Contemnere vnum ex vocem habentibus in capit.neque eum vocare, plus nocet,quam plurimorũ contradictio,in ijs,quę in Capit.geruntur.

2 Ex contemptu,vel in re leuissima peccare,contra Superioris præceptũ, lethale habetur, Th.2.2.q. 186.a.9.ad 3.& Caiet.in summa v. Contẽpt.

3 Contemptus ab eo committi solum censetur,qui obedire renuit,ex eo quod præcipienti subijci nolit;secus si ex alio quocunque renuat respectu obedire; v. g. ignauia,indignatione,vel ex eo,quòd superiorem hanc nolit habere consolationẽ neq;enim omnis inobediens,contemptor habetur,Vide D.Th.ibi.& Caiet.

4 Aliquod verbum ex contemptu otiosum proferre, vel Consilia Euang. ex cont.non obseruare,lethalem continet noxam : huiusmodi autem contemptores pessime habentur dispositi.vide Bertol.Fum.v.Contempt.ex D.Th.vbi sup.

5 Nota,non omne quod ex contemptu fit,peccatum esse lethale. v.g. re leuissima à superiore præcepta,si quis non obediat ex rei contemptu leuissimæ, non plus quàm ueniali se onerat culpa : at si ex superioris præcipientis id fiat contemptu,utique tunc se mortali afficit scelere;excipe, nisi taliter sit forte affectus, quod uel si res fuisset grauis præcepta adhuc eam contemptui habuisset, eo quippe casu mali affectus ratione lethaliter delinquit;ut de parum furante constat,animo si quiuisset multum furandi.Præterea inferri uidetur posse,eum,qui, cum sit Religiosus,silentium non tenet,cum ex constitutionibus teneri debeat, si ex Regulę,aut constitutionum id agat contemptu,delinquere lethaliter ; secus si ex rei tantum id agat contemptu,nimirum silentij,in re tamen modica. Vide Armill.ex D.Th.ubi sup.

CONTRACTVS.

Vide de contract. in partic.

1 Omnis contractus obligationem parit, in conscientiæ saltem foro; modò sit validus: quandoquidem ius dictat naturæ promissionem esse seruandam, si sit acceptata; secus minimè, licet iuramento addito: imo nisi acceptetur reuocari valet. Bonac. de Cont. disp. 3. q. 1. p. 1. n. 2. & 4. Mol t. 2. disp. 264.

2 Contractus iuramento non firmatur, si per legem irritetur pro communi bono; siquidem de re mala factum iuramentum non obligat; proinde non est opus huiusmodi iuramenti relaxatione. At contractus iuramento firmatur; si per legē irritetur principaliter pro priuata vtilitate; modò nulla turpitudo inueniatur ex parte illius, cui iuratur; Et modo sine peccato seruari possit. Proinde minorum contractus, sine curatorum auctoritate celebrati à iure irritātur, si fiant de bonis immobilibus, & sine iudicis licentia, at iuramento addito, tenent. præterea contractus, quo vxor in alienatione consentit fundi dotalis, à lege annullatur positiua; at iuramento addito tenet; nam propter priuatam irritantur vtilitatem. Vide Bon. ibi n. 7. & Sanch. de Matrim l. 1. disp. 32. n. 11. Vide nouiss. Guazzinum in tract. mor. l. 2. c. vlt, n. vlt.

3 Huiusmodi tamen iur. debet esse nō de præsenti, sic, iuro me vendere, &c. donare, &c. imo de futuro, nempe sic, iuro me non repetiturum, vel non contrauenturum contractui, vel resiliturum à contractu. Si verò aliqua inueniatur turpitudo, seu peccatum in eo, in cuius fauorem fit iuramentum, non firmatur contractus iuramento. Propterea per vim celebratus contractus, dolum, vel metum, non firmatur; seruandum tamen iuramentum, si sine peccato seruari potest, vel dispensari certe debet, Ibi, & n. 8. & Sanch. l. 3. c. 12. n 54.

4 Hinc de soluendis vsuris iuramentum seruari debet, dato per iuramentum huiusmodi non validetur promissio, & in vsurario, cui iuratur, culpa reperiatur: at solutas, postea valet, qui soluit, repetere vsuras. Nota proximum pubertati iuramento contractum validare non posse, sed sit pubes oportet. ibi.

5 Infideles per iuramentum firmare nequeunt contractum, siquidem legi canonicæ, vel ciuili non subduntur, & iuramentum vim confirmandi contractū habet ex lege canonica, & ciuili; secus si in terris habitent fidelium, Bon. ibi n. 9. & Sanch. in opere mor. l. 3. c. 12. n. 14

6 Contractus iuramento non firmatur, si iuramentum contrarium priori sit iuramento, v. g si vxor fundum vendat dotalem iuramento addito non contraueniendi, at priùs non vendere iurauerat, vel si marito quid donet, contra non donandi iuramentum; quippe in hoc casu iuramentum seruari nequit sine peccato, neque iuramentum vinculum potest esse iniquitatis. Secus si actus contra iuramentum ad sui validitatem non indigeat iuramento: tunc enim valet, licet illicitè fiat: quando multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Quòd si lex ciuilis huiusmodi irritet confirmationem, nulla fit confirmatio; seruetur tamen iuramentum. Et illud procedit, modò ius Canonicum huiusmodi nō firmet confirmationem, vel contractum; quippe lex ciuilis, canonicam annullare nequit,

vel

vel ei derogare, Mol.disp.271.apud Bon.ibi n.11.

7 Contractus promissionis, petendi vsuras vsurario actionem non dat iuramento dari promissas, licet promittens soluere teneatur, at solutas repetere valebit. Ratio, quia quoties iuramentum seruari valet sine peccato, seruari debet, hoc autem seruari valet, ergo. Azor.l.11.3.p.c.17.quæst.1.

8 Error comitans annullat contractum, si circa rei sit substantiam; ob id qui aliquid emit, v g acetum putans esse vinum, nulliter contrahit, licet, si acetũ esse sciuisset adhuc emisset; non adest enim consensus, licet si acetum cognouisset libentiùs consensisset. Circa verò qualitatem errans, vere contrahit; si nõ adsit dolus contractui causam dans. Proinde cum fæmina Matrimonium contrahens, quã putabat benè educatam, pulchram, virginem, &c cùm omninò secus se res habeat, validè contrahit; nullo dolo extante contractui causam dante, Vide D. Th. 1.2.q.6. ar.8.

9 Si Matrimonium excipias, omnis contractus per dolum initus contractui causam dantem est nullus, iure saltem positiuo, & in foro conscientiæ, dolo ab altero contrahentium proueniente. Naturæ verò iure tenet, error circa rei substantiam nisi adsit, Azor.3 p. l.6.c.10.

10 Incidens in contractum dolus, non irritat contractum, nempe si cognito dolo adhuc contractus celebratus fuisset, licet non ita promptè, & libenter neq; tanto pretio: manente tamen penes decipientem, & dolosum restituendi pro dãno obligatione, decepto; imò decepto instante debet rescindi. Idem Azorius 3 p. l.6.c.10.q.2.Mol.disp.352.

11 Is, qui vt in hospitale reciperetur, vel aliud collegium, se finxit qualitates habere requisitas pro ingressu restituere omninò pro damnis tenetur; pote qui dolum habuit contractui causam dantem, & circa causam finalem. Hinc, si pia adsunt legata pro fæminis nuptui tradendis pauperibus, aut virginibus, &c & quædam se huiusmodi habere fingat qualitates, vt dictis fruatur legatis, frui tutè nequit; ast restituat oportet; nisi tamen adhuc habuisset, cognita dictas non habere qualitates: quippe fictio circa causam versatur finalem. Vid. Bon. ibi p.2.§.2.n. 8.Fill.tract.35.c.10.q. 9.

12 Valet beneficij facta collatio ab Episcopo, ei, qui alioqui est idoneus, sed aliquibus est defectibus affectus, quos si Episcopus sciuisset, beneficium ei non contulisset. Item furunculus datam retinere valet à Titio eleemosinam, quem si furunculum cognouisset non dedisset; nam dandi causa subsistit finalis, nempè idoneitas ad beneficium, & paupertas in furunculo, datò causa non adsit impulsiua, nempè probitas, Mol.tr.2.disp.172. n.10.

13 Idem dicendum de donatione ob metum facta, nam si metus causam dedit impulsiuam, non uero finalem, & mitiuam, tenet donatio. Azor.c.23.

14 Per metum grauem, aut leuem celebratus tenet contractus, iure saltem naturæ: nam sufficiens, & necessarius consensus per metum non tollitur Fill. tr. 33.n.32. Turianus disp.54. d.5.n.4. Item iure positiuo tenet, quibusdam casibus exceptis. Iubet quidem lex huiusmodi infirmari contractus per metum celebratos: at non annullat. Azor.3.p.l.4 c.33.q.2.

15 Matrimonium excipitur, nam per grauem initum timorem iniustè incussum ad extorquendum consensum, nullum tenet; hoc & de sponsalibus. Item quidem de aliis, quos apud Bonac. de contr. videbis. ibi. §.3.n.3.

16 Ma-

16 Matrimonium per metum initum leuem non debet, nec potest inua'idari, vt cæteri debent contractus. Idem de voto solemni, Ibi n. 4 & Sanc. l. 4. d 17. n. 4.

17 Contractus per metum vt sup. initus, est inualidandus, etiam si à tertia persona sit incussus altero cōtrahentium inscio. Si iuste metus incutiatur, nō rescindatur contractus: nulla nanque alicui illata fuit iniuria, Sanch. l. 4. disp. 8. n. 8.

18 In foro externo ad rescindendum contractum metu leui celebratū actio dari non solet; secus de metu graui, Bon. prout sup. §. 3. n. 8.

19 Per metum grauem iustè incussum ad extorquendum consensum, tenet celebratum Matr. de hoc suo habebitur loco. ibi n. 9.

20 Per metum extorta reuerentialem, vel preces importunas, quibus ad dādū quis inducitur, quasi coactus, restituantur; quippe voluntas deesse censetur dādi, sed solùm importunitatem repellendi, & iurgia, vel cætera incommoda; modò dans inuoluntarius perseueret, & sibi fieri restitutionem cupere credatur, n. 10.

21 Sine substētiali solemnitate à iure requisita celebratus contractus, est nullus, in utroque foro, testamento causa pietatis condito excepto. Proinde relicta per testamentum non causa pietatis factum, sed temporali, si absque solēnitate a iure requisita fiat, non debentur, etiam in conscientiæ foro: alijs deberi asserentibus Doctoribus: at nostra probabilior est sententia. Qua propter hæres tutè huiusmodi relicta non dabit: dato contra testatoris uoluntatem faciat. Prę terea per huiusmodi testamentum non solēne hæres institutus restituat in conscientia oportet ei, qui ab intestato successurus erat. Idem de legatario. præterea hæres in conscientia soluere non tenetur legata, per testatorem in schedula relicta, cum subscriptione propria. Vide omnino Bon. ibi p. 3. n. & seq.

22 Secus de pijs legatis sine iuris solemnitatibus factis, & testamentis conditis, quippe ad huiusmodi testamenta ualidè condenda, iuris ciuilis nulla requiritur solemnitas, sed iuris sufficit gentium solemnitas. Ob id in foro conscientiæ sat erit vt de vo'untate constet testatoris, nullo teste adhibito; at in foro fori duo testes requiruntur, Ibid. n. 15 &c. Vide Vasq. in opusc. de test. c. 3. n. 11.

23 Lege aliquem contractum prohibente, si ea non obstante celebretur tenet, nisi omninò per verba derogatoria illum irritet; quando multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Idem, licet pœna contrauenientibus apponatur, Ibi n. 23 Suar. l. 5 de leg. c. 25 n. 10.

24 Maiore cum minore contrahente sine tutoris consensu, tenet contractus, at integrum est minori stare, vel resilire à contractu. Item contractus Reipublicæ vtilis, si communiter fieri soleat non damnetur; modò aperte esse illicitum non constet; quippe supplere creditur Respublica si quid contractui desit, cùm in bona potestatem habeat, Ibi p. 5. n. 5. & Sanch. de Matr. l. 6. d 38. n. 5. Sà v. Cōtr. num. 4.

25 In contractu si dicatur, ad arbitrium alterius partis stetur, standum erit boni viri arbitrio in re æstimanda. Donationis celebrato contractu, statim conditiones apponi valent per donatorem, quas tandem voluerit, Idem ibi. n. & 5. 8. Sylu. contract. n. 8.

26 In sponsionis contractu licet lucrari ei, qui rem certò sciebat, dolo non interueniente; præsertim altero de certitudine admonito. Contractui alicui, si defuit consensus, postea addi valet, & sic reualidatur. Contractu à prædecessore dignitatis facto nomine, qui in eam succedit stare ei tenetur. In Ecclesia celebra-

tus

tus tenet contractus. Turpis, aut impossibilis in contractū apposita conditio, annullat; at in spiritualibus reiicitur; & hoc communiter, Sa. ibi n. 10. 11. 14. 15. 16.

25 In contractu donationis apposita conditio de non reuocanda donatione, etiam ob donatarij ingratitudinem, nulla tenet, vel addito iuramento; contra enī bonos mores. Affirmant alij. In contractu pignoris, si pactum de eo non recuperādo fiat casu, quo debitum debito non soluatur tempore, nullum tenet nisi iuramēto addito, vel nisi in pænam addatur, aut nisi plus non valeat debito soluendo. Contractus pacti de certa soluenda summa pro verisimili interesse lucri cessantis, deductis tamen expensis, laboribus, & periculis, licitus est. Idem de pacto certæ soluendæ summæ pro verisimili periculo, siue postea sequatur, siue non. Idem ibid. n. 18. 20. & 21.

26 Contractus pacti de futura successione, iuramento firmatus, non tenet; pote qui testandi aufert facultatem; at in conscientiæ foro valere placet aliquibus: cùm quædam sit causa mortis donatio, seu cum conditione, vt effectum post mortem habeat, Vide ibi n. 23. cum aliis ibi allegatis.

27 Contractus, in quo ius seruatur naturale, tenet, etiam solemnitate iuris deficiente humani, modò per legem non omninò irritetur, si secus celebretur, Mol. d. 81. Arag. quæst. 62. Couar. in cap. cum esses de test n. 5.

28 Contractus, seu dispositio causa subsistente finali, tenet, dato impulsiua nō subsistat. Idem si error, vel dolus circa causam impulsiuam tantùm intercesserit, non verò finalem, vt sup. Proinde testamentum ex causa finali falsa conditum nullum est: legata verò in eo facta, eorum finali causa subsistente, valent, quando vtile per inutile non vitiatur. Item fæmina restituere non tenetur sibi ab amasio datum, vt ad copulam alliceretur, etiam si ipsa ob id non flecti intenderet ad turpe opus, licet amasius si fæminæ nouisset futuram constantiam daturus non fuisset; & hoc ob id, nam causa subsistit finalis, neque sub cōditione dedit, si alliciatur, vel, modo consentiat, sed libere, & absque animo imponendi restitutionis obligationem. Idē de eo, qui aliquid Superiori donat, animo ab eo beneficii collationem obtinendi; nisi enim accipiat, quicquam repetere nequit; potè qui liberè donauit, & vlla sine conditione, Vide Regin. l. 25. n. 65. apud Bon. de contr. t. 2. disp. 3. q. 2. p. 4. n. 23.

29 At nulla censetur hæredis institutio, si quis vnum instituat hæredem, quem suum putabat esse filium, cum re vera non sit; nam deesse hic finalis censetur causa dispositionis. Item, si suum iam mortuum credebat filium, ob id alium instituit hæredem. Ibi vers. 4. sequitur, & 5.

30 Contractus, & dispositio tenet modalis, licet modo non adimpleto: si tamē substantiæ contractus modus non obuersetur. Hinc, qui alicui pecuniam dat mutuò ea lege, & pacto, vt supra sortem sibi aliquid tradatur, mutui non dicitur contractum celebrare, sed vsurarium, pacto mutuum destruente, cuius natura ad gratis dandum obligat. Item è contrariò, valet sub modo facta donatio, v.g. vt nubat, licet non nubat: neque huiusmodi valet donatio à donante, viso quod non nubat, reuocari: modò ille modus causa non fuerit finalis donationis, sed impulsiua tantū: Matrimonium autem à donante prætendi per modum videtur causæ impulsiuæ, non finalis. Item, cui pecunia fuit ad sibi libros emendos, vel vestes, &c. relicta, vel donata, tutè habebit, etiam libris, vel vestibus non emptis. Secus si legatum fiat addita conditione, si, non vero, vt, quæ particula, vt plurimum, modum tantùm inducere solet, non verò condicionem, quibusdam casibus exceptis, quos apud Bonac.

de contract. disp. 3. q. 1. p. 1v. habes; vide per totum. Et Sanch, l. 5. disp. 19. n 5 Fill. tract. 33. c. 10. q. 2. n. 164.

31 Errore in demõstratione interueniente, per se non vitiatur contractus, vel dispositio; demonstratione tamen per modum nõ apposita conditionis, vel causæ, & modo demonstrationis error in rei non refundatur substantiam, vel in errorẽ personæ, seu modo de re, & persona cõstet. Ratio est, quia huiusmodi error, error est qualitatis, non substantię, qui cõtractũ non vitiat, vt sup proinde dispositore dicente, Tibi meum dono equum, qui est albus, quem Patauij emi, &c. vel Lego meum Antonio prædium, quod decem constat iugeris, vel, te in matrimonium duco, quæ as pulchra, diues, &c. huiusmodi omnes valent dispositiones, licet nulla dictarum existat qualitatum: imo matrimonium tenet celebratũ per cuiuscunque qualitatis demonstrationem, siue turpis, siue contrariæ matrimonij substantiæ veræ, vel falsę, v. g. sic. contraho tecum, quæ es sterilis, vel, quæ sterelitatem veneno procuras, &c. Idem Bon. ibi n. 8. & seq Mol disp. 211.

32 Si verò sic dicatur, Contraho tecum, quæ tantam dabis dotem, nisi talis tradatur dos Matrimonium nullum tenet; talis quippe dispositio sensum facit conditionatum, nempe, Si tantam dabis dotem: Idem dicendo, Contraho tecum, quę es Berta, aut Galliæ Regina, nulliter contrahitur, nisi tales concurrant conditiones; potè quia huiusmodi error in substantiæ errorem refunditur. Vide Mol. ibi.

33 Sibi fundum retinere tutè valet legatarius, legante dicente, Lego tibi meũ fundum, qui quadraginta constat iugeris, licet multo pluribus constare inueniatur iugeris, v.g centum; & hoc præsertim ad pias causas facto legato, nisi ex coniecturis secus se habere inueniatur legantis intentio; vel nisi alicuius creditoris damnum sequatur, vel hęredis necessarij, Rebell. q. 18. n. 2. l. 18.

34 Ante pubertatem filius contrahere nequit, seque ciuiliter obligare, etiam de patris consensu. Neq; se alijs valet Religiosus obligare sine Prælati consẽsu.

35 Puber, vel pubertati proximus, de bonis libere valet castrensibus contrahere, vel quasi castrensibus. Secus de aduentitijs, vel profecticijs. At valet filius familias, pubertate acquisita, contrahere, seque alijs obligare, non solum naturaliter, imo ciuiliter, patris tamen sine præiudicio, vel alterius.

36 Minor soluere non tenetur id, quod solutum repetere valet, v.g. quod ludo perdidit pecunia credita. Vide Mart. Bon vbi sup. p 5. per totum Fill. tr. 32. c 3.

37 Qui à pupillo, vel minore aliquid accepit, ad cuius alienationem iudicis non requiritur decretum, ante iudicis restituere sententiam non tenetur; stare enim tenentur, ex naturali obligatione, contractui, donec priuilegio vtantur rest. in integrum, Ibi n. 8. Mol. disp. 224. ad finem. & disp. 519.

38 Pupillus, vel minor ualidè, sine iudicis licentia, nequeũt ea, quæ sunt immobilia, vel mobilia, quæ seruando seruari possunt, alienare: nedum in externo, uerùm neque in cõscientiæ foro. Quæ uerò sunt mobilia, vel seruari nequeunt, de solo tutoris, vel curatoris licentia alienant. Nota in alienatione immobilium, &c. præter iudicis licentiam, etiam iustam requiri causam pro ualida alienatione, Rebell. 2. p. l. 1. q 8. n. 6.

39 Pupillus, vel minor, sine tutoris, &c. licentia contrahere in sui valent utilitatem, & commodum, sibique alios obligare maiores; secus in sui præiudiciũ, Bon. ibi n. 6.

39 Re pereunte, domino semper perit, non tam habenti, per quemcunque tandem habuerit contractum, etiam accommodati; modo nulla habentis culpa perierit, præcisis saltem pacto, & mora in restituendo, vide quæ sup. de commodato Addo, si accipiens rem se obliget restituere, quocunque casu tum rem res pereat, adhuc de fortuito non tenetur: verba quippe generalia fortuitos non comprehendunt casus, vt potè insolitos, & humanam excedentes diligentiam, Bon. ibi p. 6 n. 21.

40 Re apud habentem, etiam furem, pereunte, & cum culpa, si apud dominũ item necessario periisset, probabiliter restituere non tenetur; potè qui nullum domino intulit damnum, & constat rem domino perire: Nau. c. 17 n. 8. Mol. t. 3. disp. 275 conc. 7 n. 11.

41 Contractu in dantis fauorem tantum celebrato, v. g. deposito, accipiens de lata tantum, & dolo, re pereunte, tenetur non de leui, vel leuissima. Contractu verò in accipientis tantum fauorem inito, re pereunte, de dolo, lata, leui, & leuissima accipiens tenetur, v. g commodata re pereunte; vt suo dixi loco de cõmodato. Ab hac regula excipe precarium: nam eo pereunte, accipiens de dolo, & lata tantum tenetur, & non leui, & leuissima; quando precarium à Domino ad libitum repeti potest, non item commodatum, Less. l. 2 c. 7 d. 8 n. 40. Azor. 3 p. l. 7 c 2. Bon vbi sup. p 6 n. 6.

42 Contractu in vtriusque contrahentium fauorem inito, re pereunte, accipiens de dolo, lata, & leui tenetur, non de leuissima, v. g res deperdita locata, vel vendita, si ante traditionem apud venditorem pereat, de culpa tantùm locatarius, & venditor tenetur lata & leui, de leuissima non item. Idem Bon. ibi n 7. & alij citati.

43 Deposita re, per depositarium ad deponentem missa, si per eum mittatur, qui missum à domino se finxit, & cum re aufugit, depositarius de dolo, & culpa tenetur lata tantùm: modo pretium non acceperit pro deposito custodiendo: & modo nullam habuerit de misso suspicionem, & si habuit, non eam per diligentiam purgauerit. Si pactum fiat, ne depositarius etiam de dolo teneatur, non valet: & hoc, ne culpam committendi detur occasio, in re deposita custodienda. Ibi n 11. Turrian de iust disp 11. d. 5 n 6.

44 Pignore, pro debiti securitate tradito, deperdito, qui accepit, de lata, & leui tenetur; nam in vtriusque datum fuit vtilitatem. Item famulus, cui ex officio, & stipendio rei incumbit cura custodiendæ, re deperdita, de leui etiam tenetur, non leuissima; nam conductionis contractus in vtriusque fuit vtilitatem celebratus Item artifex, qui in re laborat aliena, stipendio conductionis accepto, re pereunte, de culpa tenetur leui. Item, mercede conductus ad rem custodiẽdã, re pereunte, de culpa tenetur leui, non leuissima. At rem uitiosam commodans, de lata tantum, non leui tenetur, quippe contractus in vtilitatem fuit tantùm accipientis celebratus. Vendens autem rem alteri uitiosam, de culpa tenetur etiam leui non leuissima, cum in vtriusque uenditio celebretur vtilitatem.

45 Nautæ, caupones, stabularij, &c. res deposito recipientes, consueto recepto stipendio, de leuissima etiam culpa tenentur, dato in vtriusque vtilitatem contractus fuerit celebratus; iure id statuente, ad dictorum temeritatem reprimendam, & malitiam, nempe ne cum furibus ad furandum conueniant, & ne uia fraudibus aperiatur. In conscientiæ tamen, foro, solum de leui teneri uidentur:

tur: lex nanque in præsumptione fundatur. Bon. loco c. p. 6. n. 12. &c. usque ad num. 19. Garzia de contr. c. 5. n. 7.

46 Rem alienam apud se habens depositam, suis uilioris prætij neglectis, eam tenetur seruare, modò damnum sibi speret refectum iri.

47 Rem uero locatam pretiosiorem non potest locatarius suis post habere uilioribus, dato sibi non speret damnum a locatore resarciendum. Qui autem rem propriam uiliorem neglexit, pro aliena tutanda locata, pretij ualet repetere partem, sed non totum. Proinde à latronibus inuasus, si v.g. duos secũ habeat equos, quorum alter sit suus, alter vero sibi locatus, neque ambos è latronum manibus eripere queat, suum nequit viliorem tutari, relicto locato pretiosiore; imò erepto locato ex charitate aufugere debet, suo predonibus relicto, nisi valde sit locatore pauperior, Bon. ibi à n. 22. vsque ad finem p. vl.

48 Minoribus beneficium conceditur restitutionis in integrum, si aliquo se contractu læsos inuenerint, v.g. re minori vendita pretio, quàm vendi oportuerit: modo vi contractus fiat læsio, non alio casu; & sit notabilis, neque iuramẽtum adhibitum à minore sit spontè non contraueniendi, neque à iudice ætatis veniam impetrauerit. Ob id, si rem alii notabilem, nulla causa, donet, vel damnosã adeat hæreditatem, vel transegit, aut vendidit cum læsione, vti remedio valet restitutionis in integrum. Idem, si mutuo pecuniam accepit, & ludo am sit; detracto tamen si de pecunia aliquid vtiliter expendit; nam id in quo factus est ditior oportet restitui. Idem vti eo valet priuil. vel beneficio restitutionis in integrum, si aliquid præscriptione, vel vsu captione amiserit. Idem dico si à debitore ei debitè facta fuerit solutio, tutoris, vel curatoris sine licẽtia; quia ad noua debitor solutionem quibit compelli, nisi in vtilitatem fuerit pupilli, vel minoris conuersa pecunia, vel nisi adhuc extet. Nota, debitorem ante iudicis non tenetur sententiã quicquam restituere. Præterea minorem vti restitutionis posse beneficio quatuor post annis ab anno vigesimo quinto; modò contractum maior factus non ratificauerit, Vide Mar. Bon. de contr. disp. 3. q. 1. p. vlt.

49 Eo item valent vti priuilegio, dato per curatorem contractus fiat, & de iudicis decreto; modò ætatis non sit venia obtenta: quandoquidem tutorum consensus requiritur, vt validè coutrahatur, non verò vt beneficio rest. in integrum minor vti nequeat. Item, hoc priuilegium ad hæredes transit minoris, Ibid idem. per totum.

50 Nedum rem repetere valet, verum & rei fructus, rè donata tamen, non verò per venditionem, vel alium onerosum alienata contractum; detractis tamẽ in eis colligendis factis expensis; & hoc verum, modò iniusto non fuerit alienata pretio; eo siquidem euentu pro rata & fructus repeti quibunt. Item, læsione manifesta extante, valet minor, nisi vti valeat coram iudice restitutionis beneficio, secretà recompensatione vti. Secus si non adeo læsio sit manifesta, & indubitata, Ibid. idem per totum punctum.

51 Eodem frui possunt priuil. rest. in integrum, Ecclesię, Respublica, cęteraue pia loca. Item ciuitates, opida, & communitates, nec nõ studiorum vniuersitates, rudes homines, & iuris ignorantes mulieres, filii familias quoad contractus onerosos, vel lucrosos, de patris licentia celebratos ad sororum dotes, aliasue causas. Præterea milites seruientes, & pro Reipublicæ negotiis gerendis absentes: principes quoad fisci bona, Idem ibi in fine.

52 Contractus mutui licitus, si quis breui sciat monetæ ualorem minutũ iri, & eam dat mutuò, præuso pacto, ut iuxta præsentem restituatur ualorem. Diana 2.p tract.8. res.54.

53 Sartores pro alijs merces ementes, partem sibi ualent pretij retinere, quæ sibi à mercatoribus remittitur; nulli enim hic fit iniuria. Idem res. 26.

54 Alicui aliquo tradente pecuniam, illo pro pecunia u g. domum tradente, hoc pacto, ut domo utatur hic, donec ille pecuniam restituat, nulla fit iniustitia, uel usuræ labes, modo & titulus concurrat cessantis lucri, & pactum retrouendendi. idem ibi res.28.

55 Si quis mercatori pecuniam ea tradat lege, ut in fine anni ab ipso quinque quo centenario accipiat, ualidè, & licitè contrahit, modò tres intendat contractus celebrare, primum, societatis, assecurationis alium capitalis, & tandem alium, assecurationis lucri certi pro incerto; si enim huiusmodi assecurationum contractus cum quocunque alio iniri licitè possunt, quid rei erit, cur cum ipso nequeat mercatore celebrari? Id res.30.

56 Conuentionalis pæna inter contrahentes apposita non debetur in consciẽtia, nisi culpa intercesserit aliqua in non soluendo; uel si non sit moderata.

57 Contractus usurarius, quem quis bona contraxit fide, non contracturus si usurarium putauisset, facit, ut tantum lucri retinere queat, quantum ex licito percepisset: & hoc saltem probabiliter. Res.47. Sanctar. 1.p.q.46.n 11. Sà u. Vsura n.8.

58 Valent tutè parentes plus uni, quàm alii relinquere filio, modo legitima nõ priuetur portione, & præciso odio: licet id ex maiore in unum, quam alium amore faciant. Item lethaliter parentes delinquunt legitimam aggrauantes filiorum cõtractibus gratuitis, u. g. donationibus. Secus de remuneratorias facientibus donationes; uel onerosis contractibus legitimam minuentibus, Diana ibi res.83.84.

59 Debitore tempore non soluente debito, & ob id creditore ad interesse pecunias accipere coacto, hic debitorem non tenetur uelle sumere admonere; potè quia debitoris culpabilis mora iam creditori id damnum creauit. Item debitor innoxie morosus creditori de interesse non tenetur damni emergentis; nisi & de inculpabili sit mora initum pactum. Pet. N. de rest.l. 13.c.2.n.281.

60 Contractus licet, quo quis alii fundum uendit, sibi fructibus reseruatis, quatenus totum soluatur pretium; nempè in recompensationem, ut seruetur æqualitas, Idem p.5.tr.4. res. 139.

61 Qui suam locauit v.g. operam eundi Venetias pro 10. Aureis, valet, & ab alio totidem accipere pro eodem itinere peragendo, priori tacita obligatione cum alio inita Venetias adeundi. modò in nullo prior conductor patiatur, sed æquè bene ei satisfiat, ac si ei soli locator seruijsset, Less.l.2.c.23.d.5. n.28.

62 Cum Religioso contrahentes non obligantur, nisi Prælato approbante, Bell. in Prõpt. Regul. v. Contract. n 3. Reginald in Praxi l. 25.n.159.

63 Religiosorum contractus posse claudicare sunt qui asserunt, cum ipsi passiuam non habeant obligationem, at actiuam tantùm. Item, conuentus ex Religiosi professi contractu, nisi ei administratio sit commissa non tenetur, vel nisi inde Monasterio aliquid lucri obuenerit. Neque ob contractum sine Superioris initum licentia, conueniri valet. Tenetur Monasterium ex Prælati contractu, suæ administrationis limites non excedentis. Petr. Bell. ibi n.4.5. & 6. Sot.l.4.de iust.q.5 a.2.

De

64 De contractibus Regularium quatenus validè, aut inualidè celebrentur per superiores, vel subditos; & quatenus Conuentus teneatur pro contr. subditi, & huiusmodi, vide Bordon t.2. de contr. Regularium res. 53 fusè per totum.

Contritio.

Vide verbo Pænitentia.

Contumelia, Cap. I.

1 Fieri aliquando potest vt nullum sit contumelia peccatum, v.g. si quis per iocum, aut correctionem conuitium in alium conijciat; vel nullam credens inde læsionem secuturam. Ob id Superiores acriter subditos reprehendentes innoxiè agunt. Præterea, patres id agentes in filios Item mulierculæ sine lethali se inuicem conuitiantur, pueri, homines infimæ sortis ex iræ impetu; quicquid in buccam venit efutientes; nisi tamen grauem inferre intendāt læsionem, Fill. tr.4 c.3. q.1. n.75. Mol. tr.4. d.18. Clau. Regia l.12. c.4. n.8

2 Non est necesse in conf. regulariter loquendo, ipsas referre iniurias dicēdo, appellaui stultum, furem, adulterum, &c. imò sat dicere erit, toties meum iniuraui proximum grauiter, N c.6. n.18 Si parentes iniurientur à filijs, probabiliter huiusmodi erit circunstantia explicanda. Grauior est contumelia detractione per se, maioris ratione inuoluntarij. Item derisio contumelia habetur grauior, eandē ob rationem; grauior quippe in derisione inuenitur contemptus, quam in contumelia. Fieri tamen aliquando potest veniale tantùm, rationibus sup. dictis de contumelia, imò, & omninò culpam aliquando non continet vllam, vide quæ sup. Verùm verò in Confessione referri ipsas oportet distinctè derisionim, resp. id. quòd sup. de contumelia. Vide etiam de contumelia Bon. t.2. de rest. in part. disp. 2. q.5. p.1. & p.2. de derisione.

Per contumeliam illata iniuria, quando tollatur. Cap. II.

1 Qui contumelijs aliquem affecit, graui se onerat noxa, graui tamen existente materia; siquidem contra charitatem agit, imò & iustitiā; proinde se restituendi afficit obligatione; & quidem sub lethali, in re tamen graui.

2 Nedum ablatus debet honor restitui apud dehonoratum, verùm & eos, qui aderant illatarum tempore contumeliarum; alioqui ad æqualitatem non fieret honoris restitutio ablati. Item qui alium honorare omisit restituere tenetur: modò tamen huiusmodi inhonoratio virtualem contineat dehonorationem, v. g. transeunte Prælato, & alijs cum capitis detectione reuerentibus, tu capite tecto, oculisue toruis inuribanè eum aspicias, vel ei terga vertas; quando interpretatiuè sic eum contumelia afficis, Vide id. ibi p.2.

3 Per contumeliam ablatus honor multis reparatur modis; v.g. per vrbanam ad mensam adhibitionem, honorifici loci cessionem, propinationem, &c. huius-

mo-

modi. At per veniæ petitionem, qualis, & quantacunque illata per contumeliam iniuria abundè reparatur. Ad huiusmodi autem veniæ petitionem non adigēdus Prælatus, vel alius magnæ conditionis vir, erga longè inferioris conditionis hominem vel subditum Religiosum, potè quia per alia restitui huiusmodi valet iniuria, vt sup. hic dixi. Per familiarem autem conuersationem fieri remissio non censetur obligationis, saltem inter inæquales. Hæc omnia etiam de restitutione ob derisionem facienda procedunt, Vide Reginal. l. 10. n. 354. & Bon. vbi sup. n. 5. & 6. cum Doct. ibi citatis.

Copula.
Vide Matrim.

1 SI copula non intercesserit post Matrim. ratum per verba de præsenti, licet ante post sponsalia pluries intercesserit, non ob id consummatum censetur, adeo vt vterque Religionem ingredi libere non valeat, imò tutè vterque, vel altero contradicente ingredi valebit, Barb. in Coll. Bull v. Matrim. ex Sacra Congr.

2 Item copula non obstante, imò & filijs susceptis, si matrimonium fuerit à filia metu adacta Matris mortis periculum minantis, celebratū nullū habetur, dato per septem fuerit cum marito annos copulata post matr. & vt legitima ad vsū Matrimonij adhibita, Idem ibid. ex Sacra Card. Congr. 15 Sept. 1629 per Seraph. decis. 900. & Greg. XV. dec. 395.

Corporalia.
Vide Abbas, Benedictio.

1 COrporalia per Prouincialem consecrantur Regularem Mend. ex priuilegio. Idem de Abbate, Generali, &c. Corporalia rebenedici, vel Consecrari post resarcitionem, si repeciantur, non debent Vide Bert. Fum. v. Corporalia.

Culpa quæ sit leuis, grauis, & grauissima, & de qua culpa in contractibus, quis teneatur, vide v. Cōtractus, & de contractibus in part.

Correctio fraterna.

1 DE peccato veniali correctio sub veniali non debetur. Excipio Prælatos, & qui aliorum curam habēt animarum: fieri enim potest, vt sub mortali teneantur peccata, & dissolutiones veniales corrigere subditorum, ne regularis grauiter obseruantia minuatur, Graff. 1. p. dec. l. 2. c. 60. Azor. l. 12. c. 4. quæst. 4.

2 Peccata non sunt quærenda, vt corrigantur; excipe Regularium, nam per Prælatos inquiri debent vt corrigantur, dato sint occulta; non id tamen anxiè faciendum. Si dubites num sis profuturus corrigere non teneris, præsertim si dubi

bites nocituram fora correctionem; neque de peccato dubio corrigere teneris Bann.2 2.q.33.dub.2.Reginald l 4.c 25.n.339.348 & 357.

3 Fraterna correctio sub mort.obligat his concurrentibus. 1. morali certitudine de statu proximi in p.m vel in periculo grauiter offendedi. 2. quod peccator correctione indigeat. 3. quod probabiliter fructus speretur. 4. item quod inde notabile non timeatur damnum corripienti. 5. quod non expectetur commodius ad correctionem,& oportunius tempus 6 quod deliberate & ex proposito ommittatur,non uero quadam ex tepiditate;nisi peccantis sit indigentia grauis,& nimia corripientis negligentia. Bon. t.2.disp.3.q.p.prop.2.

4 In sequentibus casibus ordo correctionis à Domino Matt. traditus non est obseruandus, 1.peccato publico existente: quia eo casu nulla secreta opus est correctione,sed publicè corripi peccator valet.2.Etiam secreto delicto, si tamen in alicuius vergat damnum,neque satis occurri posse videatur per secretam correctionem,& priuatam monitionem,v.g hæresis, vel prod tionis futuræ. 3. si prudenter omitti huiusmodi priuatam monitionem debere existimādum sit, ad efficatius peccatorem lucrandum per recursum ad Prælatū, qui aportunius valeat adhibere remedium 4 peccatore pro sui humilitate, & proximi ædificatione publicè corripi permittente nulla secreta præmissa monitione. Idem ibi ead prop.Diana 4 p.tr.4 ref.228.

5 Ad subditorum correctionem Prælatos,& Magistratus, nedum ex charitate, imo ex iustitia teneri est probabile:nam ad hoc quasi stipendiantur. Proinde de commissis à subditis excessibus,correctione non adhibita,tenentur. Proinde de commissis à subditis excessibus,correctione non adhibita,tenentur, Diana 5. p.tr. 14.ref.65.

6 Nullo loco correctioni, recurratur ad denuntiationem. Etiam subditi Superiorem, si opus fuerit, (magna edhibita prudentia) corrigere tenentur.

7 Blasphemum fore reprehendendum,etiam nullo sperato fructu,vel emendatione,sunt qui piè asserunt, & probabilissime, vt vel per correctionem confundatur.

8 Infideles,dum spes non subest conuersionis,non tenemur corrigere, saltem probabiliter, alijs affirmantibus.leuioris peccati correctio prætermitti valet, ut delinquens à maiori resipiscat. Ex ignorantia peccans vincibili, corrigi debet,spe supposita emendationis; secus de peccante ex inuincibili ignorantia, nisi ex officio quis admonere teneatur:emendationis tamen spe apparente; non enim hic quicquam peccat. Proinde die ueneris carne uescens inuincibiliter diem ignorans esse Veneris,uel diē ieiunij, admonendus sub præcepto non est. Aliorum hoc intendo,scandalo præciso,vel ipsius ignorantis damno, aut Dei remota irreuerentia,aut religionis,vel étiam damno tertij,ob id, qui inuincibiliter se debitorem alteri ignorat,admoneatur,ne ille damnum sentiat.Item qui ad salutem ignorat necessaria Bon.vbi sup.prop.2.n.11.& alibi.

9 Propriæ cum vitæ periculo corporalis, extremè correctione indigenti subuenire per correctionem tenemur. Proinde ex ignorantia vincibili peccans (non ex malitia,vel ignorantia inuincibili) corrigi cum dicto debet vitæ periculo, si sit in peccato moriturus,extremè enim indiget; modò sperato fructu,n.12.ibi.

Cri-

Crimen.

1 CRimen si coram sit quinque personis patratum ex quorundam senten-tia, notorium, & publicum habetur; at ex communi id prudentis relinquitur iudicio. Ex superioris delicto conuentus non tenetur, nisi inde conuentus aliquid lucri perceperit, aut consensus intercesserit Capituli.

2 Delicto sub sigillo secreti Prælato detecto, consilij causa ab eo, vel auxilij petendi, non fiat de eo vlla inquisitio: secus delicto aliunde sibi noto. Dissimulare crimen valet Prælatus, si delinquens fore credatur peior euasurus ob punitionem; cauendum tamen ne ex nimia indulgentia tota nimis Religionis disciplina eneruetur, & collabatur; ex sperata enim nimia prælati dissimulatione, criminosorum nimium proteruia inolescit, nimio Religionum malo: obseruent igitur Prælati Diui Ant. doctrinam, 3 p. Summ. tit. 19. c. 11. §. 6. Diaz de Iugo in sua pract. crim de conc. c 70 apud Bellas. v. delict. quoad sup. dicta omnia.

Curatus.


1 CVratus, & Ecclesiarũm rectores cogi ab Episcopis non ualent, vt in eorum Ecclesijs celebrare volentibus de paramentis prouideant. Barb. in Coll. v. Curatus, ex Sacra Card. Congr sup. Rit. 1602.

2 Curatus Ecclesiæ Parochialis in funere parochiani defuncti, ad Cathedralem ferendi, Canonicis locum cedat dignorem. Idem ibi. Secus de Canonicis Collegiatæ tantum, quibus ratione stolę precedet. Idem ibi.

3 Curatus prohibere nequit quo minus Regulares Confessarij ad suorum Parochianorum ægrotantium ædes eorum confessiones audituri accedant; modo eorum auditis confessionibus, de hoc Parochum certiorem faciant. Idem.

4 Curatus, etiam ad Episcopum aditu patente, in ie unij valet lege ex consuetudine, dispensare, iusta id causa requirente: consuetudo enim iurisdictionim dat iuxta Azor. l. 7. inst. Mor. c. 29. q. 3.

5 Curatus cuicunque valet Sacerdoti facultatem impertire quodcunque administrandi Sacram. ad Solam enim Pænitentiam administrandam Episcopi requiritur approbatio. Sà v Parochus ex conc. Trid. Tempore nequit pestis populum deserere, imo Sacramenta saluti debet necessaria præbere, aut certe præbentem substituere idoneum. Idem ibi. Præterea idem probabiliter de quocunque dici debet Sacerdote, in extrema saltem necessitate. Idem ibi.



De-

DECIMAE.

1 SI Monasterio à decimarum solutione immuni, aliquid solutioni obnoxiũ decimarum relinquatur, à dicta remanet solutione liberum, & immune, dato sit contra regulam iuris, nempè quod res cum suo onere transit, Lezan.t.3.v.Decima, n 10.ex Sacra Card. decl. At ne pigeat videre Barbos.in Coll.Bull.v.Decimæ,qui in contrarium adducit Card.Congr. Decẽb.1627.& Septembr.1629.

Denunciatio ad S. Inquisitionem.
Vide in fine Cap.IX.variorum.
Cap. I.

1 SE ipsum denunciare tenetur nemo, vel complices: nam sic se proderet: Qui delinquente nouit in edicto contentum, denunciet, licet probare nequeat, & nulla præcedente correctione f.aterna: namque ad correctionem huiusmodi refertur denunciatio, & est iudicialis. Imo emendato delicto adhuc denunciet delinquentem; siquidem fieri ad punitionem denũciatio iubetur, non verò ad correctionem. Vide Diana, p.1.trac.4.res.1.& 2. & res.3. & 8.Vide tamen Ignat. Lup. in edic.S.Off.p.1.l 4.a.2.

2 In edicto contentum delictum, ante confessionem denunciandum: nõ enim absolui pænitens non facta potest denunciatione: necessitate id intellige præcisa,& nisi pænitens, vir conscientiæ sit timoratæ, & se id promittat quàm citiùs acturum. Idem ibi res.27.Auila de Censur.p.2.c.7.dub.7.in fine.

3 Excommunicatio à non denuntiante contracta, si sit secreta, tollitur per Episc.vi Conc.quod extenditur etiam ad futura delicta. Idem de excom.contra non reuelante occulta furta in monitoriis contenta, Bon.t.1.fol.mihi 898.

Hæreticorum denunciatio. Cap. II.

1 QVia cognati vna eamque censẽtur persona, ob id filius patrem in solo hæresis crimine, non in aliis,denunciare tenetur: item vxor maritum,frater fratrem,&c. Item de Reipublicæ proditore,nullo hac in parte obligante secreto naturali; & hoc procedit,dato crimen probari nequeat, modò criminis socius non sit; vel in iis uersetur locis, ubi hæretici passium permittuntur ab Inquisitoribus, & Episcopis Vide Bon. t. 1. de oblig. denunt. d.9 p.2.

2 Nulla probabiliter, iure communi extat.excomm. contra Hæreticos non denunciantes. Ibid.idem n.12. Et Suar. in tract. de fide. disp.20.Sect.4.n.58. pro sup.dictis omnib. omnino debet uideri Ignat.Lup. in Edict.S.Inquis.p.1.l.4. art. 2.diff.1.& art.3.&c.

Crimen.

1 CRimen si coram fit quinque personis patratum ex quorundam sententia, notorium, & publicum habetur; at ex communi id prudentis relinquitur iudicio. Ex superioris delicto conuentus non tenetur, nisi inde conuentus aliquid lucri perceperit, aut consensus intercesserit Capituli.

2 Delicto sub sigillo secreti Prælato detecto, consilij causa ab eo, vel auxilij petendi, non fiat de eo vlla inquisitio: secus delicto aliunde sibi noto. Dissimulare crimen valet Prælatus, si delinquens fore credatur peior euasurus ob punitionem; cauendum tamen ne ex nimia indulgentia tota nimis Religionis disciplina eneruetur, & collabatur; ex sperata enim nimia prælati dissimulatione, criminosorum nimium proteruia inolescit, nimio Religionum malo: obseruent igitur Prælati Diui Ant. doctrinam, 3 p. Summ. tit. 19. c. 11. §. 6. Diaz de Iugo in sua pract. crim. de conc. c. 70. apud Bellas. v. delict. quoad sup. dicta omnia.

Curatus.


1 CVratus, & Ecclesiarum rectores cogi ab Episcopis non ualent, vt in eorum Ecclesijs celebrare volentibus de paramentis prouideant. Barb. in Coll. v. Curatus, ex Sacra Card. Congr. sup. Rit. 1602.

2 Curatus Ecclesiæ Parochialis in funere parochiani defuncti, ad Cathedralem ferendi, Canonicis locum cedat dignorem. Idem ibi. Secus de Canonicis Collegiatæ tantum, quibus ratione stolę precedet. Idem ibi.

3 Curatus prohibere nequit quo minus Regulares Confessarij ad suorum Parochianorum ægrotantium ædes eorum confessiones audituri accedant; modo eorum auditis confessionibus, de hoc Parochum certiorem faciant. Idem.

4 Curatus, etiam ad Episcopum aditu patente, in ieiunij valet lege ex consuetudine, dispensare, iusta id causa requirente: consuetudo enim iurisdictionem dat iuxta Azor. l. 7. inst. Mor. c. 29. q. 3.

5 Curatus cuicunque valet Sacerdoti facultatem impertire quodcunque administrandi Sacram. ad Solam enim Pænitentiam administrandam Episcopi requiritur approbatio. Sà v Parochus ex conc. Trid. Tempore nequit pestis populum deserere, imo Sacramenta saluti debet necessaria præbere, aut certe præbentem substituere idoneum. Idem ibi. Præterea idem probabiliter de quocunque dici debet Sacerdote, in extrema saltem necessitate. Idem ibi.



De-

DECIMAE.

1 SI Monasterio à decimarum solutione immuni, aliquid solutioni obnoxiũ decimarum relinquatur, à dicta remanet solutione liberum, & immune, dato sit contra regulam iuris, nempè quod res cum suo onere transit, Lezan.t.3.v.Decima, n 10.ex Sacra Card. decl. At ne pigeat videre Barbos.in Coll.Bull.v.Decimæ,qui in contrarium adducit Card.Congr. Decẽb.1627.& Septembr.1629.

Denunciatio ad S. Inquisitionem.
Vide in fine Cap.IX.variorum,
Cap. I.

1 SE ipsum denunciare tenetur nemo, vel complices: nam sic se proderet: Qui delinquente nouit in edicto contentum, denunciet, licet probare nequeat, & nulla præcedente correctione fraterna: namque ad correctionem huiusmodi refertur denunciatio, & est iudicialis. Imo emendato delicto adhuc denunciet delinquentem; siquidem fieri ad punitionem denũciatio iubetur, non verò ad correctionem. Vide Diana, p.1.trac.4.ref.1.& 2. & ref.3. & 8.Vide tamen Ignat. Lup. in edic.S.Off.p.1.l.4.a.2.

2 In edicto contentum delictum, ante confessionem denunciandum: nõ enim absolui pænitens non facta potest denunciatione: necessitate id intellige præcisa,& nisi pænitens, vir conscientiæ sit timoratæ, & se id promittat quàm citiùs acturum. Idem ibi ref.27.Auila de Censur.p.2.c.7.dub.7.in fine.

3 Excommunicatio à non denuntiante contracta, si sit secreta, tollitur per Episc.vi Conc.quod extenditur etiam ad futura delicta. Idem de excom.contra non reuelante occulta furta in monitoriis contenta, Bon.t.1.fol.mihi 898.

Hæreticorum denunciatio. Cap. II.

1 QVia cognati vna eamque censetur persona, ob id filius patrem in solo hæresis crimine, non in aliis,denunciare tenetur: item vxor maritum,frater fratrem,&c. Item de Reipublicæ proditore,nullo hac in parte obligante secreto naturali; & hoc procedit,dato crimen probari nequeat, modò criminis socius non sit; vel in iis uersetur locis, ubi hæretici passium permittuntur ab Inquisitoribus, & Episcopis Vide Bon. t. 1. de oblig. denunt. d.9 p.2.

2 Nulla probabiliter, iure communi extat.excomm. contra Hæreticos non denunciantes. Ibid.idem n.12. Et Suar. in tract. de fide. disp.20.Sect.4.n.58. pro sup.dictis omnib. omnino debet uideri Ignat.Lup. in Edict.S.Inquis.p.1.l.4. art. 2.diff.1.& art.3.&c.

Denunciatio Confessariorum ad turpia, pænitentes sollicitantium. Cap. III.

1 PRo hac mat. vide cap. 13. Variorum in fine libri.

Quicunque, siue mares, siue fœminæ, denuntiare Confessarium, qui eos in confessione ad turpia sollicitauit obligantur, vel prouocauit, occasione, aut confessionis prætextu. Præterea Confessarii eos tenentur huius obligationis admonere sub noxa lethali. Confessarius verò à pænitente sollicitatus ad id præstandum non deuincitur, nempe ad pænitentem denunciandum, Bon. l. infra cit. n. 16, Lupus in Edict. S Inquis. vt infra.

2 Item denunciare tenentur Confessarios, qui cum eis turpes habuere sermones, & inhonestos, seu tractatus. Proinde sollicitatus Confessarius, qui sollicitanti consentiit fæminæ, vel masculo denunciandus est; contra nonnullos; idem de masculum sollicitante, Idem, licet confessio non sequatur, si sollicitatio in loco fiat cōfessionis, vel prætextu illius, Bon. vt infra. n. 15 Vide nouiss. Ign Lup. in edict. S. Inquis. p. 1. l. 5. diffic 6. 7 &c.

3 Qui ante, vel paulo post confessionem fæminam sollicitauit denunciandus. Hæc omnia Diana 4. p. tr. 5 res. 1. & res, 4. 2 Bon. t. 1. de oblig. den. d. 6. p. 3. n. 6.

4 Laicus, vel Clericus, si in loco se confessioni deputato accommodet, ibique confessionem audiat, & sollicitet, uigore bullæ non est denunciandus, Bulla de Sacerdotibus sermonem habente. Secus si facultatem non habens audiendi confessiones idem effingat, cum sit Sacerdos. Item si fæmina in confessionario de rebus ad confessionem non pertinentibus cum Confessiario sermonem faciat, & ibi fiat sollicitatio, vel de turpibus sermo habeatur Diana p. 1. tr. 4. res. 15. 16 17. & 18.

5 Confessiario cum lenone in confessione de fæmina prostituenda, agente, sibi, vel alijs. denunciatio fiat a lenone Fæmina ad ea, quæ non sunt carnalia, sollicitata, non fiat denunciatio. Materiæ paruitas nulla datur à peccato lethali liberans, vel à denunciatione. Qui etiam sub naturali scit sigillo, Confessarium pœnitentem sollicitasse, nisi pænitens denunciet, & id ipse prestet. Idem ibi res. 19. 20 & 21. Item & 24.

6 Ante constitutionem Greg. XV. commissa, ui non sunt constitutionis, crimina denuncianda, nam ad futura tantum dirigitur. Idem 4. p. tr. 5. res. 40.

7 De hoc & Episcopi crimine ualent cognoscere: imò & eorum relinquitur arbitrio testium numerus pro sollicitatione approbanda. Ibi res. 52.

8 In Confessione chartam Confessario pænitenti tradente, postea legendam; in qua sollicitatio continetur, fiat denunciatio. Confessario sollicitationi consentiente, sed statim de turpidus loqui desistente, in aliud tempus huiusmodi sermones differente, neque absolutionem impendente, adhuc denunciatio fiat: sat enim est sollicitationi acquieuisse, vel de turp. egisse. res. 2. & 4.

9 Confessario pænitentem, in confessione impudicam cognitam, extra Ecclesiam insequente, & eam sollicitante, denunciatio non fiet, probabiliter. Secus de Confessario, qui statim à confessione puerum in cellam, chirographum confessionis acceptum, ducit, ibique sollicitat, est enim à puero denunciandus, uel ab alio, id puero non præstante. Confessario aliquod luxuriæ peccatum in confessione cum pænitente committente, vel proximè ad Confessionem huiusmodi in confessione

ſione eſt circumſtantia explicanda: nimirum quia ſpeciem mutat, ratione ad Sacramentum irreuerentiæ, Diana ibi, vt ſup. p. 4. tract. 5. reſ. 7. 11. & 32. Hurtadus de Sacram. pæn diſp. 9. diff. 4.

10 Confeſſario, pænitenti fæminæ pro pænitentia imponente, vt nuda à ſe verberetur, fiat denunciatio; inhoneſti huiuſmodi ſunt actus, ob id, puniendi. Item pænitentis domum petente confeſſario, ad ibi cum alia turpiter agendum.

11 Confeſſario de zelotypia in confeſſione amaſiam arguente, probabiliter nulla facienda denunciatio. Secus ſi vltra peccati repræhenſionem repræhenſio procedat, v.g. minando amaſiæ, ſi deinceps cum riuali confabuletur, vel illius intret domum, &c. Item denunciatio facienda, ſi ante confeſſionarium ſtantem pænitentem, vel ſedentem confeſſarius alloquatur, & eam ſollicitet. Secus, ſi vocatus Cōfeſſarius in alicuius Domum pro confeſſione facienda, ibi ſollicitet: niſi tamen in loco confeſſioni deputato ſollicitet, & ſub confeſſionis vmbra; tunc enim denunciandus.

12 Graue damnum in rebus temporalibus, vel amicorum, non excuſat à denunciando; excipe, niſi denuncians ſtatum mutare cogeretur, Idem Dian. ibi reſ. 47. 45 43. 38. & 36.

13 Fæmina, quæ non denunciauit, & poſt incurſam excommunicationem, non eſt abſoluenda, dato id præſtaturam enixè promittat; non enim in re tam graui facilè eſt vafrè forſan promittenti fides adhibenda, reſ. 35.

14 Signis tantùm ſollicitans, denuncietur. Item, ſi dubiis ſignis, vel verbis ſollicitet, denuncietur. Item qui poſt ſollicitationem ſtatim pænituit: imo quamuis emendatum eſſe conſtet. Item Confeſſario pænitentem ex pulchritudine laudāte, & venuſtate, fiat denunciatio; excipe, niſi alio fine conſtet huiuſmodi laudatiua protuliſſe verba quàm ad ſollicitandum. At ſi metu confeſſarius ſollicitatus conſentiat, non denunciandus. Pænitente ad fornicandum confeſſarium ſollicitante, ſi ipſe dicat oculis, vel tactibus contentum fore, denuncietur omninò, Diana ibi, reſ 25. 22. 23. 18 15. & 13.

15 Tandem, confeſſarius fæminæ ſollicitatæ non declarans denunciandi obligationem, vel non teneri dicens, ab Inquiſitoribus puniri quibit. Pænas ſollicitantium Vide apud Diana abundè ſatis locis ſup. cit. & tract. 7. de pænis delictorū. Et Bonac. vbi ſup. de oblig. denunciandi, &c. diſp. 6. p, 3.

Cætera de denunciatione in generali. Cap. III.

1 PRælato ſub excommunicationis pœna alicuius peccati mandante denūciationem, Euangelica forma non ſeruata, non obediendum, peccato occulto, niſi quando damnum ſibi imminet, vel proximo, vel ſi non ſperetur emenda, vel ſi peccatum ſit leue, non infamatorium; & hoc in publica denunciatione. In ſecreta verò reuelandum, ſiue præceſſerit, ſiue nō monitio, vel correctio: nā valet ad recidiuum præcauendum, neque fama laborat; obediendum enim Prælato, in ad eius officium ſpectantibus, neque Deum offendentibus; hoc præſertim quando per ſigna valdè probabilia, & præſumptiones quaſi violentas non crederetur fore, vt Prœlatus per hoc ſubditum ſit infamaturus. Summa

Aurea. Armilla v. Denunc. n. 2.

2 Nota pro regula, si id, quod præcipiēte Prælato denunciatur, præciso præcepto non posset denunciari absque peccato, neque cum præcepto debet denunciari: siquidem Deo magis, quàm homini obediendum. Item, peccatore iam correcto, nulla eius fiat denunciatio, nisi recidiui imminente periculo; iuxta tamen sup. dicta de denunciatione facienda ad S. Inquisitionem. Idem ibi.

3 Qui omne crimen iurauit denunciare, intelligi eo debet modo, quo licet: Proinde illicita denunciatione existente, nullum tenet iuramentum. Quòd si intendat in omnibus se obligare peccat, neque adimpleat. Vice versa, si non denūciare iurauit, de non debita intelligatur denunciatione ex præcepto, Idem. loco eod. num. 3.

4 Qui denunciare intendit, non ex odio, imò iustitiæ id zelo faciat Monitorium, eos solùm afficit, quos iudex intendit, imò solum quos pars affici intendit, in cuius fauorem publicatur monitorium. Idem de quacunque ad partis instantiam lata excommunicatione. Proinde filii, pater, vxor, mater, &c. non afficiūtur. Excipe, nisi de impetrantis mente aliud constet: si dubitetur, absolutio tutius obtineatur, Patr. Nau. l. 3. c. 2. q. 2. d. 5.

5 Magno cum periculo denunciare non tenemur. Blasphemantem patrem, filius licitè denunciat, præsertim ricidiui periculo extante nisi denunciet. A leuibus audita personis, denunciare non tenemur. Idem de auditis ab ignotis, vel quorum non meminimus, Vide Bon. t. 1. de oblig. denunc &c disp. 6. p. 1. §. 1. 2. 3

6 Si probabiliter Prælatus remedium credatur non adhibiturus, denunciare non tenemur; secus si dubium sit. Item, quæ probare non possumus, denunciare vi edicti non tenemur; qui tamen probabiliter credit ab aliis sciri, denunciare tenetur. Excipe hæresim, blasphemiam hæreticalem, vel nisi in graue publicum non vergat damnum, vel tertii; item matrimonii impedimenta, quæ omnia etiā secretissima denuncianda omnino, Ibi §. 4. & 5. Vide Fill. t. 14. c. 2. q. 8. n. 32.

7 Siquis intra præscriptum in monitorio tempus non denunciet, eò tenetur elapso quamprimum denunciare, alioqui excommunicatione irretitur.

8 Vtrùm verò toties excommunicationem incurrant, quoties omittunt, commodè denunciare ualentes, dissentiunt Doctores, ego unicam incurri puto, dato grauius delinquant quò diutius culpabiliter differunt Bon. ibi 5. 9.

9 Hæc excomm. tollitur per eum qui tulit, vel ab eo facultatem habentes; vel etiam, secreto delicto, per Episcopuem, ui Concilii Trid. Idem ibi §. 10. Rodr. in summa p. 1. c. 81. n. 4. ad fin. Tol. l. 4. c. 42. num. 13. Nau. in Man. c. 27. n. 260.

Depositum.
Vide de contract. in gen.

1 Depositarius re vti valet deposita, primò, si id domino non putet fore molestum: licet postea id domino displicuerit, bona cum fide excusante. Secundò, expressè, vel tacitè domino vsum permittente: & hoc casu si res vsu non sit consumptibilis, in naturam transit cōmodati; v. g. equo depositato, vel veste, &c. secus de pecunia, vino, &c. siquidem eo casu si

vsus

vsus concedatur, in mutui transit naturam, Bon. t. 2. de contr. disp. 3. q 13. p. 1 n. 3.

2 Depositarius re, vel pecuniis negotians depositatis, licet usus per deponentem sit ei vetitus, sibi lucrum retinere tute valet: modo ob id aliquod non sit damnum passus; & re præsertim consumptibili depositata; quippe id industriç censetur lucrum, non rei, pote quæ non fructificat ex se, nisi industria addita. Ibi idẽ n. 4. & 5. Reginald l. 25. n. 557. Mol. disp. 523. n. 2.

3 Rem suam deponens apud alium, omnibus præfertur creditoribus, nisi res deperdatur, vel illius fuerit dominium in depositarium translatum, vt sup. modo cæteri item creditores non sint depositores; tunc enim pro rata habebunt, nulla prioritatis habita ratione; & modo ex deposito nullum depositor perceperit à depositario lucrum, Bonac. vbi sup. p. 3. n. 6.

4 Depositarius, per se loquendo, re deperdita restituere nõ tenetur, nisi oblatam sit culpam deperdita, nam depositi contractus in deponentis solam vtilitatẽ celebratur: vt sup. de contractibus, Ibi n. 2.

5 Depositore depositum exigente in sui perniciem, v g. ad se occidendum, si sit gladius depositatus, restituere non debet depositarius, nisi alias sibi graue immineat, si deneget, damnum; charitate hoc erga deponentem exigente. Imò rem depositam deponente ad alium interficiendum postulante iniustè, omninò deneganda, nedum sub p. m. contra charitatem, uerum etiam contra iustitiam, nisi alias, ut dixi, depositario si deneget graue immineat damnum; ob id de damno tertio nempe secuto ob homicidium, depositarius tenebitur; potè qui contra iustitiam deliquit, & hoc probabiliter saltem. Vide ibi n. 6. remissiue.

6 Religioso de prælati consensu facto depositario, re ob ipsius religiosi latam pereunte culpam, monasterium restituere non tenetur, nisi quatenus aliquid utilitatis ex deposito fortè senserat. Idem de deposito Episcopo, uel Clerico facto, non enim Ecclesia, nisi ut sup. tenetur, ibi p. 2. n. 2.

7 Missum per hominem fidelem habitum ad Dominum depositum, si pereat domino perit. Item depositario rem depositam domini tradente familiari, si perit, domino perit Secus si leuiter credens, signum aliquod afferenti, dedit, præsertim re prætiosa depositata. In conscientia recompensatio fieri tute valet in deposito, loco rei debitæ exigi non valentis: quicquid de foro sit externo. In periculo, depositata res, tuis omnibus tutè post habebis, si in tradentis tantùm fuit depositum initum vtilitatem Si in vtriusque, tuis æqualibus; si in tuum tantùm fauorem, tuis prætiosioribus; offerre quidem aliena, pro tuis seruandis, periculo nõ potes; sed tua seruare neglectis alienis, modo sup. dicto, tutè vales, modò vtrasque seruare non vacet, Vide Garziam c. 1. Mol. à dubio 522. sed in primis vide Sa v. Depositum per totum, cum author. ibi allegatis.

Detractio.

1 MAterialis detractio, nempè sine detrahendi animo facta, nullum continet peccatum, ex iusta facta causa, nõ enim formalis est detractio; v. g. aliquo ad superiorem alterius deferente delictum ad correctionem; vt sup. de correctione fraterna, & denunciatione. Loquens cũ delictum sciente, dato sit secretum, non peccat: malo fine remoto, & prauo affe-

ctu,

ctu,Pet.N.l.2.c.4.n.286.Bon.t.2 de ref.in part.q.4.d.2.p. 1.n.3.

2 In detractione paruitas datur materiæ, & indeliberatio à lethali excipiens detrahentem. Detractio de Sacerdote,vel patre,matre,&c. speciem mutat,ob id aperiendum,& id in confessione. Idem de superiore probabiliter,quippe sacrilegium,& impietatem huiusmodi continet detractio, Ibi n.7.Regin. l. 24.n 72. Em.Sà v.Cont. n.1.

3 Non omnis lethalis peccati detectio peccatum inducit mortale, nisi etiam grauis famæ læsio fiat. Proinde de milite dicere duellum, vel fornicationem cõmisisse,lethale non erit;quia de huiusmodi solent milites iniquè gloriari. De defuncto detractio,graui supposita materia,lethale est ad restitutionem detractorem deuinciens;tum ipsi defuncto , tum etiam hæredibus in aliquo damnum passis;dato etiam damnatum esse certò constet: vt constat de paganum infamãte vel infidelem,Bon ibi.p 2.n 1.2.3.

4 Venialis relatio peccati aliquando mortale inducit,v.g.Prælatùm, vel huiusmodi personam deditam dicere mendaciis,vel si in facie venialia in contemptum detegantur. Aliquem dicere esse gulosum,superbum,iracundum,&c. plusquam non est veniale;quippe huiusmodi licet ex se peccata sint lethalia, attamẽ vt plurimum venialia committuntur;& hoc generaliter loquendo,attento quod hic sup.dixi de p.veniale reuelante, Ibi n.6.&c.

5 Talis Religionis Religiosum dicere esse adulterum fornicarium, &c.si de tali Religione,vel conuentu optimus habeatur conceptus,lethale erit;dato persona sileatur:siquidem in vniuersam redundat id infamiæ Religionem.

6 Aliquem esse de Iudæis dicere oriundum,vel Turcis:aut esse spurium, & huiusmodi naturalia detegere vitia,si in absentia fiet,non lethale continet: secus si coram:quippe eo casu detractio contumeliæ naturam induit, imo ipsa fit contumelia. Ibi eodem p.per n.n. sequentes,Mol.t.4.disp.19.n 5.

7 Vni,vel duobus alterius detegere crimen,ob honestum finem,noxam non continet lethalem,v.g.in delinquentis emendationem,vel publicum bonum. Itẽ probabile non plusquam esse veniale,vni vel alteri alicuius reuelare crimen,si vir prudens,fidelissimus,& taciturnus sit cui reuelatur:modò de huiusmodi reuelatione delinquens non admodum , foret molestè laturus,Mol.ibi n.7 Suar tr.4. disp.34 sect.1.n.2.

8 Notorium facti,vel iuris alicubi delictum,si quis alibi detegat,vbi ignoratur,non peccat contra charitatem,vel iustitiam. Item,non est pecc.saltem lethale de peccatis dicere alterius,expresso se nihil certi scire, sed tantum audita referre:etiam si aliques putet qui detrahit ex audientibus facilè credituros; siquidem eo casu damnum non à narrante,sed fit ex credendi narrata facilitate audientium.

9 Qui falsum dicendo alium infamauit,se falsum dixisse dicere nõ tenetur: imò sat se retractare erit apud auditores : & hoc præsertim detractore magnæ viro auctoritatis. At qui vera fando quem infamauit,occulto delicto existente , diffamatum penes eos comendabit,qui se detrahentem audierunt;Si futura impossibilis credatur restitutio,pecunia compensare pro fama præcisè non tenetur; de damnis,vtique,pecunia æstimabilibus,tenetur. Probabile tamen,infamatum vti posse compensatione,non quidem maledictionibus,sed non restituẽndo , si fortè, & ipse infamanti teneatur famam restituere. Nota plebeum cum vitæ dis-

cri-

crimine nobili famam restituere non deuinci; uita famæ superiore existente: Diana p.3 tract.5.res.17.& 28.& 30.

10 Sibi irrogatam secrete iniuriam amico referens, non detrahendi animo, sed doloris causa leuandi, mortali se noxa non afficit; durum enim nimium est afflictum cohibere animum, irrumpentibus quærimonijs, res.32.

11 Non est cur detrahens se apud omnes, qui delictum à se detectum audierũt retractet, cùm fortè impossibile sit, sed apud sui auditores retractare se sat erit; de damnis verò, si ob infamiam quid sit passus, tenebitur. Detrahentem audiens, neque corrigens ob timorem, vel negligentiam, aut verecundiam, non plus quàm veniali se deuincit noxa; nisi corrigere ex officio teneatur, Idem ibi res.33.34.35

12 Peccato non peccat detractionis, qui in confessione complicem manifestat, saltem si eo tacito speciem nequeat pecc. aperire, neque alium adeundi confessarium commodo suppetente, cui criminis socius non sit notus; imo probabiliter manifestare tenetur, siquidem nulla, vel leuissima inde oritur infamia. Secus si inde sibi, vel complici probabiliter aliquod notabile timeat damnum in vita, vel fama extra confessionem; imò & alicuius tertio; hoc quippe euentu à tota subsideat confessione, vel si necessariò debeat confiteri, de eo sileat peccato, cæteris patefactis; illud autem postea alij patefaciat peccatum, cui complex non sit notus, Bon.t.2.vbi sup.q.4.p.4.n.2.

13 De alio enormia narrans, & grauissima delicta, licet sine asseueratione, vel ex auditu, lethaliter delinquit: v.g. hæresim, proditionem, sodomiam. Secus de alijs ordinarijs criminibus, nisi magnæ sit auctoritatis vir, & ob id ei facile non asserta credantur; vel nisi se audiuisse dicat à magnæ auctoritatis viris; vel nisi audita augeat; vel tandem, nisi auditori, statim cum exaggeratione alijs narraturo, narret. Raro omnia hæc concurrunt, ideò non facilè huiusmodi excusãtur relatores, Idem ibi p.3.n.2. Nau.c.18.n.50. Azor.3.p.l.13.c 6.d.6.

14 Alteri alterius referre delicta, propter quæ iam alias fuit infamatus, contra iustitiam nõ militat, licet iam bonis recuperauerit, & virtuosis famam actionibus; modò adhuc improbus à referente non significetur; proinde crimina antiqua referre, & non emendationem, lethalem continet culpam, re graui. Itẽ loqui cum ignaris, de causis, ob quas aliquis in carcerẽ sit detrusus, non est peccatum, Bon. vbi sup.p.6.n.4.& 5.

15 Narrante aliquo de vnius delicto, & auditoribus de alio intelligentibus, statim hoc à narrante scito, eos de errore admoneat, saltem ex charitate, non iustitia. Qui bona narrauit fide, alicuius delictum, putans v g. esse publicum, statim ac non fuisse tale sciuerit, retractare se tenetur ex iustitia. Idem, si verum existimans delictum id egit, cum fuerit falsum; quod si bona fide durante aliquod sit detractus damnum passus, restituere non tenetur, bona eum fide liberante, p. eod.

16 In vno criminis genere infamatum in alio infamare, peccatum est detractionis, v.g. de adultero infamato, dicere esse furem, blasphemum, &c. Secus in eodem genere, v g. de adultero dicere esse fornicarium, p.7.n.1.

17 Pro bono delinquentis eius licet reuelare delictum. Item pro alterius malo vitando spirituali, vel temporali alicuius momenti, nisi per solam valeat impediri secretam correctionem. Proinde Medici, aduocati, &c. de falsa se iactantes peritia, clientibus, &c. detegi valent. Item cum impedimento Matrimoniũ inire volentes, vel Religionem cum aliquo notabili impedimento, siue defectu ingredi inten-

utendentes. Item, si falsò uni homicidium imputetur, qui homicidam scit id detegere pro innocente tenetur liberando. Item famulum furem conducere volens, ab eo, qui eum probe furem nouit debet admoneri ne eum in seruum cōducat. Item hypocrita ne alios falsa doctrina inficiat, vel hæresi, auditoribus pro tali ut caueant aperiendus. ibi p.8. per totum

18 Se ipsum infamare, citra aliorum præiudicium, u.g. familiæ, Religionis, uel subditorum, non est p. saltem lethale; & hoc probabiliter; namque unusquisque suæ est famę dominus, sicut & diuitiarum. Sibi hæresim imponere nefas ob Christianæ Religionis præiudicium. Item non licet cum vitæ periculo, se tale u.g. homicidium dicere patrasse. Item ob humilitatem quis suum valet delictum manifestare, præsertim si ad famæ alicui ablatę restitionem id sit necessarium idem ibi p.10.

19 Iudice interrogante, citra ualet peccatum mortale interrogatus, se delictum commisisse respondere, licet occultum, dato iniustè interrogetur, si uitandi gratia tormenti agat, etiam si ex confessione mors certò speretur: siquidem, ut suppono, iam morte dignus est, ergo iusta Extante causa eam sibi ualet procurare. Imponere falsum sibi crimen pro grauibus euitandis tormētas, item fas erit, citra tamen iuramentum, etiam inde morte expectata: quia cum tanto non tenemur cruciatu uitam, sub peccato saltem lethali tueri. Non id tamet filio pro patre à morte liberando, uel tormentis licebit, modo iustè interrogetur: siquidem per mendacium dignæ mortis executionem impediret, & publicam deluderet iustitiam.

20 De quo delicto secretum promisi naturale, ob grauia euitanda tormenta tutè possum aperire, etiam morte delinquentis secutura, vel infamia: quippe cū tanto non teneor incommodo secretum seruare naturale, non Sacramentale; modo inde publicum non sit damnum oriturum, & verum dicatur, Nau.cap.18. Regin.l.24.n.91 Less.l.2.c.12. d.15.n 8.

21 Contra delinquit iustitiam detractorem audiens, & aliquo eum modo ad detrahendum mouens: imò grauiùs ipso detractore delinquit: nam peccatum scandali peccat respectu detrahentis, qui ab eo inducitur ad peccandum, & peccatum patrat contra iustitiam, & charitatem respectu detracti; ob id restituere tenetur, defectu detractoris. Solùm verò de detractione alterius ab alio facta delectari, peccatum charitati contrarium continet, non verò iustitiam; propterea ad vllam non adest restitutionem obligatio: nisi fortè corrigere detrahentem ex officio teneatur neque corrigat, tunc enim restituat oportet, detractore id non præstante, Ben.ibi.p.11.n.1. & 4.

22 Detracto per optimos famam mores adepto, vel infamia obliuioni tradita, nulla restitutionis manet obligatio. Excipe damna, si quæ fortè sit ob detractionem detractus passus, quæ fore constat restituenda. In vno delicto infamatus, per detrahentem non restituitur, si eum aliùs virtutis, genere distinctæ, dono, conetur celebrare, neque enim huiusmodi tenetur compensationem acceptare. Less.l.2.c.11.d.17.n.98. Mol tract.4.disp.41.n.2. Vide Bon. vbi sup. p.16 & vlt.

23 Nedum qui falsum, verùm & qui verum detexit crimen sed occultum restitutioni fit obnoxius tum famæ, tum damni, si quid in rebus sit passus, p.16.n 1

24 Infamatus crimina infamantis occulta detegendo, ne ei fides habeatur, non peccat; vim enim vi repellit; si hoc quatenus necesse est ad infamiam faciat iniustam.

ſtam repellendam. Idem patet de reo occulta teſtium crimina detegente ad eorum fidem labefactandam, ſi falſum deponant, uel non iu idice interrogentur: falſa uero opponi non poſſunt crimina ob quamcunque tandem cauſam. Rebell. l. 4. q. 13. n. 6.

25 Diffamatus reſtituendi obligationem remittere nequit, poſito infamiam in alterius prę iudicium vergeret, v. g. Religionis, filiorum, vel ſubditorum, vel vxoris, vel patris neque enim Religioſus, vel pater, &c. cedere aliorum valet iuri, nēpe Religionis, filiorum, &c quod habent in Religioſi famam, & filius in patris, vel vxor in mariti. Alias vnuſquiſq; obligationē ſibi famæ reſtituendæ valet infamatori condonare, Bon. ibi p. vlt. n. 5. Regin. l. 10 n. 338.

26 Qui alterius occultum manifeſtauit delictum, ſi poſtea id per iuſtitiam diuulgetur in publicum, reſtituere non tenetur; iam enim ius ad famam amiſit. Item, reſtitutio impoſſibilis à nemine neceſſariò præſtatur. Item, non valente famæ reſtitutione fieri, detractoris vita tuta, vt ſup. Itē, famæ minoris reſtitutione impoſſibili effecta, ſine longè maioris famæ euidenti periculo, v. g. nobilis, reſpectu plebei; at alio ſi fieri quibit modo compenſetur, vel remiſſio obtineatur. Id. Bon. ibi p. vlt.

27 Infamatoris hæres reſtituere loco defuncti famam non debet: damna verò ex infamia, vtique, niſi defunctus ſatisfecerit. Infamato mortuo, honoris, vel famæ reſtitutione non facta, hæredibus non fit, niſi quatenus ad ipſos defuncti infamia redundat, vel quatenus in bonis læſi fuerunt. Vide omninò Mart. Bon. locis ſup. cit. & quoad hoc vltimum. Vide p. vlt. n. 15. p. N. l. 2. c. 4. n. 426. Leſſ l. 2. c. 11. dub. 21

Dignitas.
Vide Prælatus.

1 Dignitas eſt adminiſtratio cum iuriſdictione rerum Eccleſiaſticarum; huiuſmodi ſunt Prælaturę in Religione, v. g. Generalatus, Prouincialatus, Prioratus, Guardianatus, Abbatia, &c. Rodriq t. 1. q. Reg. qu. 23. ar. 9. & q. 13. ar. 18.

2 Diſtinguitur à perſonatu, qui eſt præeminentia, ſeu præcedentia ſine iuriſdictione, v. g. diffinitoriatus proc. general. & id genus. Ab officio, quod eſt adminiſtratio ſine præcedentia, aut aliqua iuriſdictione, v. g. Procuratoriatus, Sacriſtianatus, Vicariatus conuentus, priore, vel alio ſuperiore præſente. Idem ibi q. 23 a. 9.

3 Coincidit cum præpoſitura, niſi ſolum denotet præcedendi munus, tunc quippe cum perſonatu confunditur. Lezan. t. 2. de priuil. & off. Regul. cap. 13.

4 Ab honoribus, qui idem ſunt cum perſonatibus, nempe Diffinitoriatibus, ordinis procuratiis. A Gradibus, qui ſunt Magiſteria, Doctoratus, Baccalaureatus, & huiuſmodi, Idem ibi n. 6. Vide etiam P. Guazzinum l. 1. c. 48. def 6.

5 Vtrum illegitimi ad dignitates diſpenſari queant per Generalem, Prouincialem, &c. infra. v. Electio ad finem; vide ibi pro affirmatiua ſententia.

6 Dignitatem habens, vbique ea gaudet, & eum comitatur. Sacra Congr. 2. Martii 1602 Regularis ad Dignitatem extra Ordinem euectus, a paupertatis probabiliter uoto abſtringitur, ex Diana 5. p. tract. 2. res. 64 & 65. item 66.

7 Religioſus certò ſe ineptum ad dignit. obeundum ſciens, Superiori uel ſub uirtute obedientæ præcipienti, morem gerere non tenetur; etiam de Prælatura

Q in Reli-

in Religione accipienda præcipienti. Coadiutari,non priuari ob insufficientiam, vel ineptitudinem debēt Dignitate fungentes. Petr.Bell.in promp.Regul. v. dignitas,n 9.& 13.ex Glos.finali in cap.Episcop.dist.74.

8 Dignitate,& Prælatura fungentes, honoris loco, angustias persæpe experiuntur.

9 Pōtificia præcisa disp.quis duas eodē tēpore habere dignitates nequit,vel Prælatias.

10 Ad dignitates,& Prælat.recusantes,digniùs,quàm affectantes assumuntur. Id.Bell.v. Prælatura,n.5. Cætera,vide v. Prælatus.

DISPENSATIO.

Vide Lex.Prælatus Regul. in Miscellaneo capite pro Relig.

1 PRælato num dispensandi iustam habeat causam dubitante,licitè dispensatio fiet:siquidem in dubio in mitiorem est partem inclinādū. Imò inferiore Prælato bona fide dispensante, iustam si putet habere causam, valet dispensatio,licet iustam postea non fuisse appareat,neq;sufficientem. Si verò in lege tentet Superioris dispensare, causa dispensandi iusta non extante,vel putata,nulliter dispensat. Superior verò in sua semper valet lege dispensare validè,etiam sine causa;dato non semper licitè faciat,sed venialiter saltem delinquat,imò ob scandalum,si adsit,mortaliter;item si alterius interueniat præiudicium,saltem notabile. Idem dico de huiusmodi dispensationem petente:non enim in tali casu dispensatione vtendo quicquam delinquit,cum bona fide excusante,quæ supponitur. Diana p.1.tract.10.res.31.33.34. & 32.Sanch.in Sum.t.1.l.4.c.45.n 10.

2 Errore in petentis nomine commisso,vel loci,non ob id validitas tollitur dispensationis. Neque aliquo,scriptoris incuria,errore irrepto,ob id rescriptum vitiatur,ita vt per Commissarium executioni mandari nequeat. Salas de legib.disp.20.sect.16.n.123.& Diana ibi res.36.

3 Inconsulto valet Pontifice Episcopus cum pauperibus dispensare,qui paupertate pressi adire summum non valent Pontificem;non enim tenetur Episcopus suos insumere redditus in huiusmodi obtinendis dispensationibus,Sanch.in summ.t.1. l.4 c.40.n 39.

4 Prima non extinguitur uice dispensatio: u g. siquis castitatis Emisit uotum, vel religionis, & postea dispensationem obtineat nubendi, quippe sæpius inire hic matrimonium tutè quibit. Sanch. de matr. t.3.C.8.disp.31.

5 Abbates, aliiue inferiores prælati, iurisdictionem habentes ordinariam, etiam nullius diœcesis, facultate probabiliter gaudent Episcopis concessa dispensādi, & absoluendi per C. Trid. sess. 24.c.7. Idem de Superioribus Regularium in subditos Id.t.l.2.c.11.n.5.

6 Si à Confessario facultatem dispensandi habente dispensetur super impedimento, tenet disp.si in Sacramentali fiat confessione mentaliter tantùm, putando tam ipse, quam pænitens sufficere absque uerbo, Dispenso.

7 Si dubitetur,num causa in dispensatione uel priuil. uel gratia tacita, uel falso narrata, sit finalis, úel impulsiua, impulsiua censenda: nimirum quia in dubio

Iro

pro actus præsumitur ualiditate.

8 Metu extorta dispensatio, nulla est. Iubilæi tempore facta uoti dispensatio bona fide, tenet, dato postea Inbilæum non obtineatur. Vide Diana 4.p.tract.4. res.118. id.tract.3. res.45.& 3.p.trac.5.res.25. & 118.

9 Dispensatio super impedim. cognationis, vel publicę honestatis, nulla valet, copula inter eos habita, & in petitione tacita. Illa subreptitia dispensatio censatur, in qua aliquid tacetur, quod secundum Romanæ Curiæ stylum necessario erat exprimendum. Dispensationis cessante causa, dispensatio non item cessat. Proinde ad carnium esum obtenta dispensatione in Quadrag. ob infirmitatem, si ea cessante adhuc dispensatus carne vescatur non peccat; quia per dispēsationem obligatio extinguitur legis: ergo causa cessante reuiuiscere non valet, Diana 4.p.tract 4.res.135.& 1.p.tr.10.res 42.& ibid.res.41 Sà v. Gratia n.6.

10 Duobus concurrentibus matrimonij impedimentis, ad alterum per dispēsationem ualidè tollendum, utriusque mentiō fiat oportet, sic stiylo habentę, Diana ibi res.39.

11 Aliquo Sacerdotem occidente uoluntariè, in obtinēda irregolaritatis dispensatione sat est dicatur hominem fuisse occisum, Sacerdoti i tacita circumstanstantia Ibi Diana res 30. Sanch. de matrim.tomo 3.l.8.disp.21.n.22.

12 Dispensare tenetur superior, rationabili occurrente causa; imò iurè petita dispensatio, & iniustè negata, iure ipso concessa censetur. Causa dubia extante Prælatus ne dicat subdito, tuam onero conscientiam, uel, remitto tuæ me conscientiæ. Iusta occurrente dispensandi causa, & necessaria, neque Prælato adiri ualente, qui dispenset, ad Epicheiiam subditus recurrere tutè ualet, iudicando scilicet legem non fore rigorosè obseruandam, uel omninò in eo casu non obligare. p. Bell. in prempt. Reg. u. disp.n.6.7.8.& 9.

13 Secum valet Superior dispensare in iis, in quibus cum subditis idem valet num.12.

14 Dispensare ualet Episcopus in uoto strictioris Religionis à Religioso nuncupato. Superior Religiosorum dispensare nequit cum subdito, ut extra ualeat Monasterium semper permanere. Regulares ualent Confessarii cum incæstuosis coniugatis ad debiti petitionem coniugalis; modo per Superiorem ad id sint specialiter deputati, & sufficit Monasterii Superioris deputatio. n.13.14.& 15.

15 Dispensandi data facultas, intelligitur causa id requirente iusta. Dispensandi potestas morte non expirat concedientis. Item, cui cum aliquo dispensandi data est potestas, dispensat & dante mortuo, quia gratia quædam est. Dispensandi fauorabilis est potestas, ideo extendenda; at ipsa est dispensatio odiosa, potè quæ est contra ius. Qui in affinitate dispensandi facultatem obtinuit idem in publica valebit honestate, si forte erratum in petitione fuerit, & loco publicè Genestatis habeatur affinitatis; uel si in rescripto idem error habeatur fauorabilia namq; extendēda. Non od id tamen qui maius potest, & minus tutè poterit, nisi iu casu, ut dictum fuit ob præsumptam Superioeris uoluntatem, quæ semper præsumi potest, cum rationabile erit. Sà v. Disp.n 3.6.& 7.

16 Scienter faciens id, in quo dispensatione opus est, dispensare censetur, si valet, v.g cum Prælatus ad id facultatem facit, quod fieri sine eius dispensatione non potest, Idem ibi n.8. Vide Syl. dispensatio 11. n.21.

17 In ijs valet Episcopus dispensare, in quibus sæpè caditur, v g. ieiunijs, festis,

&c per ius commune prohibitis; itē materia leui existente, Syl. n. 7. 14. & 15. loc. c.
18 Valet dispensatio, tacito eo, quod si expressum fuisset, dispensatum dificiliùs fuisset, & regulariter, tacere id, quod exprimi non iubetur, non nocet: excipe, nisi secus Curiæ Romanæ stylo habeatur, vt sup. Item non valet dispensatio super cognatione, tacito quòd se carnaliter cognouerint, Sà ibi n. 10. vide sup. n. 9
19 Illegitimi ad ordines dispensatio, de minoribus intelligitur; ad beneficiū, de non curato; si ad curatum, non de dignitate intelligitur. Ad ordines dispensatus, simplex valet accipere beneficium. Ad certum dispensatus beneficium eo nō obtento culpa remota propria, virtute potest illius dispensationis aliud habere. Idem Sà ibi n. 13. 14. 15.
20 Supremus valet Princeps secum in suis legibus, vel prædecessorum dispensare, imò eis coactiuè non tenetur, sed directiuè tantùm: nullus enim se valet ipsū sententiare coactiuè. In lege verò Superioris inferior nullus dispensat, nisi in quibusdam casibus, vt sup. hic. Proinde Summus valet Pontifex in lege positiua Canonica, vel Pontificia secum, & cum aliis dispensare omnibus. Secus in lege naturali, vel diuina, nisi ex quadam interprætatione, vel declaratione quòd in certis casibus non obliget, Vid. Bon. t. 2. de leg. q. 2. disp. 11. p. 1.
21 In legibus per Concilia Prouincialia conditis si reseruentur, solus valet Papa dispensare; non verò Archiepiscopus, casu excepto necessitatis. Item Concilium ualet congregatum. Si uerò nulli fiat reseruatio, ut solet, Episcopo data præsumitur facultas disp. pro sua uniuscuiusque diæcesis, ut patet ex usu. Archiepiscopis uerò pro sua tantum diæcesi, non suffraganeorum, nisi uisitationis, & appellationis tempore. ibi prop. 3. per totum.
22 Inferioris statutum per Superiorem confirmatum, per conditorem nequit amplius derogari, si confirmatio fuit substantialis, secus si accidentalis; In lege Superioris non reseruata, inferior non ualet dispensare, generaliter; quibusdam casibus exceptis, & nisi secus de Superioris uoluntate appareat, ut sæpe de legibus pontificiis respectu Episcoporum constat ad prudentis arbitrium; ut si de leui sit materia lex condita ad mort. non obligans, uel si de rebus sæpe fiat contingentibus, uel necessitate ad dispensandum urgente, uel utilitate, ut de impedimentis constat Matrimonii posse graui aliqua id exigente causa per Episcopum tolli. Idem Bon. ibi prop. 3. per totum Sanch. in opere mor. l. 4. c. 40. n. 39.
23 Confessarii Mendicantium ex priuilegio dispensare valent cum pænitente Mandatum, uel rescriptum afferente apostolicum pro dispensatione obtinenda in aliqua lege uel impedimento canonico, licet doctoratus aureolam non sint adepti. Rodr. t. 1. questionum Reg. q. 63. art. 8. apud Bon. ibi p. 2.
24 Quando sponsi de communi consensu dispensationem super aliquo Matrimonii impedimento obtinuerunt, sponsorum altero contrahere Matrimonium iniustè renuente, integras dispensationis ipse solus soluat expensas. Iustè uerò resiliens, & alterius sine culpa, partem soluat. Iustè autem ob alterius culpam contrahere renuente, qui est in culpa ut alter resiliat, uniuersas ipse solus soluat expensas Bonac. ubi sup. de leg. disp. 1. q. 2. §. 3. p. 11. 3. prop. n. 6. &c.
25 Qui contractis sponsalibus culpabiliter impedimentum contraxit, ipse dispensationem solus obtineat, ut promissum contrahat matrim. si id commodè possit. ibi 3. prop. n. 10.
26 Qui sponsalibus celebratis & dispensatione obtenta in fornicationem albitur,

bitur, altero cõtrahere nolẽte ob id matr. totas ipse solus soluat expẽsas. Secus si ante sponsalia iã fuerat fornicatus. Qui autem post sponsalia ingredi intendit Relig. portionem tantùm soluet, modo ante dispens. Religionis non haberet capessendæ animum, Id. ibi 3. prop.

27 Causa finali dispensationis cessante, obtenta iam dispensatione, nisi executioni missa sit, vel iam suum sit effectum sortita, probabile habetur, & ipsam cessare dispensationem, quamdiu causa cessat finalis, v.g. si Episcopus ad dispensandũ habeat mandatum cum aliquo ab irregul. propter paupertatem, & ipsum dispensauit ad ordinem, sed ante Ordinum susceptionem sibi ille diuitias comparauit, tutè amplius nequit ordinari, quamdiu diues manserit; hoc probabiliter, Id. ibi p. 10. 3. prop.

28 Mendacijs, vel dolo extorta disp. nulla est, mendacijs, vel dolo circa causam versantibus finalem: nulla quippe adesse dispensandi in superiore censetur volũtas. p. 6 num. 2.

29 Aliquo in supplicatione tacito, vel falsò narrato, quod si sciuisset superior non dispensasset, nulla redditur dispensatio Secus si difficiliùs tantùm dispẽsasset. Si in vna tantum rescripti parte falsitas contingat, in ea tantum nulliter dispensatur. Ibi & Sanch. l. 3 disp. 39 n. 13 Suar. de voto l. 6. c. 27.

Pro materia dispensationis videndus tract. de exemptione regularium nouissimi P. D. Franc. Cespedes, dub. 81. 306. 308. 315. Item P. Franc Bordon variæ res. seu Consil. Regul res. 10. &c ad 15. vbi ad sup. Reg. plurima, & plurimum spectantia, docte disserit, & eruditè, Item Zach. Pasqualig. in praxi ieiunii, &c. fol. mihi 381. &c. vsque 414. Item singularia Theol. Mor. Anton. Quintanaduenas fol. mihi 246. &c. tract. 9. sing. 12. &c. Item Magnus Pellizzarius in Man. Regul. tom. posteriori tract. 8. cap. 3. subsectione 3. n. 139. &c. & tr. 9. c. 3. sect. 4. vbi multa congeruntur pro Regularibus scitè, & doctè.

Diuortium.
Vide Adulter, Adulterium.

1 Diuortium facere valens perpetuum, ingredi item propria auctoritate valet Religionem, & in ea profiteri altero licet inuito. Vir innocens propria valet auctoritate adulteram domo pellere, nisi ipsa iudicis vellet sententiam prætendere, & omni remoto scandalo. Item eam abscedens valet dimittere. Contra naturam peccatum, iustam diuortij præbet causam. Diuortio secuto, filij partem sequuntur innocentem.

2 Adulterio notorio, dos amittitur. Item propter nuptias donatio. De paraphernalibus iudex viderit. Facta reconciliatione omnia redduntur. Mortua adultera, ad illum redeunt ad quem post mortem redibant. Sine culpa adulterans, vel cui diuortij causam præbuit maritus, dimitti nequit. Ad correctionem aliquando temporale fit diuortium. A coniuge discedi nefas amente, nisi vitæ ob periculum. Ab adultera debitum petens, ob id facere non censetur reconciliationem, nisi facere ex indicijs constet: proinde innocens nocenti reddere debitum non adigẽdus, donec de remissione constet.

3 Coniuges ab inuicem separari possunt, etiam quoad habitationem, corporis, aut

asit animæ periculo imminente. Item propter pertinacem alterius hæresim, adulterium, sodomiam, vel cum alio pollutionem extraordinariam; quibus adhuc secretis, & ex separatione scandalo futuro, iudicis requiritur auctoritas. Secus de tori tantũ separatione.

4 Diuortio facto, innocens alteri non tenetur, etiam emendato, reconciliari; imò ad ordines promoueri, vel Religiosus valet fieri; in monasterium adultera tamen detrusa. Ad licitè ab altero diuertendum, vehemens sufficit adulteri suspicio, ita vt pro cessitudine habeatur, Vide Em. Sà v. Diuortium per totum, sicut & in seq. vsque ad n. 7.

5 Annuente vxore, votoque emisso continentiæ, vir tutè Sacerdos fieri valet: sit tamen oportet vxor senex. Idem de vxore innocente; quoad Religionem. Non admittenda illa sententia existimantium vxorem à marito furtis dedito, neq; ab eis cessare volente, discedere posse. Idem de vsurarij vxore. Sà vbi sup.

6 Nullus tenetur innocens adulteram dimittere, scandalo ex retentione remoto. Ipso etiam marito adultero, nequit adultera dimitti: excipe, nisi emendato eo adhuc illa impænitens perseueret. Verùm dimittere nunquam vxor adulterum tenetur maritum, nisi ex dimissione emendatio speretur secutura, Idem ibi.

7 Cum mortua fæmina copulam habere, vel bestia, ad diuortium non sufficit; nulla hic carnis extat diuisio cum alia persona. Vir, & vxor in causa diuortij sunt pares.

8 Innocens qui propria fecit auctoritate diuortium, reddere non tenetur debitum, & cum adultero habitare, dato per excomm. cogatur, eo quod delictum sit secretum; & hoc dico ex natura rei; non enim in conscientia ligatur; at scandali forsan ratione tenetur. Bon t. 1 de ijs quæ pert. ad vsum matr. q 4. p 5. Nau c. 22. n. 23.

9 Innocens nedum ualet maritus dimittere uxorem adulteram, uerum & tenetur, si ex dimissione ad meliorem speretur fore frugem reducendam; secus minimè. Non refert utrum alter adulterium commiserit, alter uero bestialitatem, uel sodomiam; aut utrum alter semel tantùm, alter uero sæpe sit adulteratus; uel vtrum alter secretè; alter uero occulte delinquat; nimirum quia in conscientia diuisam fuisse carnem sufficit, licet semel tantum, uel occulte. Idem ibi Bon. n. 13. & 14. Sanch. l. 10 disp. 9.

10 Viro remotam tantum adulterandi causam præbente, u. gr. uxorem uerberando, increpando, alimenta subtrahendo, &c non dicitur iustam adulterandi causam dedisse, ad hoc ut eam relinquere liberum ei non sit. Idem si debitum negauerit uxori coniugale.

11 Diuortio facto, innocens iure adulterum require re ualet ad simul habitandum: excipe nisi per Ordinum, uel Religionis susceptionẽ sit status immutatus. Innocente facto diuortio adulterante, adhuc prior delinquens reuocare eum nõ ualebit; Iudex quidem ad reconciliationem eum redigere iure ualebit. Bon. ubi sup n 15. & 19. 17. 16.

12 Delicto occulto, ualet ab innocente nocens matrimoniale petere debitum; imò etiam publico crimine, petere ualet sine crimine, non uerò iure ualet exigere; quippe innocens tuta ualet conscientia negare, uel reddere pro ut libuerit. id num. 20.

13 Ob præsertim, uel probabiliter futuram mariti sæuitiam, ad tempus fieri potest diuortium, quatenus emendetur, uel cautio præstetur. Item ob furorem.

Item

Item ob alterius in alterum mortem intentatam. Item ob inductionem ad peccandum, vt sup. Item ob veneficium vxoris in filios. Item ob viricidij periculũ. Item si vterque voto castitatis nuncupato, sibi debiti reddendi obligationem remiserunt. Hæc de diuortio satis. Vide Sanch. disp. 18. n. 19. & n. 22. Couar. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 6. Nau. c. 12. n. 21.

Doctor.

1 DOctor in docendo principalius honorem suum intendens, quàm Dei, lethali se premit culpa: secus si secundario. Henricus à Gand. to. 1. quodlib. 1 quæst. 34.

2 Docenti verbo, aut scripto ad Christianam Religionem spectãtia, in ordine ad Deum, & charitatem, siue in Theologia sit licentiatus, siue non Aureola non denegatur Doctori debita. Contra verò, Doctori licenciato, & Doctoratum adepto non docenti, aut ad malum docenti finem, aut vanum, negatur: hoc, ideo, quia ad Aureolam promerendam magis actus respicitur, quam status; actus, in illo, non item in isto reperitur. Idem ibid. quodlib. 2. q. 12.

Dolus.
Vide Contractus, Commodatum.

1 A Lata culpa, iuris ignorantia non excusat, à dolo excusat; ob id & à pena dolo debita; proinde vbi lex, vel statutum dolum requirit verum, ignorans quantumcunque culpabiliter, doli non afficitur pænis. Secus dolo non requisito vero, sed præsumpto tantum: nam ignorãs crasse, vel supinè non excusatur, nisi expressè dolus requiratur.

2 Fieri non valet pactum quod quis de dolo non teneatur; quippe huiusmodi est pactum contra fidem debitam, & bonos mores; proinde re deperdita dolo depositarij, & à fortiori locatarij, vel commodatarii, nullo de non restituendo, etiã ob dolum, adiecto pacto non liberatur recipiens à restitutione.

3 Professio, vel spiritualis alius contractus non annullatur dolo interueniẽte, v. g. si quis dolo ad Religionem inducatur suscipiendam. *Secus de* contract. temporalibus. Vide Fum. v. Dolus per totum.

Domicilium.

1 DOmicilium est vbi familia, aut conuersatio assidua, vel vbi habitatio cum manendi intentione; & ille ibi domicilium dicitur habere, vbi cum bonis omnibus suis reperitur, saltem ex præsumptione, item, si ibi maior suorum habeat bonorum pars. Soar. l. 7. Ench. v. Hoc.

Do.

Donatio.
Vide Contractus.

PRo Regularibus vide Pellizz.t. 1.tr.6.c 9. de bonis non alienandis fusè
1 Donatio non dicitur beneficij collatio: ob id ob ingratitudinem non reuocatur, Sà don.n.3.

2 Per metum facta donatio, firmata iuramento, valet licet ad obtinendam donationem incutiatur; ideo det iurans oportet, at accipiens restituat, n.4.

3 Monasterio donatum legitima non relicta, reuocatur vsque ad eam, si filij postea nascantur, iuramento non obstante donationis non reuocandæ; de filijs enī non cogitasse donator censetur; neque per filiorum mortem confirmatur; quippe actio extincta fuit. Idem de quibuscunque alijs facta donatione, saltem si remuneratoria non sit. Prorsus reuocari huiusmodi donationes sunt qui dicunt, Id ib.n. 5

4 Coniugi facta donatio tenet, si inde non fiat donās pauperior, vel ob causā piam, vel in remunerationem, vel si ad tempus referatur soluti Matrimonij, aut causa mortis, vel si promissa condonetur dos, aut addito, de non reuocando, iuramento, aut per mortem confirmetur donatoris, vel tandem donante, in Religione nihil possidente, profitente, Mol.dist.289.apud Sà vbi sup. n 6.

5 Donatio etiam verbalis vim tenet dominij transferendi. Promissio, nō ita, secluso iure saltem positiuo In totum donatio extraneo facta, filijs donatori natis, reuocatur; proinde donatarius statim donanti natis filijs restituat. Filius patre consentiente, causa valet mortis donare. Item ea, in quibus pater vsum fructum non habet, Id.in addit.& n.28. item Mol.l.2.c.18.

6 Donatum, adiecto de non alienando pacto, probabiliter adhuc ualide alienatur, si dans nullum sibi, aut alteri in eo ius reseruauit: peccat autem alienator, pote qui fidem frangit, cui se, acceptando, obligauit saltem tacitè. Aliquo tibi quid donante, animo tui ad Religionem u. g. disponendi, uel alium statum, ni id facias, tutè retines. Syl.u. pact.q.4.

7 Donare prohibitus certam ultra summam, remuneratoriam facere donationem non uetatur, aut gratitudinem, uel pietatem exercere: etiam si filiorum minuatur legitima. Causa mortis facta reuocari potest donatio uel sola pænitentia, uel donatario præmortuo, iuramento, uel promissione non reuocandi præcisa. ibi n.2 . & 16. Mol.287. dub n.10.& 11.

8 Omnium non est inualida bonorum donatio, si præsentium intelligatur, neque futurorum addatur, pietatis saltem causa facta, uel sibi aliquid reseruando, uel causa dotis uel mortis facta, aut iuramento, uel morte firmata. Donatio reuocari ualet etiam donationis facta scriptura, testibusue præsentibus, nisi sit acceptata; Quod si præsens donator sit, etiam tacens acceptare censetur. Patris ualet donatio, in casibus, in quibus coniugis ualet. Donatio matris, auiæ, uel aui materni, ualet. Pater filio propter nuptias, ad bellum eunti, & emancipato uel remunerando, ad alimenta, honorem acquirendum, & studii causa, nec non bonorum filii usum fructum donare ualet. Vide Sa ibi per totum.

9 Patris donatio emancipatione conualescit. Idem patre mortuo. Aui donatio, aduenticia censetur, ideo nepoti acquiritur. idem ibi n. 14. item Mol. dub. 921. de donatione patris in filium.

10 Inter

10 Inter sponsos de futuro tenet donatio. Inter uerò sponsos de præsenti non est firma, sed reuocari potest. Alicuius subueniens necessitati donare non censetur. Patris donatio in filium legitimum, non emancipatum, regulariter loquendo, non est firma, sed reuocari potest ad patris arbitrium, nisi iuramento firmetur. Idem omnino de inter coniuges donationibus. Vide Sa donatio n. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

511 Sine insinuatione facta donatio, si a lege præscriptam excedat summam, non tenet, saltem quoad excessum, neque in conscientiæ foro: iuramento uerò firmata, quantacunque sit tenet, uel ad pias causas, &c ut sup. Idem ibi n. 1. Mol. de contr. disp 278; & 279.

12 Donatio Monasterio, uel Ecclesię tempore ingressus facta, tacitā habet cōditionem, donatore in Religione perseuerante; proinde eo recedente, omnia sunt ei donata restituenda. Secus de facta Ecclesiæ donatione vel Monasterio sine ingressu, dato postea fiat ingressus, & donator recesserit, Bell. v. donatio n. 6.

13 Donare valent Regulares de Superioris licentia, cognatis, pauperibus, vel amicis de se benemeritis. Item remuneratorias facere valent donationes, & Const. Clem. VIII. intelligitur de donationibus ambitionis causa factis, & simplicibus. Adhuc, non ob quamcunque factam donationem contra Clementinam pœnæ incurruntur ibi contentæ, sed duorum saltem summa requiritur Aureorū. Id. ibi n. 1.

14 Donatio est liberalis datio: proinde illa tantùm verè est dicenda donatio, & propriè, quæ ex mera fit liberalitate, & magnificentia; non verò quæ ex alia causa, v. g. remunerationis, vel cōpensationis, quæ antedotalis vocatur. Præterea, donatione vetita, vel per legem prohibita, solū de vera intelligitur donatione.

15 Volente aliquo aliquid Religioso donare, si hic donatorem roget, vt amico, vel consanguineo donet suo, non peccat contra votum, vel in Clementinam, licet sine Superioris id licentia agat: modò priùs id Religiosus non acceptauerit tacitè, vel expresè; quippe hic nulla adest donatio, sed acquirendi desitio, Bon. t. 2. de contr. disp. 3 q. 13. p. 1. per totum, Sanch. l. 6. de Matr. disp. 4 n. 7.

16 Impuber sine tutoris licentia nequit, quibit acquirere. Idem de minore absque curatoris consensu, ea tamen donare poterit, quæ alii suæ conditionis donant; imò accepta à minore restituenda non videntur, nisi à curatore repetātur, vel à minore restitutionis in integrum vtente priuilegio: nam à vero fuere accepta domino, & se obligauit naturaliter, Ibi p. 2. n 2. & 3. Sanch. ibi disp. 38. n. 11. Mol. disp. 277. n. 12.

17 Beneficiarius non potest ad libitum congruæ sustentationi superfluos donare fructus beneficij ad profanos vsus at donatio si fiat tenet, vt sup. de benef. Nota militem non posse concubinæ donare, & facta donatione, eam valet reuocare: hoc intelligo de gratuita, & liberali donatione, vt sup. hic. proinde ob corporis donata vsum, repetere nequit, vel alia obsequia.

18 Ad donationem quingentos solidos excedentem insinuatio requiritur; alioqui non tenet quoad saltem excessum, nisi firmetur iuramento, aut ad causas fiat pias, aut à principe fiat absoluto. Est autem solidus idem fere quod Ongarus, vel Zechinus Venetus. Donatio diuerso facta tempore, valet, siue eidem, siue diuersis fiat personis, dato respectu omnium summam excedat supradictam. Idem Bon. ibi p. 2. n. 7. & 14. & p. 6. n. 3. & 4.

19 Cui excedens facta fuit donatio, restituere donec repetatur non tenetur; lex enim donatarium ad dominij non facit acquisitionem inhabilem; at solum facultatem donatori facit repetendi, Ibi n.6. Mol. disp. 278. n.21. Fill. tr. 34. c. 4. q. 6. num. 79.

20 Non valet ad donantis arbitrium donatio reuocari, facta inter viuos; excipe in donatario ingratitudinem, nisi ob causam sit donatio facta, vel non reuocandi iuramento addito, ob etiam ingratitudinem. Ab hæredibus etiam reuocari valet ob ingratitudinem in donatorem defunctum commissam, modo ille ingratitudinem in se commissam ignorauerit, & ob id non reuocasse censeatur, Imò & ab hæredibus quod donatum defuncto donatario fuit, repeti quibit per donantis hæredes. Ibi p. vl. n. 2. Fill. tr. 34. c. 5. n. 124.

21 Mortis causa facta donatio, à donante vsque ad mortem reuocari valet, ac si esset testamentum, vel legatum. Nota donatorem de euictione teneri donatario. Donante tibi dicente, dono tibi talem, talis loci terram, quæ 15. constat iugeribus, tua erit, inuento 20. constare iugeribus. Idem si non tot constare inueniatur iugeribus, sed paucioribus, Rebell. l. 18. q. 12. n. 7. quoad primum; quo vero ad reliqua, Summa Armill. verbo Don. n. 5. & n. 8.

Dos
Vide filius, parentes

1 Dote promissa non soluta, interim uir ualet, & hæredes pignoris frui tute fructibus matrimonii onera tamen non excedentibus, & fructus dotis: alio non inter se conuento. Idem de uiduis, & quolibet, cui dos ea debetur etiam ad soluendum dilatione concessa, cũ pacto de interim aliquid dando. Item loco fructuum accipere pecuniæ tantundem valet, ex dotis fructibus percipi solitis. A viri debet hæredibus vidua pauper ali, intra annum, in quo dotem restituere non coguntur. Statim ei sua reddenda sunt immobilia, vestesue lugubres; has tamen restituet, alio intra annum celebrato matrimonio: neque ali debet, si à secundo ali viro valeat, Sà donatio. Vide Sà dos, n. 18. Tol. l. 5. c. 30.

2 Propria auctoritate vir adulteram occidens vxorem, bona sibi alioqui cessura ob adulterium, amittit: nullo in contrarium statuto, vel consuetudine extãte.

3 Tota reddenda dos, etiam si vir causa multa expenderit. Bona viri omnia pro dote sunt hipothecata. Item pro paraphernalibus ab ipso ministratis, & pro donatis ob nuptias: at sola habet das prælationis locum, uel fortè & propter nuptias donatã. Creditoribus præfertur omnibus dos, etiam prioribus, nisi dos item petatur, quæ præcedat: uel nisi expressam alii habeant hypothecam. At omnino consuetudini standium. Vide Sà ibi a n. 10. ad 15.

4 Vxorem occidens, bona alioqui sibi cessura morte uxoris non acquirit. Idem si eius culpa obeat, sed uxoris habebunt hæredes. Idem de vxore virum occidente, quippe quæ nihil habebit. Dos alienari non potest vxoris, aut donatio propter nuptias, sine vxoris liberè facto iuramento, & sine dolo. Item repeti valet dos viro bannito, vel non reddi, item eo ad inopiam vergente, Ibi n. 9. & 8. item nu. 6. quoad hoc vltimum.

5 Fi-

5 Filiæ nubentis pactum, quod sola contenta dote, reliqua patris bona renũciet, nullum, citra iuramentum, valet. Si autem eam pater ad iurandum dolo, aut metu reuerentiali inducat, se fore contentam dote minore legitima, lethali se onerat culpa, & quidem contra iustitiam, Nau. c.17.n.152.

6 Dotis fructus vsque ad vxoris mortem viri sunt; quod superest, restituendum, si sit magnum quid. Fructus restituere non tenetur paraphernalium, si modici sint, vel de vxoris consensu consumpti. Sine dote vxor ducta, ali a viro debet. Dote promissa non soluta, accipere domo vir non tenetur, aut alere; domo tamẽ ob id pellere nequit innocentem vxorem, aut Matrimoniale ei negare debitum, n.4.3. ibi Sà. Vide Sylu. dos 4.

7 Matrem dotare filij non tenentur; filiam utique pater, imo indigentem, & auus paternus, & ex eodem patre pater. Qui filijs legitimam dedit, eis, vel eorũ filijs dotem dare non tenetur; auo dotem dante, in legitimam computabitur. Vide omnino ibi Em. Sà in principio, & Sylu l.c.

8 Sine patris consensu filia nubente, & indigno viro, aut luxuriosam eligente viuere vitam, patre eam matrimonio iungere volente ante vigintiquinq; ætatis annos, pater constituere dotem non tenetur: alioquin pater dum sui est iuris filiæ dotem tenetur constituere: etiam filiæ diuiti, vel post primæ dotis constitutionẽ sine dote inculpabiliter manenti, vel emancipatæ, vel Religionem ingredienti, aut si sit naturalis, vel spuria. Patre sub patris potestate manente, auus dotem constituet, Bonac. de contr. disp 3.q. 11.p 2.n. 16. &c.

9 Si filiæ alicui legato sint centum relicta si nubat, si verò Religionem ingressa fuerit, quinquaginta, adhuc centum debentur Religionem ingressæ, ibi n.11.

10 Item beneficiarius Clericus, de beneficij valet fructibus filiæ spuriæ dotẽ parare, nisi bona habeat patrimonialia; sicut etiam alimenta piè dabit. Nota patrẽ filiæ, inuito eo, & indigno viro nubenti, dotem alimentis commensuratam negare non posse, excedentem verò posse. Mater filiam dotare non oneratur, præcisa necessitate, nempe si ex patre, vel aliunde nihil possideat, & eius alioquin pudicitia laboret. Cæteri consanguinei in transuersali linea, vt patruus filiam sororis, aut auunculus fratris filiam, &c. dotare non coguntur; sicuti neque præbere tenentur alimenta, nisi eleemosyne titulo, ibi p. eod.

11 Quæ adulterando dotem amisit, non eam recuperat si postea non fuisse validum probet matrimonium; violauit quippe matrimonij speciem. Item vidua à mariti fratre repetens dotem repellitur, si forte sit fornicata, fecit enim defuncto iniuriam marito. Pater propter filiæ adulterium dotem amittit mortuo marito; secus si de eam restituendo sit stipulatus, Armilla v. Dos n. 15 17. 18.

12 Dotis causa præcisè ad laicum pertinet iudicem. At in causa de diuortio faciendo perpetuo ob adulterium, ad Ecclesiasticum spectat: Idem si de diuortio ad tempus faciendo agatur. Item alimentorum causa, & dotis amittendæ ad Ecclesiasticum spectat, si coram eo de diuortio agatur. Si criminaliter agatur de adulterio ad sanguinis pœnam infligendam, iudicet laicus. Si de aliis infligendis agatur ob adulterium pœnis, Ecclesiasticus, uel laicus, est enim mixti causa fori. Bonac. de contr. tomo 2. disp. 3. q 11. p. 13. n. 1. & 2.

13 Ob læse maestatis crimen, dos publicatur uxoris; item ob hæresim: excipe, nisi in contrarium sit ab eo qui dotem tradidit stipulatum, uel aliud per statutum habeatur. Idem ob uiolentiam, parricidium, ueneficium, ut homicidium

propter vxoris adulterium formale, consummatum contra mariti voluntatem, & modo eodem non sit crimine maritus coinquinatus, aut cum adultera recōciliatus vel ob adulterium non ea occiderit, vt sup. & modo is, qui eam dotauit non sit de sibi restituenda dote stipulatus soluto matrimonio, & adultera filios viri nō habeat, vel prioris matrimonii, dos amittitur, & marito, saltem post sententiam, acquiritur. Vide ibi p. 11.

14 Per vim adulterium passa dotem non amittit: secus si ob metum, nisi sit grauis a peccato verò non excusatur. Ad pœnam amissionis incurrendam, sufficit per quemcunque modum cum alio habere copulam, siue viro, siue fœmina, siue naturaliter, siue contra naturam. Non lucratur vir adulteræ dotem, si ei ad finē lucrandi ob adulterium dotem debitum neget coniugale, vel alimenta, vel domo expellat; quippe & ipse in adulterium censetur consentire. Secus si aliam ob causam id agat etiam ex odio, & iniustè. Vide per numeros à 5. vsq. ad 13.

15 Post sententiam dotis marito adiudicatæ, ipso marito adulterium patrante, ob id adultera dotem habebit amissam, vel si reconciliato fiat; & quoad hoc vltimum saltem probabiliter. Vir dotem acquirere nequit, si falsis suum adulterā delictum testibus occultauerit, & innocentem se probauerit. Idem si falsis marito testibus crimen imposuerit adulterij. Non valet pactum iniri, ne vxor dotē amittat etiam si ipsius culpa diuortium sequatur.

16. Diuortio secuto, ad alendam vir non tenetur adulteram; secus non secuto.

17 Si dos promissa non fuit, sine viri culpa, soluta, ad eam restituendam non tenetur. Secus si in petendo aliqua sit à viro commissa negligentia, etiam leuis; eo enim euentu matrimonio soluto, ac si eam recepisset, restituere tenetur. Nota, si dos ab ipsa vxore soluenda, vel ab ipsius patre, aut alio ascendēte per lineā masculinam, nisi soluatur, maritum matrimonio soluto reddere eam non teneri; quippe non censetur in non petendo culpam quamcunque commisisse, cùm potiùs ob vxoris reuerentiam, vel patris, &c. non petijsse censeatur, consequenter vt negligens restituere non tenetur dotem verè non habitam.

18. Ob vxoris delictum dote publicata à viro non est vxor alenda, si parentes, qui id prestare queant habeat. Secus si non habeat. Ibidem id Bonac. à n. 13. ad finem. Vide etiam Sanch. l. 10. disp. 8. n. 28. cum alijs ibi à Bon. fusè allegatis.

Dubium.

Vide scrupulus, opinio.

1 CVm conscientia licet dubia operari practicè, & speculatiuè, adhibita tamen pro dubio tollendo speculatiuo diligentia, & modò rationabilis subsit causa practicè operari suadens, Speculatiuo manente dubio. Benigne multi sunt resoluendi casus pro animabus alleuandis, enimirum quia regula, In dubio tutior pars est eligenda, solum obligat in dubiis practicis, non vero speculatiuis, & abstractis; & partem sequendo minùs tutam sed probabilem, formare possum conscientiam, seu iudicium moraliter certum, mihi hic licere, & nunc, operari secundum scientiam speculatiuam probabilem. In dubio verò practico, quisque partem sequi debet tutiorem, Diana p. 4, tract. 3. res. 1, 2. & 3.

Re-

2 Regula illa, In dubio melior est conditio possidentis, non in materia solùm est vera iustitiæ; imò & aliarum virtutum. In dubio, num quis sit illegitimus, legitimus censendus. Milites de belli iustitia dubitantes, si principi bellum gerenti subditi sint, procedere ad bellum tutè valent. Secus de non subditis. Ob id alienigenæ mercede conducti, qui continuis stipendijs pacis tempore sub eodem degebant Principe, (& ij enim subditi censentur) bellare tutè valent, dubio de iusticia extante. Idem à fortiori indigenæ facere quibunt. ibi ref. 46.7.

3 De Prælati legitima potestate subditus dubius, probabiliter ei non tenetur obedire. Secus dubio extante, num res præcepta sit licita; quippe eo tenetur casu obtemperare; nisi tamen obediendo, sibi, aut tertio aliquod magnum timeatur in rebus, honore, vel fama damnum, vel in corpore. Si verò Prælatus de rei præceptæ honestate, vel de suæ iurisdictionis excessu sit dubius, & adhuc imperet, tunc subditus dubius parere non cogitur, ref. 8. & 9.

4 Bona fide rem vendens, si postea, num sit aliena dubitet, habere animum non tenetur pretium domino restituendi, comperto esse furtiuam; si locupletior inde non sit factus. Duobus concurrentibus præceptis, si vtrum illorum obliget dubiū sit, eo quod simul impleri non possint, vtriusque consideranda grauitas, & natura, nihilo certi comperto, quodlibet eligatur adimplendum. Qui num sit excommunicatus dubitat, se gerere vt excommunicatus nō debet, Ref. 70 & p. 2. tr. 15. ref. 11

5 Dubitans, num causa in narratiua expressa alicuius rescripti, sit finalis, vel impulsiua, impulsiua censenda, ob actus nempe fauorem. Num suum suffragium rem concluserit iniustam dubitans, ad rest. non tenetur. Item si dubitetur num Religiosi sit uera professio valida cēsenda. Itē, dubius de præcepti obligatione, per cōsuetudinem introducta, illam seruare non tenetur; quia in dubio nemo velle censetur se obligare. Si quis res vendens indifferentes de malo vsu dubitet ementis, si merè negatiuè dubitet, licitè vendit; Si verò positiuè rationabiliter de ementis dubitet malo vsu, licitè etiam uendit, si rationabilis subsit vendendi causa; & minor sufficit, quàm cum abusus est certus, Ref. 64. 63. 58. 60. & Sanch. l. 1. c. 7. n 17. t. 1

6 Dubio extante an puer usum sit rationis adeptus, adeptus præsumendus, septennio completo, secus ante; imò licet ante septennium constet usum habere rationis, confiteri tamen non tenetur, uel à carnibus abstinere; lege enim Ecclesiastica ante septennem non obligantur ætatem. Item, si quis uouisse certò sciat, & legasse u. g. Ecclesiæ calicem, sed num ex argento puro, an cum pede ex ramno, tutè ex argento quoad cuppam solum dabit, cum ramneo pede. Qui uinum vonit, dabit tutè ex mediocri, licet non optimo, Diana ibi ref. 53. & 48. & Laim. in Theol. mor. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 7.

7 Iudex dubius iuris utriusque partis æqualiter, possidenti faueat; neutro possidente, diuidat. Item subditus noui dubius tributi, nempe de eius iustitia, soluere id non tenetur. Secus de antiquis, ob id tutè non fraudantur. Si debitor certus sit de debito, at dubius de solutione, soluat. At si & creditor dubitet de solutione, partē soluat tantùm, pro dubii quantitate: saltem probabiliter. Item homicidium consulens: uel furtum, si dubitet num consultus ob id fuerit ad occidendum ductus, restituere probabiliter non tenetur, saltem in totum, at in parte, pro dubii quantitate, post sufficientem adhibitam ad veritatem sciendum diligentiam, Diana ibid. 4. p. tract. 3. ref. 40. 39. 32. & 28.

8 Dubitans an impedimento detineatur matrimonii, sufficienti adhibita dili-

gen-

gentia, contrahere tutè valet sine disp. quia possessio pro libertate stat ad contrahendum. Item dubio extante, num censura latæ sit, vel ferendæ sententiæ, ferendæ censetur; nam odia restringenda. Si quis die Iouis num media sit nox elapsa dubitet, edere valet carnem; quia possessio pro libertate stat edendi. E contrario, die ieiunij, qui num sit media nox transacta dubitat, edere carnes nequit; ratio quæ sup. Dubitans num 21. expleuerit annos, ieiunij lege non afficitur; ratio quæ sup. Item, num hodie dies sit ieiunij, vel festus dubitans, ieiunare vel ab operibus abstinere, vel sacro interesse non tenetur, Id. ibi ref. 17. 16. 18. & 21.

9 Dubius num vouerit, vel iurauerit, adimplere non tenetur; nam pro libertate omnis stat possessio voluntatis. Dubius num specialem vouerit Religionem, an in generali, quam maluerit tutè ingredietur. Certus se non accessurum ad fæminam vouisse, si dubitet num de fornicario vouerit accessu, an vxorario, nubere tutè valet. Item, certus castitatem se vouisse, sed num perpetuam, an temporalem dubitat, solam tenetur seruare temporalem; nisi se meminerit dixisse, voueo castitatem, nam per huiusmodi verba quædam significatur perpetuitas. Qui Religionem vouit, sed num professurum, ignorat, profiteri non adigitur: nã possessio in his habetur, & stat pro libertate. Vide Sanch. in summ. l. 4. c. 16. n. 86.

10 Dubius, num ante rationis vsum votum emiserit, adimplere nõ tenetur. Certus autem se votum emisisse castitatis, sed an voluerit se obligare ad adimplendum dubius, seruare vtique tenetur castitatem; quippe pro voto stat possessio. Qui est omninò dubius, sed magis in eam inclinat partem, se vouisse, adhuc non adigendus adimplere; quia in dubio certa eius possessio, inæqualitati præpõderat. Num aliqua lex excommunicationis, susp. vel irregularitatis sit vsu recepta dubius, non esse, existimare tutè valet. De valore dubius matrimonii, ante debitam adhibitam diligentiam pro veritate assequenda, reddat debitum, at non petat: ea sufficienter adhibita, reddat. Et exigat. Si verò dubium valoris oriatur ex dubio impotentiæ impedimento, tunc vterque tum reddere, tum & petere tutè quibit. Quòd si de valore dubitans ante adhibitam diligentiam petat, alter innoxiè negabit: non enim ius ille ad petendum habet. Tandem si de valore dubitãs futuri matrimonij illud contrahat, non petat, attamen reddat oportet alteri bona fide possidenti: Mala verò fide vtroque contrahente, neuter petere, vel potest reddere; neutri quippe possessio mala fide incepta suffragatur, Diana, ibi ref. 11. 12. 14. 15. vide ibi.

11 In dubiis de matrimonii validitate iam contracti, si num irritum sit dubitetur ob imped. iure humano inductum, satius erit, omni adhibita ad veritatem sciendam diligentia, coniugatos vti sinere matrimonio contra ius humanum, quàm prohibere contra diuinum, Arm. dub. n. 6.

12 Ordines suscepturo, num requisitam sit adeptus ætatẽ dubitante, ordines non suscipiantur, quia possessio pro Ecclesiæ stat præcepto, legitimam ætatem requirente, Bon. t. 2. de rest. in gen. disp. 1. q. 2. p. 2. n. 11. Laim. l. 1. tr. 1. c. 5. n. 33.

13 Facere quis potest, quod ratione probabili, vel auctoritate licere putat? dato oppositum sit tutiùs. Sufficit autem grauis opinio doctoris, vel bonorum exemplum. In dubio de Sacramenti Baptismi, Confirm. Ordinis, vel Eucharistiæ validitate, suppleantur; at si de mortui Baptismo dubitetur, censendus accepisse. In fide non est dubius, qui scrupulis torquetur infidelitatis. Ex duabus sententiis alteram eligens, quam bona fide veram putat, non peccat, dato aliquod extet du-

dubium: nisi pro contrario aliquis scripturæ locus extet, vel Ecclesiæ auctoritas. Communis non est opinio, quam tenēt multi, sed quę fortiori nititur fundamento, Em. Sà dub. per totum, Nau cons. 9. de emptione, & in prælud. 9. n. 9. c. 27. nu. 280. Vide etiam Bonac. vbi sup. p. 2. per totum.

Duellum.

1 INiquè oppugnato Duci licet duellum acceptare, si alioqui victoria desperetur, & militibus exercituum vtrinque, ne alioqui audatiores hostes fiant. Item iussu Superioris ad commune bonum. Item alioqui occidendo licet: tunc enim se potius est defendere, Vide Tol. l. 5. c. 6. n. 32.

2 Ex occulto duellantes aspiciens, nulla afficitur excommunicatione, vel noxa lethali, Less. l. 4. c. 4. dub. 11. n 83. Sà Duellum n. 2.

3 Conflictus, qui fiunt quotidiani, non ex loci, vel temporis condicto, imò ex subito iræ motu, vel subitanea rixa nascuntur, duella non habendi; neque si qui orta in Ecclesia, vel alibi rixa, statim egrediantur ad pugnam; neque si quis alteri duellum offerat, & statim fiat aggressio, nullo tempore, vel loco condicto. Altero alterum prouocante, non animo duelli, vel pugnandi, at honoris causa tutādi, in conscientiæ foro nulla afficitur excomm. & hoc probabiliter. Idem de iis, qui ad condictum se conferunt locum, verè pugnandi absque animo, at aliquos tantùm inferendi ictus, moraliter certis non inde fore vllum damnum secuturum, sed pacem. In externo tamen foro pro duellantibus censebuntur. Bon. t. 3. disp. 2. q. 5. p. 48. n. 5. 6 9. & 14.

4 Casu, vel in transitu duellantes spectantes, non excommunicantur. Item qui aliquid narrat, quod causam posse videt esse duelli, nisi ad id narret. Item qui sui nomine factam ratificat prouocationem, vel pugnam. Item duellum consulens, consilio reuocato, licet secuto adhuc duello. Scripturam ad duellum prouocantem scribere, aliquam non continet excommunicationem, si alioqui famulo graue immineat damnum, nisi domino scripturam condat. Deferri verò huiusmodi nullo valet casu scriptura, est quippe id intrinsecè malum. Hoc probabilius.

5 Ad duellum prouocatus se domi continere non tenetur cum proprio, & magno damno: sed exire tutè valet, non animo pugnandi, nisi ad se tutandum pugnare cogatur, modo se honestè aliter defendere non valuerit. Honoris nō licet causa duellum acceptare; at ob publica id valet fieri munera, & honores defendēdos. Si accusatur duellum offerat purgatiuum, id innocens acceptare valet, non sub duelli nomine, sed sui defensionis, vel rerum, nomine, Diana in Compendio v. Duell. n. 19. 17 16.

6 Qui ob vulnus in duello inflictum moritur, nisi ibi moriatur, sepultura nō priuandus Ecclesiæ. Secus si in duelli moriatur loco, dato ibi Sacramentali se pænitentia purgauerit, vel contritus decesserit, imo & Sacro refectus pabulo: licebit tamen pro huiusmodi Sacrificium offerre; non enim in peccato præsumitur lethali decessisse, imò pænitens; dato in exemplum per Conc. Trid. Ecclesiastica careat sepult.

7 Arma deferens famulus, si id omittere citra graue nequeat damnum, in excomm. non incidit. Duellatores excommunicatione non afficiuntur, nisi duello secu-

cuto. Idem Diana ibi in compendio v. Duell. n. 6. 7. 4. & 8.

6 Ob duellum incursa excommunicatio tolli per Regulares probabilissimè valet. Secreta vero, per Episcopum tolli vtique valet. Vidal. de cas. res. inq. 1. n. 107

ECCLESIA.

Cap. I.

1 SI quis ad sui defensionem in Ecclesia homicidium patret, Ecclesia impolluta manet, Sà v. Eccl. in addit. ad fin.

2 Cæmeterio polluto, Ecclesia ob id non polluitur. E contrario verò, Ecclesia polluta, & cæmeterium pollui censetur. Si Ecclesia consecrata erat, per Episcopum consecranda si polluatur, vel de eius licentia, aut commissione per Præsbiterum cum aqua sale, viro, & cinere confecta, & ab Episcopo benedicta. Si consecrata non erat, præsbiter eam valet reconciliare per aquam à se benedictã simpliciter, nempe sine cinere, & vino, Idem ibi Sà in Aphor.

3 In materia fauorabili Ecclesiæ nomine, & Monasterium venit, & hospitale Episcopi constructum auctoritate; imo quilibet venit locus pius, probabiliter. Comedere, bibere, dormire, & ĩ Ecclesia suppellectilia ponere vrgẽte necessitate, licet; remota ea, veniale censeo. Negotia verò secularia, vel conuocationes publicæ, vel iudicia, causa remota pietatis, in ea tractare nefas est: licet verò causas in ea tractare Ecclesiæ, nec non honestas repræsentare ibi repræsentationes, *Doctoratus* gradum conferre, Idem in Aph. C. v. vt sup.

4 In acquisitis nocere non valet Ecclesiæ Prælatus: valet in quærendis. Ecclesię constructor, vel dotator, eius est patronus. Omnia Reipublicæ concessa priuilegia, & Ecclesiæ concessa censentur. Indiget Ecclesia reconciliari. i. si in ea sanguinis fiat effusio lethalis, etiam mortui hominis, si ibi inueniatur, secus si supra Eccl. sit, vel subtus, aut extra Sufficit autem ibi infligi vulnus, etiam extra eam sanguine effluente; vel si ibi sine sanguinis effusione fiat homicidium. Non ita per sanguinis sententiam ibi latam, vel si per benedictionem locus non sit sacer, dato in eo celebrari Missa soleat; v. g. in Oratorio per Episc. designato. Per rei item suspensionem iudicialem, non verò percussionem. Item polluitur, infante in matris utero in Ecclesia moriente, matre defuncta, & sepulta. Item martyre in ea occiso, & quidem ob homicidæ sacrilegi facinus non uero ob martyris Efusum sanguinem; Nisi mortifera percussio fuerit, dato magna efusio fiat sanguinis, non polluitur, nam p. mortale in percuttiente requiritur.

5 Secundò polluitur seminis uoluntaria efusione hominis, uel fæminæ, quæ mortaliter sit peccaminosa. Quando in Ecclesia diu coniuges detinentur, in ea fit copula licitè, pro incontinentia euitanda; neque inde Eccl. polluitur. Tertiò, si in ea Excommunicatus fuerit denunciatus & publicus sepultus. Quarto per infidelis sepulturam: & tunc parietes radendi, nisi fuerit consecreta. Quinto, si per Episcopum excommunicatum denunciatum sit consecrata, uel benedicta. Sexto, maiori parietum parte corruente. Notandum, in sup. dictis publicũ requiri delictum, & per rei euidentiam publicam notorium, uel per iuridicam delinquentis confessionem. Nota, si delicto in ea patrato bona fide in ea celebretur, reconcilia-

ciliari per celebrationem. Vide sa ibi u.Eccl. per totum.

6 In dotatas licet Medicantibus ædificare Ecclesias. Ex consuetudine, uel priuilegio Abbates ualent Regulares primarium ponere lapidem in Ecclesia construenda. Regularium non valent Ecclesiæ, nisi ab Episcopo Dioecesano, cõsecrari, vel ad alio, de eius licentia; idem de cæmiterio. Secus de benedictione, valent enim per Regulares Prælatos benedici, vel pollutæ reconciliari, etiam si priùs fuerint consecratæ; adhibeant oportet tamen per Episcopum aquam benedictam. Ecclesia non moritur. Vide Petr. Bell. in promp. Reg. n. 1. 8. 10. 12 & 13. Rodriq. to. 1. q. 19. a. 6. Laiman l. 5. tr. 5. c. 5. n. 12.

Ecclesiastica libertas. Cap. II.

1 SVmmus non valet Pontifex immunitatis priuilegio renunciare. Multo minus Episcopi, vel ipsi Clerici; nullus siquidem renunciare valet toti cõmunitati concesso priuilegio; neque ipse Papa Dominus est rerum absolutus Ecclesiarum, & iurium, sed dispensator. Clerici needici valent, neque sunt sæcularium Dominorum, & Principum Vassalli.

2 Licet immemorabilis nulla valet consuetudo immunitatis priuilegio derogare: talis quippe consuetudo singulis reprobatur annis per Cęnæ Domini Bullã. Venetæ sunt Reipublicæ quædam concessa priuilegia per quæ derogatũ Ecclesiæ libertati videtur, num renocari valeant dubitatur. Diana in Comp. v. Eccl. n. 1 & 2

3 Neque diuino, ueque humano sunt iure Clerici à legibus exempti ciuilibus, quæ libertati non repugnant Ecclesiasticæ Proinde vendentes vltra legale pretiũ grana, mortalitèr delinquunt, & restitutioni obnoxij fiunt. Puniri autem ob huiusmodi transgressiones à laico nequeunt iudice, defectu nempe iurisdictionis Neque dari posse videtur casus, in quo sæcularis valeat Princeps Clericos coercere pęnis. Idem ibi n 3. Portell. in dub. Reg. v. Lex. n. 2. Fill. t. 2. tr. 35 c 4. n. 94.

4 Fame vrgeute, si periculum sit in mora pro ad Ecclesiasticos Superiores recursu, laicus tunc valet iudex frumenta ex Clericorum horreis promere, & vendere; non iurisdictionis vi sed imminens ob periculum. Tempore ipso pestis cogi à laico ad aliquid præstãdum nequeunt Clerici, sed ab Ecclesiastico cogantur. Item, armis per laicum spoliari nequeunt prohibitis, at solùm Ecclesiastico ualent iudici præsentari, cui talis cognitio conuenit. Item per laicos nequit Clericus prohibitam exercens uenationem spoliari canibus, auibus, & idgenus; uel eis uestes per pragmaticam prohibitas auferre, uel annonam: cum hæc habeant omnia rationem pęnæ, que Clerico infligi à laico nequit. Noctu tamen Clericum grassantem in flagranti inuentum delicto, per laicos ualet princeps ministros capere, Ecclesiastico iudici tradendum, cum armis præsertim inuentum prohibitis habituque mutato Dian. ibi n. 4. 5.

5 In Regulares exemptos legatus natus suam exercere nequit iurisdictionem. A latere legatus, potest. Regno pelli Episcopi, & Ecclesiastici non possunt per Reges, uel Principes tanquam seditiosi, & Reipublicæ perturbatores nisi de Sũmi Pont. licentia, aut nisi periculum sit in mora. Omnibus ciuibus ad u. g. uiam sternendam concurrentibus, quæ est ante ædium ianuam, Ecclesiastici ibi domum ha-

bentes contribuere quidem tenentur, at si nollint, per laicum cogi iudicē nequeunt; sed id iudicis est Ecclesiastici. Idem de publicis aliis contributionibus in publicum fieri solitis commodum. Neque pænæ subijciuntur latæ in eijcientes per vias publicas immunditias, Ibid. in Compend. v. Eccl. n. 9. & 10. & 28.

6 Sæcularis Princeps læsæ maiestatis reum Clericum punire non potest, aut delinquentem in officio sibi a principe concesso; quandoquidem Clerici sunt à laica potestate quoad personas, & bona, exēpti n. 34. Vide etiam Pesantiū de im. Eccl. disp. 13.

7 Laicus iudex realem nequit facere executionem in Clericum, sententiæ à se latæ contra eum, in casibus permissis, sed Iudicis erit Ecclesiastici huiusmodi sententiam exequi. Apostata, uel hæreticus non pōt Clericus a iudice puniri Ecclesiastico. Diana ibi n. 53. in Comp.

8 Clericus coram iudice laico falsum dicens testimonium, ab eo puniri nequit. At è contrario, ualet Ecclesiasticus laicum falsum deponentem apud se testimonium punire; quippe in eo iurisdictionē habet iuramenti ratione falsi. laicus iurisdictionis Ecclesiasticæ est incapax, at Clericus de lite laici incidenter cognoscere ualet, licet enim non sit competens, tamen incapax laicalis non est iurisdictionis. n. 6. 8. & 69.

9 Laicus non ualet iudex Clericum cogere, qui sua laicum spoliauit possessione, ad illam rest. sed hoc Ecclesiastici erit iudicis. ibi in Comp. n. 90.

10 Tribus his concurrentibus conditionibus laicus ualet iudex Clericum capere. 1. si fuga præsumatur. 2. si à Prælato mandatum impetrari non potuit. 3. si statim Prælato remittatur proprio. Laicus non valet laicum capere sub prætextu eius prohibitionis, si ille licentiam ab Episcopo habeat laborandi diebus festis, Ibi n. 93. & in 5. p. tr. 1. res. 22.

11 Laicus non valet iudex etiam incidenter nullitatem cognoscere censurarum, & ordinare ne obseruentur; neque se intromittere in executione legati; neque numerum præscribere satellituum Episcopi: neque consuetudine ius acquirere Clericos collectandi. Pro Ecclesiæ rebus Clericus laicum conuenire valet, & fructibus. Aliquo priuilegiato laico, vt solus comestibilia vendet, adhuc Clericus aperire tabernam ad vinum valet vendendum, &c. in suo collecta agro. n. 95. & 96 & 98.

12 Tunc Ecclesiastica læditur libertas, quoties aliquid laicus Clericis præcipit, vel prohibet, quod iure diuino, vel canonico illis non præcipitur, uel prohibetur. Huiusmodi autem libertas tripliciter censetur, localis, quæ Ecclesiis competit: proinde ad eas confugientes, extrahi inde a laicis, uel capi nequeunt: Realis, qua bona gaudent Ecclesiastica, sunt enim à censibus, tributis, vel collectis immunia laicorum: Personalis, quæ personis est concessa Ecclesiasticis, ne iudicari à laico, vel capi queant. Vide Fill. tract. 16. c. 20. q. 7. n. 267. apud B. t. 3. disp. 1. q. 16. p. 1.

13 Clerico cum laico delictum patrante, Ecclesiasticus iudicabit iudex. Itē laico Clericum offendente, iudicium tum Ecclesiasticus, tum & Laicus feret iudex, alterutrius non obstante absolutione, vel condemnatione, & hoc probabilius apud Bon. de oct. Decal. præcepto habetur disp. 10. q. 2. p. 1. §. 1. n. 29. & 31. Itē apud Iul. Clarum l. 5 sententiarum, n. 41.

Eccle-

Ecclesiarum immunitas respectu ad eas confugientium. Cap. III.

1 EXtrahere iudex non valet laicus ab Ecclesia reum, quem immunitate scit non gaudere sine Episcopi licentia, quin excommunicationem incurrat: quippe hoc, num sit verum, scire debet Episcopus; deinde reum in laici manibus consignare, & curiæ sæculari. Imo si attentare solùm audeat extractionem ipso facto excommunicatur, dato re ipsa non extrahat Reus ab Ecclesia extractus, etiam laico iudice inscio, restituatur. Episcopis palatiū imm. gaudet, hospitale, Oratorium fundata Episcopi auctoritate; cœmiterium. Infideles gaudere sunt qui aiunt probabiliter.

2 Domus Canonicorum, Parochorum, & aliorum Ecclesiasticorum ab Ecclesia triginta tantùm passibus distantes, immunitate gaudent, dato à laicis habitentur. Passus, quinque pedum mensura constat, & pes, quindecim digitorum constat mensura, Dian. in Comp. v. Eccl. imm. n. 2. 3. 4 & 5. & 6. Sà v. eodem. n 1. 4.

3 Capite damnatus, qui ad supplicium per Ecclesiam ducitur, in rigore plecti valet. Idem si ad carcerem ducatur. Ad ægroti ædes confugens, vel cubiculū, vbi Christi adest corpus, imò qui fugiens iis se immiscet, qui ad ægrotum Christi corpus comitantur, licet Sacerdotem minimè tangat, immunitate gaudet: faciunt enim illi omnes vnam cum Sacerdote Eucharistiam gestante Ecclesiam. Secus de Co, qui captus cum per viam duceretur obuium complectitur Sacerdotem. Campanile triginta passibus longiùs distans ab Ecclesia, immunitatem non præstat. Vel exteriorem Ecclesiæ parietum partem tantùm tangens, gaudet immunitate; item supra tectum confugiens. Non valet laicus armis in Ecclesia existentē spoliare reum, licet prohibitis: nam quemcunque actum in Ecclesia exercere prohibetur iuridicum Id. Diana. ibi n. 8. 11. 13. 14. & 16.

4 Ad Ecclesiam reus confugiens, à iudice non valet Ecclesiastico, vel laico mulctari exilio, vel carcere perpetuo, vel ad triremes damnari; sunt enim hæ pænæ grauiores; & licet impunitus dimitti non debeat, attamen laici non est iudicis condemnare, sed Ecclesiastici, n. 17. ibi in Comp.

Ecclesiastica persona.

Caput Miscellaneum, quædam continens ad personas Ecclesiasticas spectantia suis cuiusque locis, & capitibus deficientia.

Ex Barb. & aliis desumpta Recentioribus casuum Moraliuum auctoribus.

1 VIcarij fratrum, & a fortiori priores, &c. qui absque Sedis Apost. licentia Moniales alloquuntur in Pænas Decreti S. Congr. Sixti V. iussu editi non labuntur: limita quoad Vicarios, modo prioris supplent uices, eo absente; secus eo præsente. Sacra Congr. Ep. & reg. 1617. apud Barb. in Coll. ū. Vicar.

2 Vicarius Foran. nulla gaudet præcedentia in quibuscunque locis, uel functionibus supra Archipresbyterum, uel presbyteros ipso Vicario antiquiores & digniores; imò non secus se habere debet, ac si Vicarius minime foret; & hoc quacunq; Episcopi ordinatione secus præcipientis non obstātē: limito, nisi foret

congregatio fiat pro casuum conscientiæ declaratione, quæ de Episcopi mandato singulis fieri debet mensibus, eo enim casu, tanquam Episcopi delegatus oĩbus præcedit; non tamen in Missa, processione, & alijs ante Congreg. fieri solitis. Idem ibi v. Vic. For. ex multis ab eo allegatis Congregationibus. Item, sui ratione officii, pacis, vel thuris non habet super alios honorem.

3 Vicarius Capituli ex causis in Concil. expressis non potest super Ordinũ interstitiis dispensare. Idem de Episcopi dici debet Vicario. Item, in suum nõ valet locum alium spbstituere, nisi infirmitatis causa, & ad modicum tempus. Ecclesiam non consecratam reconciliat. Item absoluit in casibus sess. 24. de reformatione; ex S. Card. decl. 1631. Item diœcesim visitat. Sit item oportet Vic. Cap. Doctoratu insignitus in lege canonica, non Theologus, aliàs nulliter eligitur, nisi saltem licenciatus sit, si in Capitulo adsit, alioqui saltem sit ad id muneris idoneus. Vide Barb. ibi, v. Vic. cap. sede vac.

4 Qui in aliquo loco, cum sit vagus, vxorem duxit, vbi sponsę adest Parochus, potest coram quocunque alio contrahere Parocho: potest enim quicunque esse vagorum Parochus, etiam mulieris præsente Parocho; vagi enim Parochus ille habetur in cuius parochia reperitur, cum intendit contrahere, Card. Cong. die 28. Aug. 1621. apud Barb. v. Vagus.

5 Tempus triennii, quo quis Episcopo seruire debet, vt ab eo, sibi conferẽte statim beneficium, ordinari valeat, sufficit incæpisse antequam Episcopus ordinaretur, ibi id. v. Triennium.

6 In actibus Conciliorum Prouincialium, quoad præcedentias, est tempus Ordinationis vniuscuiusque Episcopi attendendum, non vero Ecclesiarum attenditur dignitas, aut ordo. Idem, v. Temp.

7 Regularium Superior in pænas incidit Decreti de non alienandis Ecclesiarum bonis, si argentorum faciunt alienationem, & aliarum rerum sibi hæreditate relictarum. Ide v. Superior.

8 Nota si Superior Regularis, à subdito requisitus, necessaria neget, vel subtrahat, etiam prætextu magnæ Monasterii indigentiæ, huiusmodi valet subditus occultè sibi de necessariis ad indiuidui sustentationem sumere, & prospicere, imò eo inuito. Idem.

9 Sicut Parochus sæcularis in propria, & fratrum Parochia stolam defert, dũ in eorum debet cadauer sepeliri Ecclesia; item in eodem casũ, & tempore Regularis valet Parochus in sæcularium Ecclesiis stolam deferre, Idem, v. Stola.

10 Nisi in capellaniæ fundatione expressè dicatur non teneri Capellanũ ad Missæ Sacrifici j pro institutore applicationem, nouum non valet pro Sacrif. applicatione recipere stipendium, Id ibi, v. Sacerdos ex S. Cong. Conc. 28. Ap. 1629

11 Sacerdos exterus Secularis, qui absque Ordinarij licentia, in Regularium celebrat Eccl. pænas incurrit in Synodo Diœcesana positas; neque huiusmodi admitti per Regulares debent ut celebrent, alioqui pænas non euadunt per ordinarium infligendas. Congr. Conc. apud Barb. ibi u. Sacerdos

12 Per procuratorem in Bapt. tenens, ipse, non procurator contrahit cognationem S. Congr. 1630.

13 Missarum reducere onera & commutare ualent Episc. & Ordinum Prælati iuxta concilij formam Trid. Sess. 25. de reform. c. 4. modo ante sint Concilium imposita; si post minimè; In beneficiis uerò requirentibus in sua fundatione

Missarum

Missarum numerum determinatum, ad minorem nequit num. Episcopus reductionem facere. Idem de Missis in fundatione Ecclesiæ relictis quoad Prælatos Regulares. Vide Aug. Barb. in Coll. v. Missarum reductio.

14 Missarum foret numerus moderandus, & ad vires legati reducendus, si pro ipsarum celebratione adeo sit tenue relictum stipendium, vt inuenire facilè non sit, qui huiusmodi se velit subijcere oneri: & id per Episcopum tutè fieri valet: de Capituli tamen consilio, cui non erit necessariò adhærendum.

15 Ulla onera, etiam post Conc. Trid. Missarum celebrandarum in limine fundationis imposita, in Diœcesana Synodo nequeunt Episcopi, neq; Generalis in Cap. Generalibus, vel alias quoquo modo reducere; sed omninò ad Sedem est Apostolicam recurrendum; Vide Aug. Barb. vbi sup. Missarum reductio, ex Sacra Congr. secus de anniuersarijs, & officijs.

16 Defunctorum non sunt Missæ cantandæ diebus solemnibus, etiã corpore insepulto, sed vnica valet dici priuatim, vbi consuetudo viget mortuos cũ Missæ celebratione sepeliandi. Missa valet de requiem tolerari in festo duplici nõ de præcepto, & hoc pro testatoris adimplenda uoluntate.

17 Certo die Missę de functorem dicendę, eo die impedito, transferantur.

18 Annunciationis die feria V. Maioris hebdomadę incidente, uel VI. aut die Paschatis, uel duobus sequentibus diebus, Missa de Annunciatione nullo est modo celebranda. Barb. ibi u. Missę proprię.

19 Monialium patres, & fratres, nulla indigent superioris licentia, si eas alloqui velint, Idem Barb ibi, v. Monial. v.

20 Prætextu negotiationis illicitæ, Clerici nullo debent modo molestari, qui sua patrimonialia, aut beneficiorum bona coli faciunt, ad huncue effectum animalia emunt, aut vendunt. Sacra Cong. 15. Nou. 1616. apud Barb. ibi v. Negotiat.

21 Ordinari nullus valet ad titul. de industria, aut labore honesto, v.g. quod sit Musicus, Magister, Grammaticus, Pictor, & id genus. Idem ibi, v. Ordinare.

22 Sine beneficio, vel patrimonio quis aliquando ordinari valet, magna Sacerdotum extante penuria; modo quis se necessaria spondeat subministraturum ordinato ibi in fine. id.

23 Parochus cum superpelliceo in processionibus, omnibus præcedit: & in associandis funeribus; etiam Collegiatæ Eccl. Canonicis; secus de Cathe. Canonicis. Parocho per se ipsum concionanti, minimè prætendere licet solitum prædicatori dari stipendium, etiam cuiuscunque paupertatis prætextu. S.C. 1621. apud Barb. ibi v. Parochus.

24 Prælatus extra Eccl. Canonicis, & Dignit. præcedit, v. Prælatus.

25 Decretum quo decernitur illum fore alijs præferendum, qui prius fuit ordinatus, intelligitur de Sacro initiato Ordine, Barb. v. Decretum, ibi.

26 Cathedralis Eccl. festum Dedicationis cum octaua fiat in Cath. & ciuitate, & pro alijs Ecclesijs conceditur sine octaua v. Dedicatio. id.

27 Defunctorum cadauera in alterius Parochia existentia, & in Fratrum Ecclesia humanda, ab hædibus defunctorum parentum, ad fratrum Eccl recto deferri valent tramite, modo per fratres Parochus vt veniat admoneatur, quo id agere renuente, licite, eo vel inuito, ad fratrũ deferetur Ecclesias. S Cong. 1615. apud sup. dictum B. v. Defunctus.

28 Sub vna tantum cruce defunctorum sunt corpora deferenda, illius nempè eccle-

Ecclesiæ,ad quam deferuntur;modo Capitulum non interueniat Cathedralis, sub qua omnes funus associantes incedunt, & incedere debent.

29 Debitores fraudolenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes,diu ibi non tolerandi,imò ab inde eiiciendi,S.Congr.1600.apud Bar.v.Debitor.

30 Denunciationes fieri Matrimonii valent,eo quo tempore nuptię inhibentur celebrari,v.Denunciationes,id.

31 Cathedralis Dignitates omnes Dignitates præcedunt Collegiatarũ Dięcesis vbicunque,excipe in propriis ipsorum Collegiatis Eccl.S.Cong. 1614. apud eumd.v.Dignitas.

32 Cum simoniaco valet occulto Episcopus dispensare , ad beneficia tamen eum non valet rehabilitare obtinenda,neque ad ea retinenda , quæ per simon. turpè ocultam obtinuit.Vide eumd.v.Dispensare,ex S.Congr.Conc.

33 Vt duo viri, aut fæminæ in Baptismo eundem suscipiant dispensare non valet Episcopus,Sacra Card.Cong.Concilii apud eund.ibi.

34 Ratione doctoratus nulla inter Sacerdotes datur præcedentia,sed ad Sacerdotij susceptionem respectus habetur.v.Doctor.

35 Non valet Ordinarius ad doctrinam Christianam addiscendam pueros pęnis,& mulctis cogere,doto casu etiam negligentiæ notebilis, & contumaciæ,V. Doctrina Christ . Valet vtique ad eam docendam adigere Clericos præceptis, etiam pænalibus.Sicuti neque doctrinam nonaddiscentibus Christianam Matrimonium prohibere valet,at solum ad id valet,imo debet monitionibus, & exortationibus allicere,Ibi.

36 E Religione eiecti,Papæ sunt suspensione reseruata suspensi,in perpetuũ. Sacra Congr.Card. de Regularibus Apost & eiectis,1624.apud eund. ibi v. eiectus.Nullus e Religione iure eiici valet professus,nisi incorrigibilis; neque vlla in contrarium valet constitutio,etiam Papa eam confirmante: minimè autẽ quis incorrigibilis censeri debet,nisi non solum ea concurrant omnia,quæ ad hoc per ius commune requiruntur,verum etiam vnius anni spacio ieiuniis probetur , & pęnitentiis,carcere addito:eo elapso,neque vlla visa resipiscentia,tanquam morbida pecus,eiici quibit;sed per ipsummet tantum Generalem,de consensu è grauioribus sex Patrum Religionis in singulis Capitulis eligendorum Generalibus, processu formato,ac plenè causis probatis expulsionis , ad Sacrorum Canonum præscriptum.Neque à Superioribus litteræ debent concedi testimoniales, illos ad Sedem Pontificiam mittendo,vel aliam ingrediendum Religionem . Vide Barb.ibi in Coll Bull.v.eiectus,ex Sacra Congr.Si huiusmodi sint eiecti in Ordinibus etiam minoribus constituti,cum habitu debent clericali incedere . Sacra Congr.Conc.1628.apud eund. ibi.

37 In electionibus si quis antequam suum det suffragium dicat , volo huic suffragari,& id publice,adhuc electio valet,& secreta censetur;pote quia adhuc alteri valet,eo dicto suffragari,v.elector idem.

38 Episcopus nisi consecratus sit,vasa,vbi vnctio interuenit, consecrare nequit.Sacra Rit.Cong.in Brixien.9.Maii 1610.apud eund v. Episcopus . Valet Episcop.alteri in dignitate constituto paramentorum delegare benedictionem, & vasorum,vbi vnctio non interuenit;in sua dięcesi Ibi id.ex S.Card Congr. in Imolen.1615.

39 Episcopus concedere Parocho valet,vt Sacerdotum ob penuriam bis die se-

festo celebret. S. Conc. Congr. 1616. ibi u. Episcop. XIII.

40 Feria Quinta in Cæna Domini Sanctiss. Sacramentum sub una tantum debet claue seruari, per Sacerdotem in sequenti die celebraturũ; neque ullo debet modo apud seculares cuiuscunque sint status, & conditionis manere, quacunq; in contrarium non obstante consuetudine vel immemorabili; hocque intelligo de quibuscunque vel Regularium Ecclesijs, ab Ordinariorum exemptis iurisdictione. Sacra Card. Cong 15. Decembr. 1632. apud Barb. ibi v. Feria V. in Cæna Dom.

Electio.
Vide Capitulum, & Cap. Miscell. pro Relig.

1 FActa per metum electio ad beneficium, irrita censetur, metu tamen incusso ad certum aliquem eligendum; quippe hic debita in electore deest libertas. Secus, ad aliquem ex certo numero eligendum metu incusso; eò namque casu tenet electio. unus enim ex multis libere eligitur, & voluntarie Bonac. t. 3. de susp. in part. disp. 3. q 4. p. 5. n. 5.

2 Electore ad eligendum indignum pecunia corrupto, uel minus dignum, dignor hanc nequit pecunia redimere iniuriam; Secus simoniam patraret. At beneficii facta collatione, iniustè ualet impeditus ad accipiendum possessionem, hanc pecunia redimere uexationem. Dia. in Comp. n. 5 u. elect.

3 In eligibiles ad prælaturas sunt mutus; surdus, & cæcus: eligere utique huiusmodi iure ualent. Ad lites, & iurgia tollenda, eligi tutè ualet Sanctus Ecclesiæ Tutelaris uel Patronus per sortes, non ad eius sanctitatem exquirendam, sed ad contentiones tollendas. Idem ib n. 7.

4 Inpubes, excommunicatus, suspensus ab officio, & irregularis aligere nequeunt. Item neque eligi. Ad electionem non uocatus, cùm uocari deberet, irritare electionem, & ratam habere ualet. Eligentium non deficiente consensu, licet cętera iuris humani requisita adsint, in foro conscientiæ tenet electio: nisi lex dicat expressè, non ualeat. Dicente uero, sit ipso iure irrita, adhuc iudicis expectanda sententia. Sà election 1. 1. 2. 4. 5.

5 Indignum eligens Ecclesiæ restituat lesæ non digno. Aptiorem non eligens vel præsentans peccat, àt restituere non tenetur, modò apto præsentato, aut electo, num. 78.

6 A maiori parte electus confirmetur, licet minùs dignus, modò non indignus. Ibi. Generales valent Regulariũ, & de eorum lic. cæteri Prælati cum illeg. dispẽsare extra c. Gen. vel Prou. ad dignitates, & ordinis officia, Dian. p. 3. f. mihi 1. r. 102

7 Ne indignus eligatur, vales, imò teneris minùs digno suffragari. At indignũ eligere non debes, ne indignor eligatur. Legitimè absens, procuratorem valet constituere, at sit oportet de Capitulo; mittere vero suum non valet per litteras suffragium. Statuto extante de facienda alicuius familiæ personæ ad beneficium electione, adhuc alìs fieri debet personæ electio, si illius non sit familiæ dignus; secus si minus dignus tantùm fuerit. Generaliter loquendo, in eligendis probitas scientiæ præferenda, Ibi n 9 11. 13.

8 Ad electionis subsistentiam, sufficit per maiorem Capituli partem, fieri, licet

cet non saniorem. In electione scientia non utendum Confessionis. Omnia sint singulorum vocalium secreta suffragia. Si permittente Capitulo, vnus electorum publicè det suffragium, nulla electio; nisi ante scrutinium se velle, dicat, eligere hunc, vel illum. Excommunicatus denunciatus nulliter eligit. Pet. Bell. v. elect. n. 24 25. 27. 28. & 32.

9 Si electione facta interfuisse aliquem reperiatur, qui non debuerat; vel aliquē per ignorantiam, vel inaduertenter, non ex contemptu, non interfuisse, qui debuerat, non ideo vitiatur electio; facta tamen à Capituli præsidente solita fieri protestatione. Simoniacè, & occulte electus, in conscientia priùs quam absoluatur electioni renunciare tenetur, etiam nulla iudicis expectata sententia: potè qui nulliter fuit electus. Idem. ibid. n. 34. 35. & Suar. de Relig. t. 1. l. 4. c. 57.

10 Sint electores in sacris constituti, si Prælatus sit eligendus; secus de aliorum officialium electione futura; consuetudo enim in contrarium, vbi extat, tolerari valet: etiam vt laici, & conuersi suffragentur, nedum Clerici non in sacris cōstituti: sint tamen in Religione professi. Id. P. Bell. v. elector n. 3. Lezana t. 2. c. 8.

11 Accipi & infirmorum vota debent, ipsis volentibus, si commodè id fieri queat. Aliqui, vel etiam multi vocalium abesse tutè valent, nec suffragari; modò tamen suum non sit votum pro iniqua tollenda, alioqui futura electione, necessariū. Elector alij dicente electori, da huic tuum, & ego tibi meum dabo suffragium, simonia erit. Minore detento excommunicatione electo, & scienter, irritanda electio. Id. P. Bell. ibi n. 8. 9. 10. 21. v. electus n. 7.

12 Morbo laborans gallico, notoriæ libidinis vitio infamis habetur, ob id ineligibilis. Idem. ibi v. electus n. 13. Sayr. l. C. de cens. p. 9. n. 5. Auila de censuris p. 7 disp. 3. dub. 4. concl. 1. Enriq. l. 14. c. 8. n. 8.

Eleemosyna. Vide Charitas.

Emptio. Cap. I.

Vide pro hac materia Henric. à Gand. t. 1 quod. 1. q. 40. & 39.

1 Si quid carius emisti, licet in alium transferre emptionem, & rei solutionem, nisi pretium sit solutum; in scientem tamen, & id damnū pati volentem; Secus minimè. Res infra dimidium empta pretiū restitui debet, imo & fructus; fuit enim emptio nulla. Secus si diminuto tantùm ematur pretio, tunc enim diminutionem d'eo restituendam tantum. Sà empio n. 5. & 2. Mol. de 350.

2 Emere fas erit rem pretio communi, dato in ea uirtutem scias latere uenditori ignotam, & uulgo, u. g. herbam. Idem de agro, Domo, thesaurum in sinu tegentibus, & uenditori ignotum. n. 1.

3 Vilissimo emens pretio rem à sciente, & uolente cum uenditor donare censeatur excessum, tute emit. Mol. d. 350. Nau. c. 23. n. 85.

4 Iure tutor pupilli prohibetur rem emere. Mol. d. 224. & Sà ibi n. 6.

5 In uenditoris gratiam rem licet diminuto emere pretio ad duo tertia, u. g. si necessitate uendat adactus: & hoc procedit, etiam si re indigeat emptor uendita, eamque sibi comparare necesse habuerit; sic enim exposita, uel exhibita

res

rei decrescit, neque pluris valet. Item, quæ communiter vendi non solent nisi solutione anticipata, vel non possunt, viliùs emi tutè valent; iustum siquidem id censetur huiusmodi rerum pretium, v. g. lanæ, Vide ibi Sà. n. 4.

6 Aliquid emere ad cariùs vendendum solo temporis decursu, illicitum videtur; præsertim id ex auaritia (vt cum publica pretium iactura augeatur] facere. Emptorem teneri ignarum noti pretij rei venditorem admonere, communis est opinio, si sit longè viliori pretio rem daturus, vel saltem pretium augere, pro venditionis conditione, vt sup.

7 Dubio extante de futuro rei venditæ pretio tempore traditionis, si anticipatè soluatur, medium inter extrema dubia pretia detur, D. Thom. 2. 2. qu. 77. Mol. d. 353. & Sà ibi n. 16.

8 Bona emens fide à fure, rem valet ei domino comparente, restituere, ne pretium amittat: negant quidam. Si vt domino restitueret emit, domino ei refundat impensum: nisi fortè sine pretio, vel minori impensa rem à fure redimisset ipse dominus. viderene pigeat Portell. p. 3 cas. 44. n. 4. & Rebel. t. de iust. p. 1. l. 2. q. 9 n. 3. c. 1.

9 Pecunia emptum Ecclesiæ ab eam administrante fit Ecclesiæ.

10 Si bona emptum fide, & reuenditum, sit alienum, domino quicquam restituere emptor non tenetur, neque ementi, nisi ob id quid sit lucratus. Dubium supraueniens, bona fide facta emptione, eam non tollit. Licitè nequit emi, quod probabiliter creditur alienum; si sic emeris, & vendideris, domino teneris comparenti pretium restituere, Sà ibi n. 13 15. 11. 12. 10. Vide Syl. rest. 3 q. 6.

11 Ab Ecclesia, vel minore emptam iusto dato pretio, at sine iuris solemnitate, iustè possidetur, manente tamen minoris, vel Ecclesiæ priuilegio restitutionis in integrum de læsione quacunque, saltem notabili. Mol. disp. 120. ad finem apud Sa ubi sup.

12 Vendere credita & statim rem eme e numerata pecunia licet, licet rigorosè uendatur, & infimo deinde pretio redimatur; tamen de retrouendendo remoto omnipacto. Item minoris licet merces emere anticipata solutione, ob nimirum lucrum cessans, aut damnum emergens. Dian. in Comp: u. Emp. n. 1. 3.

13 Res tanti vendi potest, quantum inuenitur sine fraude, vi, vel metu, neq; emente necessitate acto ad emendum, & rei probè valorem sciente: quippe excessum si forte detur, donatum præsumitur esse: pretium enim naturale habet latitudinem, non legale.

14 Christiano non licet homini, etiam ad mortem euitandam, Gentili conficere idolum, si certò ad idolatrandum scit Petr. Idē de Sacerdotalibus vestibus. Idem ibi n. 30. & 39. Vide Castrum Pal. t 1. tract. 6. d. 6. p 8. n. 2.

15 Quis credito rem vēdere potest pro currenti pretio traditionis tempore, si ad illud vsque tempus rem erat seruaturus; impensis tamen, & periculis deductis pro re conseruanda; stat enim tum amittendi, tum & lucrandi sorti futuræ. Idem Dian. ibi n. 35. Ganduensis quodl. 3. q. 28.

16 A sartore emere vestium fracmenta licet, modò ipse tutè habeat, neq; domino vestium inuito. Ibi n. 37. Item Th. Sāch. in opusc. t. 1. l. 2. c. 7.

17 Et hoc verum si à Magistro, non verò famulo emantur. Contrarium tamē in conscientia suedendum, nempe etiam quoad magistros. In culpabili mora venditor existens in rem venditam emptori tradendo, de omni tenetur damno em-

ptori ob id secuto, saltem intrinseco; imo in conscientiæ foro, & de extrinseco. Re vendita emptori tradita, & emptore in pretio tradendo culpabiliter moroso, contra emptorē venditor actionē habet ad oēs fructus pro debiti rata exigēdos, quos emptor percipere potuisset, & per negligentiam non percepit à tempore moræ: & hoc saltem post iudicis sententiam: sed ante eam, de omni damno venditoris tenetur emptor in conscientia, & foro exteriori. Qui sc̄t mercium futuro tempore pretium diminuendum, currenti adhuc valet pretio nunc tutè vendere. Dian ibi in Comp. n. 32. 31. & n. 12.

18 Qui rogat amicum ne plus iusto pretio offerat, vt ipse iusto emat, non peccat, licet infimo: quippe hoc ipsius tribuitur industriæ.

19 Ob periculum capitalis amittendi, licet aliquando supra iustum pretium rem credita pecunia vendere; hoc enim pecunia est pretiabile, neque gratis se huic tenetur periculo exponere: modò non sit fictum.

20 Minori emere immatura credita fortè licet, plus enim præsens valet pecunia, quàm futura. Ob lucrum cessans, vel damnum emergens citra dubium id fieri quibit. Item debito exactu difficili extante, vel cum periculo nihil habendi, vel expensæ, &c. dato postea integrè, & de plano fiat exactio.

21 Sub hasta tanti vendi possunt res, quantū citra fraudē dabunt, licet duplū.

22 Longè aliis mercibus merces præstantes, supra taxatum tutè venduntur pretium Generoso vino aquam miscens, & cæteris communibus æquale reddēs, non peccat, si pretio vendat, quo cætera venduntur vina. Idem de frumentis, &c. Idem n. 27. 25. 16. 17. 20. 19. & 18.

23 Contra iustitiam non peccat, qui interrogatus, num mercis alicuius sciat pretium minuendum, uel augendum, respondet id se ignorare, uel si omninò neget augendum, aut minuendum: non enim ex iustitia ueritatem fateri tenetur, neque ob falsam assertionem, uel negationem pretium augetur, aut decrescit. Ioann de la cruz. p. 1. p. 7. q. 3. d. 10. Concl. 3.

24 Cras diminutum iri u.g. monetæ prætium sciens, hodie solito valet pretio eam expendere. Vide Less. l. 2. c. 21. cap. 21. d. 5. n 45.

25 Res valet quis indifferentes vēdere iis, quos certò eis scit abusuros ad peccandum, causa tamen id aliqua exigente rationabili, v.g. vtilitate, vel necessitate vendentis; vel si alias sint præceptum transgressuri, vt de cibos non ieiunantibus ministrantibus, arma vendentibus, fucos, &c. huiusmodi indifferentia. Dia. in Comp. vbi sup. n. 15.

26 Ille omni iniustitia caret contractus, vendit quis Caio domum, vltra iustū valorem, hac lege, vt cum emptor vxorem duxerit soluat pretium; quippe totum amittendi pretium adit periculum, modo periculum non sit fictum, sit graue, & citra scandalum ob suspicionem palliatæ vsuræ, & modò pretii sit excessus periculo proportionatus, Id. ibi n. 10.

27 Cum vitio occulto rem vendere non est nefas, licet emptor scito rei vitio non emisset, vel tanti; si tamen ratione defectus pretium minuatur, & iusto vendatur pretio; & modò non explicet emptor se rem emere non intendere cū tali vitio; tunc enim nulla valet venditio, vitio non detecto. Quòd si venditor emptorem nouerit ad reuendendum emere; omninò de vitio eum admoueat, ideo quia secus in damnum secundi ementis huiusmodi cederet venditio, n. 11. & Salas. tr. de emp. d. 34. n. 5.

28 Con-

28 Conspirantibus mercatoribus vt certas non dent merces, nisi tanto soluto pretio, & ob id pretio aucto, nequeunt nedum conspiratores pretij excessum recipere, verum neque monopolij ignari, & innocentes: est quippe iniustum pretiū; potè quod fraudolenter est auctum: hoc etiam procedit, licet de vendendo conspirent iusto pretio, at rigoroso. Lop. de contr. l. 1. cap. 471.

29 Si quis cæteros præueniat mercatores in mercibus aduectis emendis, vt ipse solus, v.g. in Ciuitate, alijs postea vendat mercatoribus sed cariùs, non videtur peccare contra iustitiam, neque ad restit. adigi debere, remoto omni tamen metu, vi, & fraude. Se tamen graui contra charitatem culpa onerat auaritiæ.

30 Fructibus taxato pretio, qui dicit olitori; selige mihi meliores, & pretiū habebis taxato maius, peccat, ad peccandum venditorem inducendo: non enim iustè huiusmodi fit selectio, cum debeant meliores mixti inferioribus fructus vendi. Si verò ipse diceret venditor non electurum, nisi pretio aucto, emens tutè pretium augere, & peccatum valet olitoris permittere, Less. l. 2. c. 21. dub. 20. c. 150. Fill. t. 2. tr. 35. c. 4. n. 48.

31 Vendi pluris valent merces pretio solito. 1. multitudine attenta emptorum, 2. ob ad rem affectum venditoris, vel vtilitatem qua ipse priuatur, 3. ob inde emergens damnum, 4. ob amittendi periculum pretii, vt sup. vel cum expensis exigēdi 5. ob modum vendendi, vt sup.

32 Item emi uiliùs solito valet pretio res. 1. ementium attenta paucitate, & mercium copia, 2. pecuniæ inopia, 3. vendendi modo; hoc autem tunc procedit nullo à Principe statuto pretio, sed solo naturali attento pretio quod latitudinē habere constat; est enim infimum, medium, & rigorosum; sic communiter. Vasq. opusc. de rest. c. 5. § 1. dub. 10. n. 61.

33 Nota non posse, ex eo solùm, quòd res sit maximè ementi profutura, pretium augeri; at verò ratione meæ vtilitatis, qua priuor, augere fas mihi erit rei pretium, vt sup. n. 30.

34 Venditionis, & emptionis contractus perfectus non censetur, quatenus definiatur pretium, v.g. si dixero, vendo tibi domum pro pretio à patre tuo statuēdo posito pater statuat, valet contractus: at patre moriente, vel statuere nolente, nullus tenet contractus, nam pretio non statuto nulla fit emptio. Vide Vasq. de rest. c. 6. §. 1. d. 6. n. 27.

35 Rei pretiosæ pretium vtroque ignorante, nempe vendente, & emēte, licet, emptione facta, multò plus valere comperiatur, attamen venditio tenet, neq; quicquam emptor restituere cogendus venditori: nimirum quia æqualem vterq; subit lucrandi, & perdendi aleam. Si legale pretium constet esse iniquum, venditor tantum de pondere, aut mensura detrahere, quatenus se seruet indemnem, tutè valet: modò respectu omnium illius mercis venditorum pretium sit iniquum, nō verò vnius, vel alterius tantùm respectu. Proinde pistores, vinitores, de pondere, vel mēsura detrahentes, vt sup. non facilè condemnandi, Mol. disp. 353. n. 12. Regin. l. 25. n. 283. & 285.

36 Pretio à Principe taxato non obstante, si rerum notabiliter pretium varietur, & pretium taxatum tutè variari potest, non enim tenentur v.g. pistores ad pōdus vendere panem tempore abundantiæ taxatum, si deinde notabilis superueniat tritici penuria; non censetur Princeps suam uelle legem cum tanto rigore obligare; impositum uerò tempore penuriç pretium, in quacunque seruetur penuria,

Galas de empt.dub.7.n.3.& seq.

37 Notabiliter meliores cæteris res,pluris alijs vendi possunt, dato per Principem sit cæteris pretium statutum;è contrario , qui vendit res multò cæteris vulgò vendi solitis inferiores,detrahat oportet,pro rata, de pretio à lege statuto. Secus paruo extante excessu inferioritatis,vel excellentiæ.

38 Expensæ insolitæ,labores,pericula,&c.quę fortè mercator aliquis subiit in re sibi comparanda,causa non sunt cariùs,taxato pretio,vendendi sufficiens; quemadmodum enim lucro mercatores exponuntur,ita & damno stent oportet. Proinde cui nauis submergitur mercator,cariùs ob id merçes nequit ne obolo quidem vendere,Fill.tract.35.c.4.n.92.p.Nau l.3 c.2.n.2.

39 Mentientes mercatores,rem sibi tanti stetisse,vel cæteris vendidisse, vt sic ementes ad rigorosum pertrahant pretium, plusquam veniali se non onerant culpa,neque restitutioni adiguntur;siquidem vix eis creditur; secus si vltra rigorosum mendaciis exigant pretium,Rebell.l.9.q.7.n 8.

40 Aliquo famam spargente,vel litteras confingente, quibus naues narratur esse pelago demersas quibus certum mercium genus aduehebatur, vt sic pretium augeatur:probabiliter inde pro pretio aucto emptoribus non nascitur ad restituendom obligatio,quia huiusmodi litteris temere crediderunt,sibi imputent. Vide Armillan.v.Emptio,n.22.& 23.Vide etiam S.Anton.

41 Qui à principe priuilegium obtinet, ut ipse solus quoddam mercis genus uendat, iusta de causa, grauiter non censetur peccare ; iusto modò uendat pretio; fieri enim potest, ut iustè à Principe priuilegio donetur Azor.3.p.l.8. Cap. 28.Sà uend.n.5.

42 Doctior cariùs suam ualet uendere operam. Em.Sà ibi n.2.

43 A fure donatum, & postea à donatario bona fide uenditum, comparente domino, ei pretium restituendum: in eo quippe donatarius est factus locupletior. Less.l.c.21.d.17.

44 Merces pecunia expectata carius uendere quam ualent numerata , in eodem uenditionis genere, per se, & simpliciter nefas est , & usura censetur palliata; quod intelligo nisi ratione damni fiat emergentis, uel lucri cessantis, aut ut sup.periculi ratione capitalis amittendi uel cum expensa , uel labore exigendi S. Thom.2.2.q 7.8.art.5.Tol.tract.de p m.c.10.

45 Ligam aurifici cum argento uendere fas erit, nulla addita fraude; notum est enim id, ut suppono, emptori. Rei domino tibi aliquid uendendum tradente, si supra constitutum a domino pretium uendas, excessum item dabis; nisi tacitè donauerit, uel in uendendo, & emptorem inueniendo,adeundo &c tantundem laboris adhibueris & industriæ insolitæ adhiberi. Lop.p.2.c.42. Nau. c. 23. num.97.

46 Vel uxore inuita se maritus uendere tute quibit, graui id exigente necessitate; homo suæ est libertatis dominus.Vide Carzian.c.27 apud Sà vend.n.13.

47 Pacto inito de pretio tali die currenti soluendo , eo die variatis pretijs,diutiùs durans tradatur.Idem de pretio tali Mense statuto currente soluendo.Pro decem re aliqua vendita,quæ tempore traditionis valitura creditur quinque,dato postea quindecim vendatur,adhuc quinque venditor emptori restituet oportet probabiliter,Vid.Nau.c.17.n.239 Sà n.16.

48 Prodere venditor non tenetur manifestum rei defectum, etiam emptore

re

re ad eum non aduertente; imò neq; occultum, non tamen emptori damnosũ. limita iuxta sup. hic n 26. nempe diminuto pretio, &c. Vid. Arm. emp. n. 17. N. c. 13. n. 4

49 Rem dubitans esse furtiuam, de dubio emptor admoneatur ex iustitia, alioqui re euicta de euictione tenetur vendens. Sà v. Vend. n. 23.

50 Restituere non cogendus notarius emptionis instrumentum faciẽs, in qua dimidium citra pretium alteruter læditur contraentium; non enim ipse causa censetur damni. Secus de instrumentum vsurarium condente: in qua vsura artificiosè velatur: secus si pateat, nullam enim tunc vim huiusmodi habet instrumentum, Vid. Tol. l 5. c. 36. n. 1. & cap. 61. n. 7.

51 In emptione non transfertur dominium nisi facta solutione, vel fide de ea facienda data; & tunc etiam ante rei traditionem translatio fit dominii. Vide Arm. v. Emptio, n. 1.

52 Iura aliena litigiosa emere fas erit, iusto soluto pretio, pro rata futuri litigii, ad prudentis arbitrium, Idem ibi num. 5.

53 Rei pretiosę emptori valore noto, at venditori ignoto, si emptor dicat vẽditori, dabo tibi tantum, etiam si valeret, vel valeat centuplum, neque si plus vaeat, ad restituendum volo obligari: iniustè non videtur emere; imputet sibi venditor ad verum negligens valorem inquirendum, & valoris ignarus adhuc tradere volens diminuto pretio: neq; enim emptor valorem tenetur explicare, alios adire venditor potest, n. 6.

54 Ex fraude emptio illicita redditur, si sit circa substantiam, vel rei qualitatem, vel quantitatem in re notabili; & si sit vltra dimidium pretii est nulla, secus est tantùm iniusta, Th. 2. 2. q. 77.

55 Rem aliena emens pecunia, suam facit, si nomine emat proprio: excipe ex Ecclesiæ pecunia ementem, vel pupilli, vel minoris a tutore, vel curatore. Idem de emente vxore, vel marito, ex pecunia ab alterutro alteri donata, horum enĩ donatio adinuicem non est firma; vide sup. de donat. Ibi in Summa Aur. n. vl.

56 Vendens, emptori de euictione rei tenetur. Excipe, 1. si post litem contestatam emptor venditori non denunciauit vt defenderet, dato id venditor aliunde sciret. 2. si emptor citatus contumaciter abfuit, & venditore absente non appellauerit, 3. si iniuriosè emptor soluere condemnetur, vel si violenter res auferatur. 4 si emptor compromisit, & contrariam reportauit sentẽtiam. 5. Si vsucapere emptor valuit, & non vsucepit. 6. Si scienter rem emat alienam: nisi de euictione cauerit. 7. Si aliquid contingat casuale. Facto autem pacto, vt venditor de euictione non teneatur, adhuc re euictà ad pretij venditor tenetur restitutionem. Si in generali fiat pactum de quacunque uicti one, secus si respectu certæ tantùm fia personæ, Idem ibi n. 30 per totum.

57 Emptio die facta festo, illicita, at valida. Excipe de necessariis, huiusmodi enim est licita emptio, & vend. Emere ad statim cum lucro reuendendum, nulla rei facta mutatione, vel temporis, aut loci, turpe est: hoc licet, si in magna fiat emptio quantitate, reuenditio uerò minutatim, uel statim pretio mutato; tunc enim aliquantò cariùs licitè venditur: præsertim iusto aliquo supposito prætextu, u. g. pro sui sustentatione, uel familiæ, &c. ibi n. 27. 24.

57 Lunaticum equum uenditurus, si id uitium emens ignoret, non satisfacit dicendo, uendo tibi hunc pro cæco, claudo, lunatico, &c. nec in aliquo teneri uolo, & tamen emens falsum in omnibus dicere putat, cum uideat non esse cæcum,

clau-

claudum, &c. non tamen aduertere potest non esse lunaticum: proinde restituere tenetur ad ratam defectus; imo notabili uitio laborante, nulliter contrahitur, potè quia dolosè fuit emptor deceptus, dolo causam contractui dante. n. 18. ibi id.

59 Emtionis fieri ualet solutio in quacunque pecunia, per se loquendo, præciso pacto, uel usu, aut in contrarium conuentione. Videtur tamen in æræa non posse magnam fieri pecuniæ solutionem, uenditore inuito. Fill. tract. 55. p. 2. c. 11. qu. 6. n. 488. Gal. de camb. d. 53. n. 2.

60 Dicente uenditurо, uendo tibi hanc rē pretio iusto .i. iuxta quod à peritis æstimata fuerit, nulla tenet uenditio; siquidem pretii constitutio in certam aliquam debet referri personam, non in generali, sed determinatam, Vide quæ sup. n. 33. ex Vasquez.

61 Si res tradatur pro re, & simul aliqua pecunia, tunc emptio tantū censetur, si pecunia rem excedat: è contrario, re pecuniam excedente, contractus censetur permutationis, non emptionis; quippe ad se principale trahit accessorium: modo tamen excessus sit notabilis: quia paruo existente, contractus iuxta contrahentium intentionem nominabitur. Idem si res, & pecunia æqualis sint ualoris, Vid. Bon. de contr disp. 3. q. 2. p. 1. n. 8.

62 Si forte gabella sit pro emptione, uel uenditione soluenda, tunc cōtractus censendus aut uenditionis, aut pe mutationis, prout res, uel pecunia maior erit, uel minor alia quàm alia, non enim eo casu ad contrahentium statur intentionē. Idem ibi n. 9. 10. ad finem Mol. disp. 336. Rebell p. 2. l. 9. q. 1. sect. 5. n. 24.

Quænam vendi possint.
Cap. II.

1 OMnia pecunia æstimabilia, uendibilia item habentur: excipe particularem prohibitionem, uel aliam circumstantiam uenditionem nullā reddentem, uel illicitam, u. g. spiritualia, ut de simonia suo loco. Idē Bon. ibi p. 2. n. 1.

2 Prętérea, ab testamenti executore res non possunt testatoris emi, quando in testamenti executionem illas vendere debet. Item pupilli res à tutore, vt sup. Item, res publicæ, Templa, & aliæ: Vide Bonac. de emp. t. 2. de contr. disp. 3. qu. 1. p. 2. n. 2. 3. 4. &c.

3 Filii à Patre facta tenet venditio, ob tamen nimam facta necessitatem. Item pro debitis soluendis. Item pro propria tuenda vita, vel alio redimendo, n. 9

4 Rei venditę dominus, eam potest vbicunque fuerit vindicare [nisi tamen legitimè sit præscripta ab emente bona fide] adhuc enim eius retinet dominiū.

5 Aliena res vsu consumptibilis, v. g. pecunia, vinum, triticum, &c. si cum pro prijs sit mixta, vendi potest, & dominij fit translatio; venditore obligato manēte loco rei venditæ respectu prioris domini, cuius res fuit consumptibilis vendita. Vide ibi Bon. p. 2. a. n. 20. Vide Sanch. in summ. l. 2. c. 23. n. 25. Salas d. 48.

6 Fur, venditæ rei furto ablatæ pretij fit dominus, licet furti sit emptor ignarus: de uniuersis tamen emptoris secutis ob id damnis tenetur, uel si rem Domino restituere cogatur de euictione: & tandem omnia reficere cogetur utrique dam-

damna secuta, nempè ei cui rem sustulit, & emptori si quæ alia sit damna passus Vid. Mol. d. 327 n. 9. Bon. l. c.

7 Rem propriam aliquis cogi ualet ad uendendum, nempe per principem, id publico exigente bono; u.g. inopiæ tempore, frumenta; pro Ecclesia construenda, uel hospitali, &c. ualet quis ad proprium fundum cogi uendendum, ut experientia constat; iusto tamen interueniente pretio. ibi.

8 Aliena pecunia emptum, regulariter loquendo, fit ementis, si proprio emat nomine: excipe ut sup. hic, Rebell. l. 12. q. 4. n. 12. Regin. l. 25. n. 349. Bonac. prout sup. ad finem.

Emptio cum pacto redimendi. Cap. III.

1 EMptio cum redimendi pacto licita habetur; & hoc uerum, dato in emẽtis fiat solùm fauorem; item si in uenditoris tantum; & tandem, si in utriusque fauorem fieri contingat, Bon. ibi prop. 1. 2. & 3.

2 Contrahentibus ad redimendum tempus præfinientibus, pro ratione ualent diu turnioris, uel breuioris temporis præfiniti rei augere, uel minuere pretium, id grauiori, uel leuiori imposito grauamine exigente, Ibi prop. 3. n. 11.

3 Pacto de retrouendendo apposito in solius uenditoris fauorem, res minus ualet, quàm pacto remoto, ad boni uiri iudicium. Et è contrario, si in ementis solũ pactum fiat, plus ualere est penes omnes in confesso, quàm pacto non addito. Si uerò in utriusque fauorem de redimendo pactum addatur, minus ualet, quàm si in ementis solùm, & plus ualet, quàm si in solius uendentis fauorem pactum fuerit adiectum, Nau. c. 17. n. 218. Bon. ibi n. 2. p. 3.

4 Licite pactum ualet addi in emptione, ut in retrouenditione plus pretii detur, si res plus ualuerit: item, ut non redimatur ante, uel post aliquod tempus in foro saltem conscientiæ, & iusto interueniente pretio, diuturnitate, uel breuitate temporis attenta constituti, ad prudentis arbitrium. Ille frequentissimus non uidetur contractus damnandus, quo u.g. Petrus domum Paulo uendit, & Paulus mille dat Aureos, hac lege, ut Petro liberum sit domum, quoties libuerit, soluto repetere pretio, & Paulo pecuniam, domo reddita, iusto intercedente pretio, & emendi uera intentione, Sàu. Empt. n. 14. Less. l. 2. c. 12. dub. 14.

5 Vt emptio cum redimendi pacto licita, & tutè fiat, requiritur primò, emẽdi, & intentio uendendi, non uerò mutuum dandi; ob id re empta deperdita, uel deteriorata, emptori pereat, non uerò uenditori, nam res domino perit, & deterioratur. Secundò, iustum pretium ad prudentis iuditium, consideratis oneribus, &c. ut sup. Tertiò, ut rei fructus emptæ emptoris sint. Quartò, ut non aliqua interueniat læsio, Bon. ibi n. 8.

6 Nota rem cum pacto redimendi uenditam posse eidem locari uenditori, donec redemptio fiat; modò ad palliandam id non fiat usuram, & iusto interueniente pretio. Præterea, probabilius esse nunquam posse, per temporis transcursũ rem cum redimendi pacto uenditã præscribi, Ibi n. 18. 19. Azor. 3. p. l. 17. c. 12. q. 7.

Res vendita, & non tradita cuius ſtet periculo. Cap. IV.

1 RE certa, & determinatè vendita pereunte ante traditionē, vel deterior effecta, emptori perit, & deterioratur; modo perfecta, & venditio fuerit abſoluta, neque aliqua in venditori culpa, vel mora adſit in re domino tradenda. Excipe, niſi in ſe venditor periculum ſuſceperit, vel cuſtodire neglexerit.

2 Idem de rei incremēto, vel melioratione Vid. Mol diſp. 366. Az. p. 3. l. 8. c, 16

3 Ab vtroque contrahente mora commiſſa culpabili, periculum illius erit, qui vltimus fuit in mora; modò prioris mora non fuerit poſterioris cauſa. Propterea venditione hoc modo celebrata, vendo tibi hoc uini dolium treginta nummis aureis, effuſo uino, ementi effunditur. Si verò hoc fiat pacto, tibi hoc dolium uini nummo uendo aureo in ſingulas gerulas, ſi ante traditionem effundi contingat, uenditori effuſum cenſebitur; nondum enim facta menſuratione emptio non perficitur. At in priori caſu uenditio ad corpus facta fuit perfecta. ſic de quibuſcunque ad corpus uenditis rebus; ſi uero ad menſuram, idem dic quod in priori caſu dictum fuit de uino ad menſuram uendito: res ſiquidem in indiuiduo determinata emptori perit; res uerò ad menſuram determinata, aut degustationem, pondus, uel in indiuiduo indeterminata, uenditori ſtat periculo, ſi forte ante menſurationem, deguſtationem; &c. perire contingat; ſi vero deterior, vel melior fiat emptori id accidit. Nota uenditorem ſi admonito emptore ut emptum aduehat uinum, certo præſcripto tempore, alioqui effundendum e dolijs pro ſuo condendo, niſi aduehat, tutè effundere quibit, ut ſuum recondat: modo aliter ſuum tutari nequeat, & ſaluare uinum. Vide Regin. l. 25. n. 351. Mol. l. c. n. 11. & 15. Bonac. l. c. p. 8. per totum.

Epiſcopus.
Vide Abſolutio, Diſpenſatio, Ordo, Cenſura, Capita Miſcellanea, & alibi.

1 EPiſcopatu indignus Epiſcopus, uel ad eum non idoneus, deponere eum debet. Em. Sa uerbo Epiſcop. n. 4.

2 Dignitatis nomine in pænalibus non venit Epiſcopus regulariter. Preterea nulla afficitur ſuſpenſione, uel interdicto iuris generalis, niſi de eo fiat expreſſa mentio. Secus de excommunicatione. Non procedit contra eum Inquiſitor propter hæreſim, niſi Papa mandante. Dum uiſitat, ſi aliquid ultra neceſſarios ad uiſitandum accipiat uictus, duplum intra menſem reſtituat, ſub interdicti ab Eccl. ingreſſu pæna, Idem ibi n. 9. 10. & in addit. in fine.

3 Quæ ſunt iuriſdictionis, non Epiſcopo concedere Epiſcopus ualet. Quæ ordinis, u. g. conſecrare, ordines conferre, minimè. Quid ualeat circa diſpenſationes, abſolutiones, &c. uide ſup. de diſp. abſolutione à cenſ. Confeſſione, & alibi.

Laici

Laici Episcopo quoad spiritualia subduntur: ob id eos pænis valet etiam pecuniarijs à peccando coercere, vel exilij. Præterea à Clero valet necessariũ exigere subsidium. Ad Chrismatis Sacramentum per Diœcesim conferendum discurrens de suo sibi prouideat, nisi visitet. Religiosus ad Episcopatum assumptus, tribus Religiosorum tenetur votis, habitus delationes, & alias Pontificale officium obseruantias non impedientes. Quoad verò obedientiam, Papæ fit immediatè subiectus. Dispensator Ecclesiæ est bonorum, non dominus. Episcopatum renunciãtem ad Religionem redire tutiùs erit, licet forte non adigendus, Sà ibi n. 37. 20 21. 14. 11. Vide p. Bell. in promp. n. 17. & 9. Item si Cardinalis efficiatur, adhuc enĩ tribus tenetur Religionis votis. Quoad officij recitationem, suę ritum Ecclesiæ teneat, non Ordinis. ibi n 9. & 7.

4 Acquisita per Episc. Regularem Ecclesiæ cedunt, saltem accepta consecratione. Sine Papæ licentia nequit testari, ibi n. 11. & 12.

5 In p. m. Chrisma consecrans, vel oleum, aut Ordines conferens minores, lethaliter non delinquit. Ant. Diana in Cõp. v. Episc. n. 4.

6 Num vero possint bullas concedere à casibus absoluendi, dispensandi, cõmutandi, &c. in ijs, in quibus ipsi iure valent ordinario, pro vtraque stant parte opiniones, vide apud Diana, p 4. tract. 4. res. 60. cætera de Episcopis, vide sup. v. Absol. disp. Confessio, Censura. & alibi. Censuras contra Episc. latas in Catalogo censurarum per me edito ordinatim habes. ad Veritatis Compendiosæ calcem.

Eucharistia. Vide Communio, reliqua hic. Cap. I.

1 EVcharistia non in vsu, aut sumptione, sed in re consistit permanente, videlicet in consecratis speciebus, Vide Bell. p. 2. l. 3. c. 5. Henriq. l. 8. c. 29. Verba illa consecrationis, hoc est corpus meum, non producunt Christũ quoad esse substantiale, sed Sacramentale; esse autem Sacramentale supponit esse substantiale: proinde si ante incarnationem Deus illis formæ verbis virtutem dedisset, quam modò habent, adhuc Sacerdos consecrare nõ potuisset; Christus enim ante incarnationem esse non habebat substantiale, vt homo, secus vt Deus, Bon. de Sacr. Euch. t. 1. d. 4. q. 1. p. 4.

3 Ad salutem non est Eucharistia necessaria necessitate medii in re, uel in voto; non in re, quia ea omissa adhuc salus obtineri potest; vt patet de adulto baptizato; si enim statim à suscepto Baptismo moreretur ad Cælum euolaret; ob id neq; in voto, vt patet. Non valet dicere, Eucharistia ita ac pænitentia est necessaria, & Bapt. vt ex verbis colligitur Christi, quibus huius, & illorum expressit Sacramentorum necessitatem: cum enim de pænit. loqueretur, ait, Nisi pænitentiã egeritis, simul omnes peribitis; Cum de Bap. ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, &c. Cum verò de Euch. dixit, nisi manducaueritis carnem filii hominis, &c. Cum igitur ex Christi verbis de Baptismo, & pænitentia colligatur medii necessitas respectu vtriusque, sequitur eandem fore colligendam necess. de Eucharistia, nempe ex illa, nisi, particula. Respondetur enim Sacramentorum necessitatem non solũ e verbis, & modo loquendi colligi: imo ex ipsorum etiã institutione. Cum autem Sacramenta Bap. & Pæn. ad primum sint instituta esse

V spiri-

ſpirituale,fit vt Bap.& Pæn.ſint ad ſalutem neceſſaria medij neceſſitate. Cum verò Ench.inſtituta non ſit ad primum eſſe ſpirituale conferendum, & primam gratiam,ſequitur Euch.non eſſe neceſſariã neceſſitate medij,in re, vel in voto ad ſalutem,Idem p.3.Suar.d.40.Regin. l.29 n.59.

4 Infantibus,à fortiori,Euchariſtia non eſt neceſſaria,vt patet.Non valet ſic argumentari,illa verba,Niſi manducaueritis,&c.ita ſunt generalia, ac illa, Niſi quis renatus fuerit,&c.ergo ad infantes extenduntur,ſicut illa conſtat extendi; quippe reſpondetur,verba de Baptiſmo magis ſunt generalia,& extendi valent ad infantes,cum Baptiſmus in quadam conſiſtat paſſione.At verba de Euchariſt. extendi nequeunt:quia actionem denotant exercendam cũ diiudicatione Chriſti Corporis,vt ex verbis,Niſi mãducaueritis,patet.Tum etiam, quia ad audientes dirigi noſcuntur,qui adulti erant: Baptiſmi verò verba ad omnes diriguntur.

5 Euchariſtia adultis baptizatis eſt ex præcepto Eccleſię, & diuino poſitiuo neceſſaria.Vide Bon.vbi ſup.n.3.& 4.Henriq.l.8.c.7.n.1.Suar.diſ.69.ſect.2.dub. Regin.l.29.n.59.Vict.concl.21.

De Euchariſtiæ materia,& forma. Cap. II.

1 SAcerdote conſecrante,ſic dicente,hæc eſt enim caro mea,probabile eſt confici Sacramentum.Dicente verò,hic eſt enim corpus meum, ſi illud,hic,aduerbial.ſtet,nihil fit;ſecus ſi pro pronomine maſculino, ac ſi diceret hic cibus eſt corpus meum,verè conficitur, mutato enim accidentalis,huiuſmodi cenſetur,Diana in Comp.v.Euch.n.4.

2 Facta verborum tranſpoſitione,v.g.ſic,meum eſt hoc corpus,vel, hoc corpus eſt meum,in hac valeret conſecratio,poſita poſt pronomen,hoc, uirgula,& aliis coniunctis uerbis;at in illa,nulla tenet conſecratio,quippe pronomen, hoc, adiectiuè ſumeretur,non ſubſtantiuè.Idem Dian.ibi n.5.

3 Dicente Sacerdote,eſt hoc corpus meum, conficitur, modo enunciatiuè proferat.

4 Sacerdote in Sacriſtia conſecrare particulas intendente, quæ inſunt pixide,pixide ex errore in cornu Epiſtolæ poſita, neque ad particulas amplius Sacerdote aduertente,nulla earum fit conſecratio. Super ara uero pixide appoſita,licet ad eam Sacerdos non aduertat,& tecta maneat, ualidè fit earum conſecratio, Ibi n.14.

5 Vinum congelatum ualidè conſecratur,ſi paulò ante tamen fuit congelatũ.

6 Nunquam licitum in dubia conficere materia;Euchariſtiæ enim Sacramentum ad noſtram non eſt ſalutem neceſſarium, Ibi n.11.& 12.

7 Sacerdote inſcio ſuper altare poſitæ particulæ, uel corporale, conſecratæ non fiunt;materia namque conſecranda per Sacerdotis debet intentionem determinari; ſecus alii exiſtimant improbabiliter tamen, n.20.

8 Guttę in calice à uino ſæparatæ in fundo exiſtente, probabiliter non conſecrantur,niſi & illas intendat Sacerdos cõſecrare,n.8.Regin.t.1.l.29.c.1.n 19

9 Particula laicis miniſtrari ſolita,urgente neceſſitate licitè conſecratur etiã pro Miſſa publica,nedum priuata:in ea enim,niſi ſolita inueniatur de grandiori-

bus

bus hostia, in parua Sacerdos valet hostia conficere.

10 Nulla quantitate à Sacerdote aquę in calice imposita; & citra necessitatē, mortalis committitur noxa. Ioannes de Lugo de S. Euch. disp. 15. sect. 2. n. 22.

11 In consecratione particulam, enim, omittens non plus quam venialem committit culpam. Item in calicis consecratione dicens, hic est calis, loco, calix. Henr. l. 8. c. 16. n. 4.

12 Quilibet panis ex tritico confectus, huius est materia Sacramenti; quatuor concurrentibus, 1. vt adhuc panis denominetur, 2. sit aqua confectus naturali 3. sit coctus per assationē, 4. sit præsens moraliter, & per particulā hoc, designari possit.

13 Selica dubium est num specie à tritico differat, ob id dubia materia. Auena, spelta, lolium, far, & hordeum, nomine omnino non comprehenduntur tritici; panis autem licet ex tritico confectus, si aqua alio liquore mixta conficiatur, ita vt amplius dici non valeat simpliciter panis, apta pro huius Sacr. materia non habendus. Item fermentatus valet consecrari, at non licet; etiam ad moribundum communicandum. Latinus in Gręcorum, & Græcus in latinorum Ecclesia valet licite in fermentato ille, vt iste in azymo conficere.

14 Sanguinis materia mustum, vel vinum dum incipit acescere, valet consecrari, at necessitatis solùm causa vrgente. Satis decoctum, nec in vua potest validè vinum consecrari, Vide Bon. t. 1. de Sacr. Euch. disp. 2. p. 2. p. 1. & 2.

15 Sub vtraq; specie consecrandi præceptū cū euidēte vitę periculo nō obligat saltem incepto iam sacrificio: incipere uero Sacrificium sub altera tantum specie conficiendum, nunquam licere videtur, dato aliquis sit sine Viatico infirmus decessurus. Idem ibi p. 3. n. 10. Viuald. de Euch. c. 7. n. 54.

16 Post consecrationem non addenda calici aqua, iam per obliuionem omissa. Id. Bon. p. 4. n. 6.

17 Quælibet uel minima, aut maxima ualet quantitas panis, aut uini consecrari, modò sit præsens; at non semper licitè. Nota nullam manere hostiam consecratam, si Sacerdos ex 20. præsentibus intendat hostiis decem tantùm consecrare, ulla sine determinatione. At si plures ad altare detulit hostias consecrandas, dato in consecrationis actu illius tantum recordetur, quam præ manibus habet, adhuc omnes ualidè manēt consecratæ: durauit enim, intentione actuali recedente, uirtualis, quæ sufficit. Idem ibi p. 5. n. 1. 2. 4. 5. & 6. Suar. disp. 4. 3. sect. 7.

18 In calice cooperto uino existente, uel dolio clauso, modo sit præsens, consecrari ualet. Idem de hostiis sub mappa existentibus. Distans uerò per 20. passus materia, uel tabernaculo clausa, post parietem, ualide consecrari nequit; cum moraliter absens habeatur, neque per particulam, hoc, designari queat. Idem Bon. ibi p. 6. Suar. disp. 45. Sect. 5. Henr. l 8. cap. 14.

19 Hæc tantùm uerba pro calicis consecratione sufficiunt, hic est calix sanguinis mei; at de præcepto sunt cætera proferenda. Henriq. c. 17. n. 2. Molles. tr. 3. c. 3. num. 7.

20 Christus sub speciebus non existit modo quantitatiuo, uel per modum extēsionis partium ad locum, sed modo quodam admirabili, & ineffabili per modum spiritualis substantiæ secundum totam suam substantiam, quantitatem, & membra. Ex ui autem uerborum Christi corpus uiuum, anima rationali informatum, & humoribus cum sanguine, cæterisque partibus ad integritatem spectantibus, & ornatum ponitur sub speciebus panis. Sub uerò speciebus uini ex ui uerbo

rum tantùm Christi ponitur sanguis; cætera uero Christo coniuncta, sub speciebus ponuntur per concomitantiam. Vide Henriq. disp. 6. q. 4 p. 1.

21 Christi corpus sub panis, & sanguis sub uini speciebus perseuerat tamdiu, quamdiu conseruaretur panis, & uini substantia si adesset. Ob id Christus sub panis, & uini spetiebus adesse non desinit per quacunque speciernm alterationem: u. g. humiditatem, congelationem, calefactionem, &c. statim uerò ac substantialiter species alterantur totaliter, u. g. si ex speciebus uermis generentur, & corpus sub eis adesse statim desinit; & sanguis sub uini, quando per alterius liquoris mictionem à uino specie distincti, corrumpuntur. Vide Henriq. l. 8. c. 28. n. 1. Tol. l. c. 29. in fine. Vict. de Euch. n. 29. Euch. realiter Chsisti continet humanit. in aliis continetur Sacram. uirtualiter. Henr. ant. Burgus parad. 5. c. 13. fol. mihi 228.

22 Species consecratæ nutriendi hominis uim retinent, non ui substantiæ panis, uel uiniquæ non adest, sed quatenus ad stomachum missæ ita alterantur, ut noua succedat nutritiua substantia, tunc etiam in ipsis speciebus panis, & uini remanet qualitas ad nutritionem ualens. Viuald. c. 7. n. 17. de Eccl. Henricus Anton. Burgus par. d. 17. fol. mihi 318 Col. c.

23 Eucharistiæ Sacramentum materialiter est duo, nempe Corporis, & sanguinis; nam duplix adest materia, & forma; at formaliter est unicum tantum, quippe formalis, & specifica Eucharistiæ ratio, est spiritualem significare refectionem, efficaciterque continere: hoc autem per panem, & uinum simul perfectè significatur, & efficitur in corpore: ita & per Corpus, & Cristi sanguinem significatur, & efficitur in anima. Vide Bellarm. l. 2. de Sacram. 24 & l. 4. de Euch. cad. 22. Victor de Sacram. quæst. 51. Reginald. 29. n. 6. filliut. tract. 4. 1. q. 7. n. 25.

Excommunicatio, uide, Censura, Absolutio a censuris, & alibi; cætera hic Cap. I.

Videndus Petr. Guazzinus nouiss. in tract. mor. l. 2. def. 6. c. 42. per totū.

1 Excommunicatio censura est Ecclesiastica, priuans hominem Christianum certis Ecclesiæ bonis communibus, & etiam temporalibus, nempe Sacramentorum participatione, fidelium consortio, & suffragiis Ecclesiæ communibus; loquor de maiori, nam de minori, suo loco infra. Suar disp. 2. sect. 1. Nau. c. 27. n. 1.

2 Maior non incurritur excomm. nisi mortali culpa præcedente; minor, etiam ob uen. simpliciter lata excommunicatio de maiori semper intelligitur. Minor excomm. à iure solum est, nunquam ab homine, licet ferri ualeat. Tol. l. 1. c. 5. Nau. c. 27. n. 25.

3 Suffragia Ecclesiæ, quædam sunt spiritualia auxilia, a Clericis nomine oblata Ecclesiæ pro fidelibus, u. g. Missæ sacrif. horationes Canonicæ, & supplicationes publicè. Huiusmodi autem suffragia, ministri ob indignitatem u. g. culpam lethalem, ualorem non amittunt, quippe quæ nomine offeruntur Eccl. quæ semper sancta.

4 Excommunicato, suffragia applicans Ecclesiæ, lethaliter delinquit. priuatas licet pro excomm. offerre præces, etiam a publico Eccl. ministro Excommunicato quantumuis contrito, quatenus re ipsa absoluatur, nulla prosunt Eccl. suffragia, dato occultus sit, neq; denunciatus, sed toleratus. Fideles cum hæretico communi-

cata-

cantes nullam incurrunt minorem excomm, vel culpam, nisi sit denunciatus, licet publicus existat hæreticus. Secus de Clerici publico percussore, statim enim vitãdus efficitur, vllam ante publicationem. Vide Fill. tr. 12 c. 2. q. 1. n. 33. Suar. disp. 9. sect. 1. n. 4. vide etiam Bon. quoad omnia, t. 1. de excomm. disp. 2 c. 3. p. 1.

5 Quot autem testes requirantur, ad hoc vt publicus quis dici debeat Clerici percussor, iudicio boni, & prudentis omninò stetur, loci frequentia, &c. consideratis; magnæ enim ciuitatis respectu, 10. personarum numerus non facit notorium delictum: licet collegii respectu, vel opidi vtiq; sufficiat; neque scientes vitare percutientem tenẽtur, modo non sit, vt sup. notorium delictum; etiam in secreto occultus Clerici percussor non est vitandus, Fill. tr. 13. c. 3. q. 5.

6 Idem de suspenso, interdicto, vel irregulari; non enim ego audire prohibeor suspensi, interdicti, vel irregularis Missam nisi per publicationem talem esse constiterit; imo & à Parocho cuiuscunque possum Sacramenti petere administrationem, dato eum homicidium patrasse sciam ego solus, vel aliam quamcunque incurisse censuram, quatenus denuncietur. Præterea Gonfessarius non tenetur, quem in Confessione sit excommunicatum, euitare. Vide Bon. ibi §. 2. n. 8. 9.

7 Qui se dicit euitandum esse, euitandus est, Ibi ad finem.

8 Sacerdote pro excommunicato Sacrificium applicante, non vt Ecclesiæ minister, sed vt Christi minister, & ab eo deputatus, ei prodest, tum quoad satisfactionem, tum & impetrationem. Item valet in missa Sacerdos, tanquam priuatus, pro excomm. orare, etiam publico. Indulgentia quicquam non valet excõmunicato etiam contrito, vt sup de suffragiis, innui, Suar. disp. 9. sect 4 n. 3. Bon. ibi §. 3. per totum, cum multis.

9 Validè excommunicatus Sacramenta recipit, quoad substantiam, pęnitẽtiæ dempto Sacramento; non vero quoad gratiam; obice ad gratiam obstante, si sciẽter agat, & m. peccat. Secus si ignoranter, & gratiam lucratur.

10 Qui bona fide à peccatis fuit absolutus cum excommunicatione detineretur, sufficit postea ab excommunicatione absoluatur, tacitis peccatis; nam validè absoluta fuere Item si id à Sacerdote scienter fiat: nempe, non debere pænitentem à peccatus, priusquam ab excommunicatione absoluatur, absolui; nam adhuc validè absoluitur, nam multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent. Id valet, modo inculpabiliter pęnitens hoc ignoret, vel se esse excommunicatum; secus si culpabiliter. quippe qui indispositus accederet, & cum p m.

11 Si autem inculpabiliter, & valenti ab excomm. absoluere sit confessus, etiam absolutus manet ab excomm. nam Sacerdos intendit, in generali absolutione, tollere vinculum prius excomm. quantum potest, & pænitens indiget, deinde peccata Idem Bon quoad hæc omnia ibi p. 2. §. 1 & 2 Aui. e 2. p c. 6. dis. 3. d 4.

12 Se absolutum dicenti, si fide dignus sit, Sacerdos credere potest, si sit occultus; & Sacramenta ei tutè dabit. Secus si sit publicus, nisi de absolutione item constet, Nan c. 27. n. 36 Suar. disp 10. sect. 2. n. 12. Fill. tract 12 c. 2. n. 65.

13 Data ab excommunicato tolerato Sacramenta sunt valida Imo ab huiusmodi tolerato Sacramenta petens nihil peccat, dãto id sciat pænitens, neq; vlla suscipiendi necessitas vrgeat, vel proprius non sit Parochus, vel etsi non sit administrare paratus, & eum prouocet, non enim peccato cooperatur Sacerdotis, cum neq; ipse peccet Sacerdos ministrando, non se ingerendo: quippe Concil. Constant. communicare permittit cum excommunicatis toleratis quatenus publicentur. Præmit-

mittat tamen huiusmodi oportet Sacerdotem contritionem, nisi ab excomm. obtinere valeat absolutionem, antequam alium Sacramentaliter absoluat, Henriq. l. 13. c. 6. num. 3.

14 Pœnitentiæ excepto Sacramento, quælibet alia ab excommunicato vitãdo Sacramenta data valent, in necess. etiam pænitentia tenet, vt sæpè sup. de abs. à censuris, & à peccatis. Extende, licet pœnitente de excommunicatione Ministri ignaro. Excipe, nisi pro iuridico Confessarius ibi communiter habeatur, & errore communi, vel titulo colorato excusetur, nam color tituli, & error communis iurisdictionem tribuit.

15 Nedum Sacramenta, verùm & Sacramentalia ab excommunicato non tolerato administrata validè fiunt: proinde benedictio, consecratio, &c. tenent, Say. l. 2. c. 1. n. 11.

16 Ob probabilem ignorantiam, vel excommunicationis inaduertentiam excusatur Sacerdos excomm. ab irregularitate si excommunicatus celebret, vel sui ordinis officium exercet, vel aliquod dederit Sacramentum. Idem si id, aliqua necess. vrgente, agat, v. g. ob infamiam, vel graue damnum, vel scandalum vitandum, vt sup. de censuris. Vide Bon. vbi sup. p. 2. §. 3. & 4.

17 Necessitate remota, nullum suscipi debet Sacramentum ab excom. vitãdo. Mortis tempore Eucharistia licitè haberi potest ab huiusmodi vitando: de Baptismo, & pænitentia non quicquam dubitatur, vt sup. suis locis. Item Vnctio extrema, saltem quando infirmus ob incapacitatem nullũ aliud habuit Sacramentũ; virtute enim huius fieri de attrito valet contritus, & sic de damnando saluus fiet Fill. qu. 8. nu. 76.

18 Qui necessitate remota, ab excomm. vitando aliqua recipit Sacr. præter lethalẽ culpam, minorẽ etiam incurrit excom. ob nimirũ vetitã cõmunicationẽ, Suar. d. 11 sec. 3. n. 29. Nau. c. 27. n. 241. Henr. l. 13. c. 11. n. 1. apud Bo. ibi p. 2. §. 4. n. 9

De Sacris rebus, & sepultura, quibus excommunicati priuantur, Cap. II.

1 Missæ adesse Sacrificio, (nisi ob necessitatem inseruire debeat) excommunicatus prohibetur, nulla graui excusante, & rationabili causa: & hoc valet, licet secreta excommunicatione. Excommunicatus, qui tempore excommunicationis Missam non audit, non tenetur sub p. m. vt eam audire valeat absolutionem procurare ab excomm. Præterea, qui cum excommunicato publico Sacro adsunt lethaliter delinquunt; & Sacerdos coram excomm. celebrans scienter idem committit peccatum: præterea excommunicatione minori afficitur, & interdicto ab ingressu Eccl. secus si secretus Sacro adsit excommunicatus. Idem de cæteris cum excommunicato occulto Sacro adstantibus, Suar. disp. 12. sect. 2. n. 3. & Na. c. 21. n. 4. Bon. ibi p. 3. §. 1. n. 1. 2. & seq.

2 Ignorantia tamen, vel grauis damni periculum sicut à peccato, ita ab excõ. liberat, Nau. de orat. c. 16. n. 60. Henriq. l. 13. c. 10 n. 4.

3 Si quis in fidei, aut auctoritatis Ecclesiasticæ contemptum adesse cum excommunicato cogeretur Sacrificio, sub præcepto esset nullo modo assistẽdum, vel si ipsum foret subeundum martyrium. Idem de Sacerdote, celebrare corã publico

excomm.coacto in auctoritatis Ecclesiæ contemptum. Vide Armilla.v.Exc.n.59.

4 Nisi excommunicatus exire ab Ecclesia voluerit, vel si expelli sine periculo nequiuerit, Missa omittenda, & diuina officia, non tamen consecratione adhuc inchoata, & eo casu cæteri exeant omnes fideles, seruiente excepto. Sacerdos autē sumptione facta abeat, & in Sacristia cętera persoluat. Idem dico de officiis aliis diuinis. Vide ibi in Bon. prout sup. §.1.n.13.

5 Ad diuinarum horarum preces persoluendas tenetur excōmunicatus, omittat illud, Dominus vobiscum: valet qui habet famulum, illum ad recitationem adhibere ratione famulatus, secus minimè, Regin. l.32.n.20. Auila 2.p. disp.8.d.8

6 Excomunicatus si, Dominus vobiscum, dicat in recitatione irregularitatem probabiliter non incurrit; materiæ excusante paruitate, Henriq. l.13.c.7.n.2.

7 Publicæ orationes à Clerico nomine Ecclesiæ Deo oblatæ prosunt fidelibus, nisi denunciatus existat, & publicus, sed toleratus. Item concioni interesse tutè valet, in Ecclesia priuatim orare, mensam benedicere, laicorum more tantùm, signo se munire crucis, Eucharistiam adorare, item ad infirmū comitari, psalmos non debet cum aliis tamen recitare. vti sacris valet imaginibus, non tamē vti aqua valet benedicta: est enim quoddam Sacramentale: & si petatur, concionē habere. Lector tenetur publicus, notato adesse lectioni excommunicatum, lectionem omittere, quatenus Gimnasio exeat; imò & auditores cum eo morantes peccāt, & minori afficiūtur excōmunicatione, Bon. vbi sup. p. de excom. disp.1.q.2.p.4.§.2

8 Si excommunicatus in hac vita absolutus non fuit, vel mortuus, Ecclesiastica priuatur sepultura, licet signa dederit contritionis: modo publicatus excommunicatus extiterit, Idem §.3.n.1 & 2. Tol. l.1.c.13. Henriq. l.13.c.7.

9 Qui tempore mortis excommunicatus publicus signa dedit contritionis, sed non fuit ab excomm. absolutus, si sepultura fuit sacra donatus non exhumetur, sed mortuus absoluatur ab auctoritatem habente, Bon. ibi n.7.

10 Excommunicatum non toleratum Ecclesiastica donans sepultura, maiori afficitur excommunicatione. Auila 2.p.c.6.disp.10.d.6. Sayr. l.3.c.35.n.12. Vide Catalogum cens à me editum, additum ad Veritatem meam Compendiosam, vbi per ordinem omnes referuntur à iure censuræ latæ.

Priuatio iurisdictionis excommunicati, & humanæ conuersationis. Cap. III.

1 PEr vitandum excommunicatum gesta, sunt nulla, si tanquam iuridicè fiant, & vt propriæ iurisdictionis. Secus si non tanquam propriæ iurisdictionis, Bon ibi p.15.n.1.

2 Propterea validè Parochus matrimonio assistit sui subditi, licet excōm. publicus. Item coniuges excommunicati validè matrimonio iunguntur, ibi.

3 Testamentum à publico factum excommunicato ob hæresim, vel iniectionem violentam, & publicam in Cardinalem, nullum tenet. Cęteri omnes excommunicati validè contractus ineunt omnes, profitentur, &c. dato peccent, iusta causa præcisa ad contrahendum, Ibi n 2. & Auila 2.p.disp.6.c 6 dub 6.

4 Per excommunicatum non vitandum iurisdictionis gesta, tenent, v.g. valet excommunicare, suspendere, interdicere, imò & alij id committere. Præterea ab-

absoluere, dispensare, indulgentias concedere, eligere ad beneficium &c. ualide quibit. Item ualidè excommunicatus Tabelio instrumenta condit, licet uitandus; non enim id iurisdictionis actus censetur, sed officij. Ibi n.3.4.& 5.Bon. cum alijs ibi a Bon.citatis.

5 Iudice sententiam excommunicationis in fures v.g. ferente, non per statutum, sed sententiam, si ipse publicus fiat excommunicatus, nullus huiusmodi sententia afficitur, licet tale furtũ cõmittat. Secus de statutũ ferente, Su.t.5 d.3 se.4

6 Episcopo excommunicato vitando, Vicarii eius cessat iurisdictio, nisi aliũde eam habeat Idem verum censetur etiam re non integra. Secus de delegato, si delegans publicus fiat excommunicatus, vel moriatur; nam adhuc delegatus rem inceptam expedire iure valet, Sanch.l.3.de matr disp.30.Sayr.l.1.c.5 n.37.

7 Vt plurimum fideles cum excommunicato vitando communicantes uenialiter tantùm delinquunt, saltem in humanis, secus in diuinis. Cũ infidelibus citra ullum ualet pecc excõmunicatus cõmunicare, in rebus tamen alias nõ prohibitis.

8 Præterea excomm. incurrunt minorem: imo si in crimine criminoso cõmunicent maiori afficiuntur excommunicatione, si id scienter, & post iam contractam fiat excommunicationem. Item Episcopus, si cum à Sa excommunicato in crimine communicet criminoso, nempe in eo, ob quod lata fuit excõmunicatio Vide Bon. de excomm.t.1.disp.2.q 1.p.6.per totum, Sayr.l. 2.c.11.n.2.

Quibus in casibus prohibitum, vel permissum sit cũ excommunicato vitando communicare. Cap. VI.

1 SEquũtur casus, in quibus cum excommu uetitum est communicare; sunt autem hoc contenti versu, nempe.

Os, orare, uale, communio, mensa negatur.

2 Os, confabulatio, aut allocutio, literarum missio, nutus, nuncius, oscula, & amplexus prohibentur cum excomm. uitando, imo & munerum missio. Orare, innuit simul cum excommunicato fieri prohiberi orationem. Vale, docet honorificam uetari salutationem: non tamen ob id ad emendandum excommunicatum huiusmodi prohibetur salutatio, si ad ipsius dirigatur correctionem, Communio, instruit, nos non debere simul cum excomm. habitare, practicare, uel contractum inire. proinde cum eo in eodem non licet lecto dormire, in eodẽ uerò cubiculo forte licet, tractationibus, & confabulationibus præcisis, sed unoquoque suis rebus, & negotijs incumbente. Mensa, instruit non fore licitum in eadem cum excomm. mensa cibum capere, uel potum. Nota, eum, qui casu in eadem reperitur caupona, cum excommunicato, posse nedum eodem uti cubiculo, imo & mensa eadem, modo suum cuique seorsim caupo cibum apponat, neque sociatim comedant. Ex Mart Bon. ubi sub.§.2.

3 Sequenti uerò carmine casus, in quibus fas erit cum excomm. communicare, continentur, nempe.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

VTile, permittit cum excommunicato communicare ad eius utilitatẽ, uel nostram, quæ uera sit, non ficta utilitas; ob animæ nempe salutem, uel corpo-

corporis, & rerum, præsertim debitarum; quippe debitor soluere tenetur excommunicato creditori: & uice uersa, petere ualet creditor ab excommunicato debitore sibi debitum. Præterea Medici licet uti opera, licet excommunicati. Item excommunicato mederi. lex, innuit, coniugibus in omnibus licere solita uti conuersatione, in lecto, mensa, domine gubernatione, colloquio &c. At in crimine criminoso, ob quod alter fuit excommunicatus non licet communicare, alioqui in maiorem, vt sup. incidit excom. addo neque in diuinis. Facto vero quoad habitationem diuortio, nulla licet inter coniuges communicatio. Humile, seruos docet suis debere dominis seruire excommunicatis, & subditos superioribus, in ijs tantùm, quæ esse non possunt causa obdurandi in excomm. & non in crimine, ob cuius causam excommunicati inueniuntur: alioqui maiorem laberentur in excomm. vt sup. de coniugibus, Mart. Bon. vbi sup. §. 2. n. 20. 21. Sotus. disp 22. q. 1. a. 4

5 Hinc patet quid dicendum de Religiosis, nouitijs, militibus, filijs, &c. respectu superiorum, magistrorum, ducum, & patrum. Idem de tutore, curatore respectu impuberum, & minorum, Suar disp. 15. sect 7. n 2.

6 Non idem de filijs spiritualibus respectu patris spiritualis. Seruo item excommunicato, alius non valet seruus communicare, aut fratri frater, nisi quatenus eidẽ domino debent commodius, & melius inseruire.

7 Item versa vice tutè superioris, domini, patres, &c. communicare valent cũ suis subditis, quatenùs opus habent pro debito seruitio, neque vltra. Res ignorata, instruit, non vllam incurri minorem excommunicatioem ab eo, qui fuisse talem ignorabat personam excommunicatam, vel non aduertebat inculpabiliter; quippe sicut ignorantia à culpa excusat, ita & a pœna. Sanch. l. 9 de Matr. disp. 32. q. 6

8 Publicus alibi excommunicatus, & hic occultus, euitandus & hic, ab eo qui probe scit, ius enim huiusmodi excommunicatus amisit ad famam. Necesse, innuit necessitatem quæ à peccato excusat participantem cum excommunicato, & quæ ipsum excusat excommunicatum, etiam ab incurrenda excusare censura minoris excommunicationis; neque extrema solum excusat, verùm & notabilis, vt tradere eleemosynam graui presso indigentia, equum ad equitandum solito iter habere tantùm equitando, petere ab aduocato in lite valeo consilium, licet excommunicato, vel à medico medicinam, &c. Fill. tr. 13. c. 6. q. 12. Regin. l. 32. n. 12. Vide etiam Bon. vbi sup. §. 2. prope finem.

Quędam alia de excommunicatione.

Cap. V.

1 FActa excommunicato vitando dignitatis cum iurisdictione temporalis collatio valet, at illicitè fit, Suar disp. 16 sect. 2. n. 3. apud Bon. ibi p. 7. n. 4

2 Item in tutorem, vel curatorem validè excommunicatus vitandus eligi potest, & hoc saltem probabiliter; idem de numero 1. hic. at contrarium est tutius, Suar. dis. 16. sect. lect. 8

3 Agere in iudicio non valet excomm. etiam toleratus, neque per alium. Proĩ de accusare nequit, necessitate remota. Se tamen defendere quibit in iudicio. Item alium in iudicio conuenire nequit; at conueniri, & accusari valet, Id. ibi sect. 4.

4 Excommunicatus publicus, & denunciatus in iudicio agens, debet à iudice re-

pelli, si ab aduersario exceptio fiat. Nisi autem expellatur, acta per eum tenent. Item, toleratus licitè testimonium fert; non sic de vitando; si tamen faciat, tenet non solum in iudicio, verum & in contractibus, testamentis, & instrumentis; repelli tamen valet, Bon. ibi n. 12 13. 14.

5 Per annum in excommunicatione perseuerans, de hæresi suspectus euadit, ob id per Inquisitores contra eum procedi valet: saltem de excomm. ob del. spectans ad S. Offic.

6 Externo opere cui excomm. est annexa, solum veniale existente, nulla incurritur ob id excommunicatio maior; licet interior mortalissimus extiterit affectus, v.g. aliquo Clericum leniter percutiēte quidem, at animo occidendi: Ecclesia de internis nō iudicāte, Vid. Bon. de exc. dis 2. q. 4. p. 1. n. 3. 4. Reg. l. 1. n. 206

7 Sacerdos excom toleratus tutè celebrare, rogatus, valet, secus si se offerat, aut ingerat. publicus excomm. neq; à venialibus validè absoluit, necessitate remota, ut sæpè sup. dixi, Diana in Comp. v. Excomm. effectus n. 15. & 16

8 Excommunicatio comminatoria signat mortalem culpam: suspensio verò, & interdictum, vel irregularitas pænalis, nisi absolutè ferantur, sed ferendæ sententiæ sint, non semper obligationem connotant sub mortali ad obediendum, Auila 1. p. q. 5. circa finem.

9 Ex Papæ commissione facta dispensatio non impeditur excommunicatione dispensati, Em Sà v. Absolut. ab excomm. n. 17. Nau. cons. 41.

Minor excommunicatio.

1 Minor incurritur excomm. per communicationem cum etiam excōmunicati cadauere, v.g. lauando, ad sepulchrū comitando, sepeliēdo, &c. etiam si à se, nempe ab eo, qui communicat, excōmunicatus sit. Alterius l. 1. disp. 13. c. 1. & disp. 14 c. 1. etiam Bon vbi sup. q. 3. de minori excomm. Nō incurritur ob communicationem cum excommunicato, licet noto, nisi sit denunciatus, vel Clerici publicus percussor. Libuit hoc dicere ad piorum scrupulos tollendos, loqui cum non denunciato verentes, si ipsi excommunicatum sciant. Et licet sine p. mor. communicetur, adhuc incurritur, Vide sup. Bon. ibi n. 2. de minori excomm.

2 Qui cum huiusmodi excommunicatione Sacramenta scienter sumit, & præcisa necessitate, lethaliter delinquit. Ob autem participationem cum excomm. excōmunicatione minori, nulla incurritur excom. vel alia quæuis censura, Ibi. n. 3

3 Minori detentus excommunicatione, nulliter cōfitetur, si scienter id agat, & cum cognitione impedimenti, quippe qui impedimentum obijcit, Ibi.

4 Si Sacramenta det, neq; venialiter peccat. Si celebret, nullam incurrit irregularitatem, vel Sacramenta sumendo, Fill. q. 5. n. 16. Suar. sect. 2. n. 3.

5 Nequit eligi, præsentari, neque Ecclesiasticam habere dignitatem. Si tamē eligatur, validè electus manet, at non licitè, imò lethaliter delinquit. Itē eligens, modo scienter. Validè item eligit, & licitè, cum alijs liberè communicat, & diuinis adest, gaudetque Ecclesiæ communibus suffragijs, & tandem alios absoluere à censuris, & peccatis tutè valet, Bon. ibi n. 6. 7. 8. & 9. Sayr. l. 2. c. 23. n. 14.

6 Ab hac valet censura quicunq; Ordinarius Confessarius absoluere: simplex non

non valet hoc Sacerdos, ibi n. 15. Cuius sit ab excommunicatione maiori absoluere, quis excommunicari, vel absolui valeat, à quo, quæ sit imponendi, & absoluendi forma excommunicationem, sup. de censuris, & de absolutione ab eis satis habui. Omnes autem iuris excommunicationes, Bullæue Cœnæ simul cũ censuris alijs, tibi in Catalogo ad *Veritatem Compendiosã* addito collegi.

Extrema vnctio.

1 PVeris dari non solet, nisi communicantibus. Sufficit tamen, si doli sint capaces. Item danda amenti si mente sanus petierat, vel petisset si aduertisset, aut si contritionis signa dedit ante. Irriuerentia tamen fugẽda. Si excommunicatus erat absoluatur prius. Item phrenetici, si mẽte sani petiere. Amentibus perpetuò, non datur. Peste infectus, virga oleo tincta inungi potest, quę postea comburenda, Diana in comp. v. Extr. Vnct. n. 8. Sà v. Extr. Vnct. n. 1. & 2.

2 Morti solum propinquis datur, ob morbum, vulnus, partum, vel etiam senectutẽ: & quidẽ in diuturnis morbis, quoties periculũ redierit. Post viaticũ datur.

3 Negligenter eam omittens culpam non committit lethalem, contemptus, & scandalo saltem præcisis. Omittere autem eam, quia non necessariam, contẽptum non continet. Olei benedicendi auctoritas per Papam simplici valet Sacerdoti concedi. Non eodem anno benedictum valet oleum adhiberi, nouo deficiẽte; estque de Sacramenti necessitate oleum esse benedictum, & sit omnino oliuarum Sacerdote se in necessit. inungente, nullum fit Sacramẽtu, Dian. ibi n. 24.

4 Dubio extante num ægrotus viuat, sub conditione, si viuis, detur. Omnia corporis quinque sentimenta de necessitate sunt Sacramenti inungenda. Pedes, & renes necessario non inunguntur, imò in fœminis renium omnino est vnctio omittenda. Videtur alterum organum sensuum sufficere inungi, v. g. oculum, vel manum: at consuetudo teneatur omninò; hæc omnia etiam ex Bon. t. 1. de Sacr. Extr. Vnct. d. 8. q. 1. p. 4. 5. & 3.

5 Sufficit verba paulo ante, vel post proferantur vnctionem. Addere, non est necesse, in nomine Patr. at mos seruetur. De Sacramenti est essentia forma vti deprecatiua, non indicatiua. Illa verba, sacram, & pijssimam, nõ sunt essentialia.

6 Quiuis Sacerdos hoc valet Sacramento infirmum munire, de saltẽ, tacita Parochi licentia. Sacerdote progredi in vngendo nequeunte, alius deficientia suppleat. In necessitate vnus vnum, alius aliam valet corporis partem inungere seorsim, prolatis parti inunctæ conuenientibus verbis; imo periculo imminente, vnica valet forma infirmus inungi, sic, Per istam sanctam vnctionem, &c. parcat tibi Deus, quicquid per visum, auditum, gustum, deliquisti, &c. simul quinq; successiue sensibus inunctis. Nisi periculum mortis adsit, nullum fit vnctionis Sacramentum. Rectè intelligenda Mediolanensis Synodus 4. p. 2 non enium inungi prohibet parturientem, si quid accidat vnde probabiliter mors futura timeatur post partum, vel etiam ante, sed loquitur de partus doloribus cruciatis; vt ordinariò cruciari solent, citra tamen mortis euidenti periculo; in eo quippe inungi debent. In ultima tantum vnctione corporis gratia confertur, probabiliter.

7 Oleo benedicto deficienti, addi non benedictum, in minori tamen quanti-

tate, ualet & sic totum fit benedictũ, & huic aptum Sacramento. Vnctio fieri valet sine crucis forma, at sub præcepto in forma crucis fiat, dato non sit de essentia Sacramento.

8 Capite non datur damnatis, uel militibus periculosè præliaturis, uel nauigaturis. Non expectandum uitæ extremum punctum, aut donec infirmus extra se propè constituatur, imò satius fore censeo, ut dum adhuc sui est compos infirmus inungatur, ad Maiorem fructum acquirendum, Et perfectius se disponendum. Sine uestibus ab Ecclesia præscriptis non detur; non enim tantæ est necessitatis. Sine ministro, & orationibus, urgente ualet necessitate, dari.

9 Sacerdos in exteriori manuum parte inungatur. Moribundus sensibus destitutus qui alia nequiuit recipere Sacramenta, est sub præcepto inungendus, uel tempore interdicti.

10 Aliquo corporis sensu carens, in parte sensui deficienti proxima inungi debet. Sacro Chrismate collata vnctio per errorem, probabile est quod teneat. Diana ibi n. 1.

11 Puer si dubitetur de rationis vsu, sub conditione valet inungi, si vsum habes rationis, &c. Vide quoad hæc omnia, Bonac. vbi sup. per totum.

FALSARE.

1 Falsare monetam, læsæ est Maestatis crimen. Falsat, qui sine legitima auctoritate, materia, & quantitate cudit, vel signo. Item iustum minuens forcipe pondus, qui vero exuberans tondet falsare non censetur: at grauiter delinquit, Sà v. Fals. n. 1.

2 Scienter falsis vtens nummis, ponderibus, vel mensuris, aut scripturis lethaliter delinquit, onere addito restituendi. Neque item fas erit similem cõfingere scripturam, ei quæ forrè amissa fuit, legitima, v. g. ligitimitatis, hereditatis, & debiti exigendi; neque conuento, vt iterum mutuum soluat, si solutionis amiserit Chirographum, licet falsum producere. Litterarũ Apostolicarum falsificatio, vide Catal. ad Verit. item Compendiorum additum, de censuris, Ibi n. eod. & 2.

3 Falsarius item habetur, qui absentium nomina in instrumento ponit, uel sigillum furtiuè surripit. Falsitas item non solùm falsum dicendo, uerùm & uerum tacendo committitur Vide Armillam uer. falsarius, n. 3.

4 Alterius litteras dolosè reserans, ut falsarius puniatur; excipe, nisi ad id faciendum auctoritate gaudeat, u. g. Superiores in Relig. aliqua, uel sub ratihabitione; Item licet inimici, ex quo graue imminet periculum, litteras aperire. Clausum aperiens testamentum, falsi punitur pæna, lacerans, occultans, uel comburens publicas litteras, uel scripturas, falsi pæna punitur n. 4. 5.

5 Qui ut bonam recepit monetam cum re ipsa falsa sit, eam deinde alteri dare tutè nequit; si det, restituet. ibi n. 6.

Famulus. uide conductio, contractus.

1 Famulus requisitus per obedientiam Superiorum, ut domini sui delictum reuelet, non tenetur parere, si criminaliter procedatur: secus si ciuiliter,

mo-

modo inde sibi notabi e non sit damnum timendum, delicto hæresis excepto. Summa Armilla v. Fam. 4. n. 6.

Familiaritas.

1 IVdex recusari ob magnam familiaritatem iure valet, v. g. consanguinei, coloni, famuli, filii in sua potestate, & tandem in domo habitantium sua. Idē v. Familiar. n. 3. in fine.

Fautores hæreticorum. Vide hæresis, & Cap. II. Variorum in fine.

1 HAeretic corū fautores dicūtur, qui facto eis fauēt cibū prębēdo, & huius modi, aut verbo, v. g. dicendo, isti sunt viri probi, iniuriosè molestātur; vel si iudex, vel princeps, iubente Inquisitore, eos capere nolunt, aut opem ad eos capiendos pręstare nolentes; isti omnes ipso facto excōmunicati habentur, vt ipsi hæretici. Item fautor censetur, qui testis requisitus non reuelat delinquentem, imo sociantes, visitantes, auxilium ad fugam præstantes, preces, ne debitè puniantur, fundentes, si id fiat sciēter, & ad eos tuēdū vt hæreticos; non item vt cognatos, affines, consanguineos, vel ob quemcunq; alium respectum, præter hæresim. Idem v. Fautores hæreticorum per totum.

Fæmina.

1 VEste vti virili fæmina prohibetur, non sub mortali tamen, de se, nisi id ad malum agat finem, qui culpam contineat mortalem, v. g. vt licentiùs libidini vacare valeat. Idem de viro muliebre vtens veste, vel si forte inde aliquid scandali sit oriturum, S. Armilla v. Fœm. n. 2.

2 Feminæ prædicare vetitum, & publicè docere; licet eis exortare etiam sedendo, vt patet de Relig. feminis. 2. sacrafacere, 3. confessiones auscultare, aliis benedicere 4. Vasa, & sacras tangere pallas. 5. incensum circa Altare deferre. 6. Ad Altare accedere, & Sacerdoti ministrare, 7. Alicuius actum Ordinis exercere, & Iudicis officium gerere 8. postulare, vel procurare, propria vel suorum excepta causa. 9. In iudicium trahi ad testificandum contra eius voluntatem. 10. Accusare, nisi in certis casibus, ibi n. 3. per totum.

Festiuitates. Vide Festum

1 SOlemnes sunt festiuitates, ex Sacra Rit. Congr. apud Ba[illegible] in Coll. Bull. v. Festiuitates, Festum Paschæ Resurr. Feria V. in Cœna Domini. Ascensionis D. N. I. Christi. Pentecostes. Sanctorum Apost. Petri, & Pauli. Annūciationis, & B. V. Matris. Assumptionis. Omnium festum Sanctorum. Nat Christi, & Epiphaniæ.

Festum.

VIde Henric. à Gand. t. 1. quodlib. 1. q. 41. item 42. & eius com. Zuccol.
1 Obseruatio festorum de iure est Ecclesiæ, etiam Dominicæ: nimirum quia ab Ecclesia vt hic dies obseruaretur fuit statutū, loco Sabbati, ne cū hebreis conueniremus in obseruatione diuini & naturalis præcepti de Sabbati sanctificatione, Clau. Reg. l. 7. c. 1. n. 9. Fill tr. 27. c. 6. q. 2. n. 81.

2 Iure communi valent Episcopi in sua saltem diœcesi festos instituere dies, Clero, & populo acconsentiente; imo iam vsus videtur habere, vt per se, de consensu tantum Cleri, festos Episcopus dies instituat. Requiritur tamen, vt ille, cuius festum diē sanctificari iubet, in numerum sit per Papam relatus Sanctorum, Sanch in opere mor. l. 2 c 41. n. 11 Em. Sà v. Fest.

3 Hanc autem instituendorum facultatem festorum penes laicos principes nō extare certum est. Valent vtiq; subditis, vt tali die ab operibus abstineant seruilibus præcipere, ciuilis causa honoris, vel alio prætextu; non vero religionis causa, ita vt audire cogantur Sacrum sub. p m. Sà. l. cit.

4 Vt tali die ab operibus laici seruilibus abstineant vsque ad meridiem, sacroue audiendo cogantur instituere valet Episcopus. N. c. 13 n 5.

5 Festum ab Episcopis diem institutum à Religiosis etiam exemptis obseruari debere compertum: & hoc saltem extra Monasterium; secus intra. Idem de ieiunio per Episcopum inducto, non enim ad illud Regulares tenentur.

6 Voto, vel iuramento festa à maioribus instituta, obseruent populi, non vi iuramenti vel voti; est enim illa personalis obligatio; si tamen centum iam sint anni translacti ab eorum institutione Quoad n. 5. Bell. in promp. n. 3. quoad vero n. 6. vide Sà v. Fest. n. 3.

7 Circa festi principium, & durationem, receptæ loci standum consuetudini; & vbi in antecedentis diei vespere incipit, excusantur in vigilia laborantes barbitonsores, Eugenio IV. eximente, Idem ibi n. 9.

8 Sacro audito valet quis ad locum, ab festi obseruatione liberum, proficisci, ibiq; operari. Viri coactio vxorem patris filium, & famulum domini coactio à festorum obseruatione excusat: præcisso tamen fidei contemptu, alioqui mori expediret potius, quàm supradictorum parere præcepto, n. 8. 7.

9 Item metus excusat iustus, necessitas, vtilitas, pietas, damni in corpore vitatio, vel anima. Præterea ad otium vitandum puellæ excusantur die laborantes festo, Episcopi, vel Parochi item dispensatio, vbi & hic dispensare solet. Idem num 6 ibi. Suarez t 1. l. 2. c. 38.

10 Die licet festo docere, piscari moderate, aut certis festis diebus, quibus certum piscium genus aduenit; venari etiam lucri causa, libros transcribere, pingere quid parum, vt delineare, seu pingere discendi causa, præliare, nec non eo die necessaria vendere, iter agere mulis etiam oneratis, id usu concedente, iudicem informare item aduocatus ualet, citra tamen iudicialem actum, causa pietatis præcisa, aut necessitatis; item consuetudo excusare uidetur molitores, & similiter pistores excusat necessitas, quæ commodè præueniri nequit. Idem ibi n. 5.

11 Sutores diebus ualent festis calceos uendere rusticis. ibi idem.

12 Paruitas excusat materiæ a lethali, u. g. per horam circa laborare, Suar. c. 3.

13 Epi-

13 Episcopo sub censura prohibente, alioqui die festo fieri licita, necessitatis causa, aut pietatis nullus parere tenetur; pote quæ nulla huiusmodi habetur censura. Nau.c.13.n.15 & Sà n.3. ibi.

14 Festis licet diebus digladiatoriam tradere artem; neque enim mechanica censetur ars. piscari ex officio, & uenari nefas diebus festis. Sartores tutè festis diebus uestes pro aliquo funere conficiunt. Item interdum excusantur post mediam noctem suere coacti, ad promissas uestes eo die tradendas conficiendas. Item festis diebus tãtum ciuilia prohibẽtur iuramẽta. Diana in Comp.n.13.11.q.

15 Item Typrogaphi characteres componentes, non verò impressores excusãtur, id enim opus seruile censetur Nota, opera ex se seruilia non desinere talia esse, ex eò, quòd gratis fiant, nullaue proposita mercede. Item è contrariò, quæ liberalia sũt, seruilia, inde sperato præmio, nõ fiũt; ob id sonatores, scriptores, doctores, cursores, bellatores, & id genus excusantur, dato spe certa præmii, talia præstent, n.8 & 11.

16 Probabiliter ab festo, in vtroque loco per Episcopum indicto obseruãdo, excusatur, qui ab vna ad aliam transit Diœcesim, non vt ibi habiret, aduenæ enim lege locorum vbi inueniuntur non afficiuntur, neque item lege loci domicilij, in quo non inueniuntur tempore diei festi, tenentur, n.7.

17 Die festo templa tapetibus, &c. ornantes excusantur. Item agaso, qui in iumentis onerando parum insumit temporis absoluitur à culpa mortali si iter arripiat cum oneratis iumentis, nam iter habere opus liberale censetur, onerare, verò seruile, at paruitas materiæ à mortali excusat, n.3.5. Suar.l.1.c.27. n.2. Reginald.t.1.l.19.c.4 n.50.

18 Inter se Rustici contractus festis celebrantes diebus, nec non scripturas conficientes Notarii dictis rusticis, non peccant, scandalo remoto, necessitate illos excusante, nam aliis sunt profestis diebus rustico operi intenti. Tonsores itẽ, qui accedentes tondent, & accedentes ipsi non peccant, cousuetudine à peccato eximente, quæ à Prælatis toleratur, ratione ue cessantis lucri: quia profestis diebus propter occupationes, tondendi non accedunt. Suar. de relig.t.3.l.2.c.3. n.17. Laim.in Theol.mor.l.4.tr.7.c.2.n.8.

19 Huius præcepti vi non tenentur fideles die festo de pp. conteri, & à peccatis abstinere, Nau.c.6.n.10 Azor.c.28.q.10.

20 Quæ die prohibentur festo fieri, necessitate remota, consuetudine, pietate, &c. sunt sequentia, Mercatus, nempe vendere, locare, permutare. Placitum, lis scilicet, & quælibet fori causa, imò acta omnia irritantur. Iudicium criminale, mortis nempe sententia, vel quæuis pæna corporalis. Publicum iuramentum, nẽpè iudiciale. Præcisa hæc omnia intelligo, necessitate, vt sup. Bon. tertio Dec. præc. disp. 5.q.1.p.2.

21 Die festo initus tenet contractus, nisi in iudicio fiat. Illicitè verò initur.

22 Citatio, testium examinatio, sententiæ executio die festo nulliter fiunt.

23 Corporalia opera seruilia, illicitè fiunt, v.g. fodere, arare terram, putare vites. Neq; die licet festo, pietatis pretextu, Ecclesias, vel Monasteria, & cætera loca ædificari pia, necessitate præcisa tamen; nam remotè tantum cultum Dei tãgunt, non propinquè. Bon. vbi sup p.2. & 3.

24 Die festo translato, id quoad officium, non ad operandum fieri intelligitur, Armill. v. Festum, n.24.

5 Du-

15 Duplici festo laborans, vnicum peccat peccatum, idem si Sacro nō interfit. Vasq.p.2.disp.98.c.3.vers. Ego tamen. Azor.t.1 l.4.c.4.q.6.

Fideiussor.

1 FIdeiussor esse non potest Religiosus, nisi prælato consentiente, & Capituli maiori parte annuente, secus nulliter fide iubet. Petr. Bell. in promp.u.Fideius.n.1.

2 Nisi principalis sit debitor soluendo, uel si non sit præsens, fideiussor in subsidium conueniri potest: uel si in parte tantùm sit soluendo; alioqui principalis est cōueniendus debitor, antequam fideiussor conueniatur. Az.3.p.l.11.c.22.

3 Fide iubens in solidum cum aliis, ualet a creditore defectu principalis ad soluendum compelli totum debitum, aliis omissis; huiusmodi tamen qui in solidum soluit, cogere creditorem ualet ad sibi actiones cedendum, quas contra alios habet fideiussores, ut sibi pro rata soluant; idque facere debet antequàm in solidum soluat: nam si facta solutione cessionem petat, creditor iam amplius cessionem facere nequibit, nullum quippe in alios ius sibi relictum est post crediti integram solutionem. Bon.de contr.disp.3.q 9.p.1.n.7.

4 Fideiussor pro fideiussione pecuniam accipere tutè ualet, dato nihil postea incommodi patiatur ob fide iussionem. Item creditor aliquid ualet accipere a fideiussore, se ab obligatione eximere cupiente, nempe ob periculum cui se creditum amittendi exponit. Idem ibi n.12.& 13. Reg.in.l.25.n.218.

5 De omnibus debitor tenetur fideiussori ob fideiussionem secutis damnis, sua tamen culpa: nulla uero debitoris culpa interueniente, sed pura impotentia, ad debiti solutionem tantum uidetur adigendus, statim ac ualuerit: huiusmodi autem fideiussoris obligatio, ad hæredes, mortuo eo, transit. n.15.16.

6 Pupilli, filij fam. minores à fide iubendo excluduntur; excipe, nisi pro patre in carcere conicto; alioqui sine curatoris consensu nulla minoris fide iussio obligat, nisi forte naturaliter: ei tamen priuilegium competit restitutionis in integrum, pro obligatione elidenda. Vide p.2.

7 Clericus fide iubere nisi raro ualet, & tunc sine Eccl. præiudicio. Cætera de fideiussione, non ad Confessarium admodum spectantia, consultò ommitto.

8 Nota tamen casum, Socrates sub centum pœna Aureorum se promisit Titium præsentaturum, postmodum a Titio delictum patratur, cuius causa morte mulctatur, aut exulare cogitur, ad quid Socrates adigendus? Resp. nulla ex parte Socratis culpa extante respectu delicti a Titio patrati, ad nihil adigendus restituendum, uel præsentandum. præterea, reo decapitando fugente, fideiussor non decapitandus, nisi dolo ex sui parte extante, sed pecunia mulctandus: at dolo extante arbitrariè plectendus. Item qui eius custodiam sumesit, si negligenter carcerem custodiuit, uel dolosè quis agit. Armilla uerbo fide iuss.n.6.

9 Nota præterea, in causa uertente de morte infligenda, nulla datur fideiussio, uel si de pœna corporali agatur imponenda. Less.l.2.c.18.d.7.n.14.

10 Nota, fideiubente aliquo usque ad præfinitum tempus, tempore à creditore insciente fideiussore prorogato, ultra præfixum primi terminum fideiussor non tenetur, sed liber euadit. Azor.3.p.l.11.c.Dub.12. Nau.de rest.l.3.c.4.n.460. Bon vbi sup.p.1.n.8.

Fi-

Fides.

VIdendus pro sequenti mat. Vitalis Zuccol apud Henric. Gandau. quod lib. 4. q. 33. t. 1. ad fin quæstionis.

1 Explicitè fidei necesse est credere mysteria quæ in Ecclesia publicè celebrantur; alij aiunt excusari rusticos ignorantia ab Trinitatis explicita cognitione, & incarnationis, copia docentis præsertim deficiente; neque hanc puto sententiam improbandam; alioqui infinita rusticorum & proborum damnanda erit multitudo, qui etiam de Trinitatis mysterio, & Incarnationis parum, & vix quicquam rectè norunt, imo si interroges perversè sentiunt; istorum potiùs animarum crediderim Curatores condemnandos, in docendo nimium negligentes, Em. Sà v. Fides n. 1. Nau. c. 11. n. 21. Med. l. 1 c. 14. §. 3.

2 Satis, quidam putant, esse, credere Deum esse, & præmia pro bonis, pænas pro malis daturum operibus: & quidquid sentire, quod Sancta Mater Ecclesia sentit, & tenet: at sanior sententia eorum videtur, qui omnes putant fidei articulos, in simbolo contentos credi explicitè debere, etiam à rudioribus. præter ea tria Sacramenta, Bapt. Pænitentiæ, & Eucharistiæ, saltem cum ea suscipere intendunt: Præcepta Decalogi, quodue Deus est orandus, ibi.

3 Substantiam tamen singulorum scire puto sufficere articulorum, dato ordinatim recitare ignorent: & oretenus proferre nesciant. Item sciant oportet fideles quid credendum, agendum, & à Deo petendum sit pro animę salute, addita Ecclesiæ notitia præceptorum, Idem ibi n. 2. Nau. c. 11. n. 22.

4 Laico citra mortalis culpam peccati de fide disputare non licet, & hoc sub excommunicationis pæna Idem n. 3. cum Sylvestro allegato v. Disp. n. 2.

5 Dei id postulante honore, fidem quis tenetur, vel cum vitę discrimine, confiteri; vel ob proximi salutem spiritualem, vel ob, alioqui futurum, vitandum scādali periculum; his enim casibus interna non sufficit fides, sed externa etiam requiritur fidei manifestatio, Tol. l. 3. c. 17. n. 2.

6 Infidelium induere habitum, omisso fideliū, modo sectæ non sit protestatiuus infidelis, & citra scandalum, licet aliquando ex causa, n. 5. Sà ibi.

7 Fidei publicè professionem facere debent assumpti ad dignitatem in Cathedrali, vel Canonicatum, vel ad animarum curam, etiam Religiosorum, & Magistri, alioqui duobus mensibus à die captæ possessionis elapsis, fructus non faciunt suos, & adhuc eam emittere tenentur. n. 6. id. ibi.

8 Licitum v. g. Venetijs foret, ad mortem quæsito, pileo uti rubeo, quo Iudei utuntur, ad mortem euadendam: hoc enim ex se non est signum falsæ Religionis protestatiuum, sed indifferens, Dian. in Comp. v. Fides, n. 2.

9 Per loca infidelium fas erit transeunti, vetitis uti cibis pro graui incommodo euitando, & damno, et scandalo remoto, secus nefas; uel nisi in fidei Christianæ cōtemptum ad edendum fiat prouocatio, uel in Ecclesiæ præceptum ludibrium. Ibi n. 6 & Sanch. in summa, t. 1. l. 2. c. 4. n. 25.

10 Fidei preceptum profitendæ non semper obligat ad respondendum infideli interroganti num sis Christianus, nec ne: sed tunc obligat tantum, cum dissimulatio fidei, in fidei cederet Christianæ iniuriam, uel scandalum esset oriturū proximi.

dere, Ibi Sà n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Less. l. 2. c. 19. dub. 6.

11 Papa etiam ad temporalia, saltem ex causa, legitimare valet, etiam Regi subiectum. vide Bon. Couar. Epit. 2. p. c. § 8. n. 16. Vide etiam c. 13. qui fil. sint leg.

12 Vidua quædam eo ipso die, quo maritus moritur, nubserat, & mēsibus nouem transactis statim filium parturit, quæritur cuius censendus sit filius, primi, an secundi viri, & cui succedere in hereditate debeat? Resp. cui magis assimilatur, si neutri assimiletur, ei, in cuius domo nascitur: sed tutiùs iudicio stabitur periti. Cætera ad Confessarios patum de filijs spectantia, iuris consultis consulto relinquo. Hęc habet Fum. in Aurea Summa, v. Fil. n. 14. & vlt.

Fornicatio.
Vide Luxuria.

1 NVllus ob quamcunque ignorantiam à fornicationis valet peccato eximi si fornicetur: contra naturale enim ius fornicatio habetur, cuius ignorantia nulli suffragatur peccanti, dato simplex committatur fornicatio; neque ob quamcunque valet necessitatem, etiam vitæ tuendæ, honestari, est enim intrinsecè mala: idem de blasphemia formali, mendacio, periurio, & Dei odio.

2 Domos ad fornicandum locare, nefas; secus ad ibi habitandum, etiam meretrici, modò nullam habeant specialem oportunitatem, vel commoditatē ad peccandum, v. g. ob situm, vel aliam circumstantiam. Excipe, & modò honestati non officiatur pudicarum, in vicinia habitantium fæminarum.

3 Famuli ad meretricandum herum comitantes, vel domum eius meretricem adducentes, munera, vel litteras deferentes, si id omittere sine graui nequeant incommodo, à pecc. excipiuntur. Excipio, nisi in litteris sic exprimatur, veni vt fornicemur, idque probè famulo constet; id quippe intrinsicè foret malum. Secus si dicatur, veni vt tecum loquar, dato moraliter famulus sciat peti concubinam ad fornicandum, nam id actio indifferens habetur, cætera, vide v. Luxur. Vide quoad sup. dicta omnia de Forn. Bon. t. 1. de iis, quæ pert. ad vsum matr. q. 4. p. 14. n. 2. & 3. item n. 5. 6. & 7.

Furtum.
Vide Restitutio.
Cap. I.

1 FVrtum est occulta rei ablatio alienæ, domino rationabiliter inuito; uel etiam detentio. Proinde furtum non committi patet, siquisquid domino auferat, qui si petitus fuisset permisisset; idem siquis extrema adactus necessitate furetur tantum necessarium. Vide Matt. Bon. t. 2.

2 Rerum modicarum furtum, magnam facientium quantitatem, probabiliter p. non inducit Mortale, neque ad restitutionem furantem adigit, nisi sequentibus concurrentibus, 1. si minima furta in eodem negocii genere fiant, uel animo sic

mo sic descendi. 2. Si ferè statim vnum post aliud furtum fiat. 3. ad mortale maior requiritur quantitas in his minimis furtulis, (& eò maior, quo plures sunt domini) quàm in cęteris communibus. 4. sententia contraria, adhuc locum nó habet in minimis esculentorum furtulis, fieri ab ancillis, vel seruis, solitis, non ad vendendum, sed edendum. Item dato, & non concesso, quòd restituere teneantur, adhuc tamen restituant sufficit illam quantitatem, qua restituta, non amplius retineant magnam quantitatem necessariam ad constituendum p. m. Vide Dia. in comp. v. Furtum n. 1. per totum.

3 In Ecclesia crumenam furari sacrilegium non continet, imo purum est furtũ, nisi vi eripiatur, tunc enim rapina committeretur: vel nisi pecunia iam fuerit Ecclesię oblata, vel addicta; tunc enim sacrilegium vtique committeretur. Ibi n. 3. Henriq. l. 2. c. 6. n. 5. Less. l. 2. c. 45. dub. 3. n. 14.

4 Furantem videns, neque impediens, restituere non tenetur, nisi ex officio impedire teneatur, Nau. c. 27. n. 21. Laim. in Theol. Mor. l. 4. sect. 5. t. 2. c. 5. n. 7.

5 Contra aliquos fures lata excommunicatio, licet vnusquisque minimum quid sit furatus, tenet; quippe quia, licet materia parua sit, & venialis, attamen cum vnusquisque propriam restituere partem deuincatur, saltem statim ac materiam notabilem ablatam fuisse sibi constiterit respectu omnium, & hoc sub p. m. ob id excommunicatio super lethale cadit peccatum, nisi restituat, ob contumaciam, Diana in comp. ibi n. 10. & Moscosus in Summa, tr. 6. c. 15. n. 8.

6 Bona fide a fure pecunias furtiuas accipiens, in rei venditæ pretium, si cum proprijs admiscuit, domino eas reddere non cogendus comparenti, pote qui inde nihil lucri fecit, nisi pluris, quam emerat vendiderit, tunc enim excessum restituet, in eo quippe ditior fuit effectus, Dian. ibi n. 13. Sayr. l. 10. t. 2. c. 3. n. 13.

7 Rem furtiuam fure vendente, & postea rem ipsam redimente at viliori pretio, id pretii excessus restituere rei domino non tenetur; lucrum id habetur industriæ; sat erit rem sine detrimento restituere nihil amplius, nisi quid forte sit damni passus ob furtum, imo & fructus naturales si quos tulit restituendi.

8 Bona fidé cibos comedens furtiuos, domino restituat id, in quo factus ditior fuit suis parcens rebus, alienas comedendo, Dian. in Comp. vbi sup. n. 14. 15.

9 Furi scalas ad furandum tenens, si alioquin ascendisset nemine tenente: vel si asportando alienam rem alium quis adiuuet, qui tamen adhuc asportasset nemine adiuuante, nihil restituere tenetur; non enim causa furti extitit, sed modi. Item qui suo furem confirmauit consilio ad furandum, ita vt in causa fuerit, vt citiùs furtum committeret, ob eandem rationem restituere non adigitur, Ibid. n. 16. Less. l. 2. c. 13. dub. 2. n. 8. Laim. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 5. n. 5.

10 Iudex, vel persona publica, si alienum furetur, quod custodire ex officio tenebatur, in Confessione circumstantiam officii explicare non tenetur.

11 Respectu diuitum 60. assium p. m. constituit: respectu personę communis, 20. sufficit furtum. Pauperis verò, 7. assium furari quantitatem ad lethaliter peccandum sufficit. Vide quoad vtrunq; num. Dian. ibi n. 12. in comp. v. Fur. & n. 11. Regin. in praxi t. 2. l. 21. c. 1. q. 4. n. 19.

12 Quicunque iniquus rei possessor alienæ, præter rem ipsam, item rei incrementum restituere tenetur, quod nisi ablata fuisset habuisset, v. g. si eam forte in optimo statu vendidisset, vel summa æstimatione. E contrariò, si eam non erat

ven-

Proinde si, superioris licentia præcisa, quid notabile extraneo largiatur rerum tū consuptibilium, tum inconsumptibilium, noxam committit mortiferam; addito vtrique tum danti, cum & accipienti restituendi penso, nisi bona forte fide accipiens à mortali eximatur, P. Nau. l. 3 de rest c. 1. n. 195. Mol. disp. 276. & disp. 140 Clau, Reg. l 9. c. 26. n. 20.

Seruorum Furta.
Cap. V.

1 SVrripientes aliquid serui magnæ quantitatis suis heris, illis insciis, lethaliter delinquunt; nisi, vt sup. hic dixi, quid comestibile surripiant nō magni valoris, & ad edendum, non vendendum, vel in compotationibus cū extranei insumendum; eo enim casu nedum herus quoad modum accipiendi, imò & quoad substantiam foret inuitus rationabiliter censendus, Nau. c. 17 n. 137. Vide omnia hęc apud Mart. Bon l. c. p. vlt Less. l. 2. c. 12. d. 8. n. 48.

Cętera in generali ad furtum spectantia.
Cap. IV.

1 DOmino vidente, & tacente, vel ex timore, aut verecundia dissimulante, at inuito, surripere, furtum est committere; nam haud secus est ac si contradicente surriperetur. Summa Aur. Armill. v. Furt. n. 3.

2 Rem surripere propriam, at alij ad custodiendum, v. g. vel pignori datā, furtum habetur; res enim est nisi quoad dominium, at saltem quoad custodiam aliena; & iuris debet in ea recuperanda seruari ordo, Ibi n. 4.

3 Rem suam habere impedito, furtim tutè accipere licebit, periculo tamen scandali remoto; non enim ius sibi dicet, sed naturale exequetur, ciuile sibi impedito.

4 Admoneat tamen oportet, qui eam iniustè detinebat, de liberatione ab iterū restituenda, si bono id fieri licet modo; nempe ne iterum iniustè retinere, sit coactus, aut ab eius obitu hæredes, Idem Armilla n. 5.

5 Si filius familias, vxor, aut Religiosus quid ab extraneo furentur ad sibi de necessarijs subueniendum, restituere pater, &c. tenentur; debebant enim ipsi subditorum necessitati prospicere, si nolint, ipse valebit si ius, & clam de bonis surripere patris, viri, aut Monasterij pro debita restitutione; imo ipsis anuicis id tutè poterunt. Secus si ad superflua surripuerint sibi comparanda, neque a patre, &c. filio, &c. debita, mō vide S. Th. 2. 2. q. 66. a. 7.

6 Contra fures lata excommunicatio, nisi restituant, vel contra non reuelantes, retinentes non afficit, si alioqui in conscientia non tenentur restitutioni, v. g. si iusta fint vsi compensatione, vel in extrema existentes necess. abstulerint, &c. Idē de id scientibus, neq; reuelantibus. Si vero lata sit excommunicatio non vt restituatur, sed aliam ob iustam causam, tun vtiq; raptores restituere, & id scientes reuelare tenentur, at secretò, & citra omne scandalum, vt patri, non vt iudici, S. Ar. ibi n. 6.

6 Qui

6 Qui furto non consentit, at ratum habet tantum, & ob id restitutio nō fit, vltra mortale, & restituere tenetur, nisi ipse restituat raptor, vel fur. Ibi nu. 17 post med.

7 Aliquo sub ratihabitionis spe furante, si ille cuius sperabatur ratihabitio non ratificet, ad nihil tenetur restituendum, at furi tantùm restitutio incumbit. Bertol. Fum in Summa Aurea ad finem v Furtum.

8 Fur, & quiuis iniustus rei detentor alienæ, semper actu delinquunt, eo tempore, quo non restituunt, si valent, neque enim solùm in habituali peccato permanent, Sà v Furt. n. vl.

9 Re furtiua, à fure domino oblata, pereunte, domino perit, si eam recipere renuat sine causa, & modo fur periculi causam, post oportunam rei oblationem, non dederit, Syl v. Fur. 16. & Sà prout sup. n. 10.

10 Vi rapiens, & pro vi aliquam faciat restitutionem, præter rei restit. nu. 9.

11 Rem domino nulli vsui futuram surripiens, restituere non tenetur re pereunte, nullum quippe intulit damnum, n. 6. idem ibi.

12 Si rem de qua dubitas num tua sit accipis, restituere debes, si ab alio accipias possessore: nam in dubio potior est cōditio possidentis; si uerò à nullo possidebatur, pro rata solùm dubii restituere debes ei, cuius esse dubitas. Cætera, uide uerbo, restitutio. n 5. Nau. c. 17. n. 117.

GABELLA

1 REx, seu princeps, qui suis iniustè gabellas imponit, uel auget, Bullę Cœnæ quinta afficitur excommunicatione. Item si iustè laicis imponat, sed & Clericos ad id onera extendit in eādem cens. incidit. Bol. l. 1. c. 21.

2 Illi gabellas imponere iure valent, qui in suis locis nullum cognoscunt in temporalibus superiorem, vel imponendi habent facultatem à supremo eorum domino, Less. l. 2 c. 33 dub 2. Mol. disp 666. Suar. de leg. l. 5. c. 24.

3 Et Summus valet Pontifex, alii in temporalibus non subdito, imponēdi gabellas facultatem facere, id bono spirituali exigente; habet enim in spiritualibus à Christo domino plenariam in toto orbe facultatem, Graff. p. 1. l. 2. n. 26. c. 125.

4 Nouæ gabellæ secundum quosdam non obligant, nisi de iustitia earum manifestè constet. In dubio gabellæ, iustæ censentur, nam pro principe præsumendum, & in dubio melior est conditio possidentis, princeps autem est in possessione, ergo, &c. & id verum præsertim si sint antiquæ. Contrarium sua non caret probabil. Sà v. Gab. n 4.

5 Pro rebus ad proprium vsum delatis impositæ gabellæ, communiter iniquę habentur, quibusdam negantibus, si iusta imponendi subsit causa, n. 5.

6 Item quæ pro Principis priuata vtilitate, non verò publico bono exiguntur; vel quæ ob causam impositæ, sed ea cessante non tolluntur, nisi alia exigēdi noua succedat causa, vel quæ maior necessitate exigitur, vel tandem illæ, quibus non æqua subditi portione onerantur, saltem indebitè, Ibi.

7 Non facilè tamen damnandi pænitentes, gabellas defraudantes, licet iustas

Z da-

tate, ualet & sic totum fit benedictũ, & huic aptum Sacramento. Vnctio fieri valet sine crucis forma, at sub præcepto in forma crucis fiat, dato non sit de essentia Sacramento.

8 Capite non datur damnatis, uel militibus periculose prœliaturis, uel nauigaturis. Non expectandum uitæ extremum punctum, aut donec infirmus extra se propè constituatur, imò satius fore censeo, ut dum adhuc sui est compos infirmus inungatur, ad Maiorem fructum acquirendum, Et perfectius se disponendum. Sine uestibus ab Ecclesia præscriptis non detur; non enim tantæ est necessitatis. Sine ministro, & orationibus, urgente ualet necessitate, dari.

9 Sacerdos in exteriori manuum parte inungatur. Moribundus sensibus destitutus qui alia nequiuit recipere Sacramenta, est sub præcepto inungendus, uel tempore interdicti.

10 Aliquo corporis sensu carens, in parte sensui deficienti proxima inungi debet. Sacro Chrismate collata vnctio per errorem, probabile est quod teneat. Diana ibi n. 1.

11 Puer si dubitetur de rationis vsu, sub conditione valet inungi, si vsum habes rationis, &c. Vide quoad hæc omnia, Bonac. vbi sup. per totum.

FALSARE.

1 FAlsare monetam, læsæ Maiestatis crimen. Falsat, qui sine legitima auctoritate, materia, & quantitate cudit, vel signo. Item iustum minuens forcipe pondus, qui vero exuberans tondet falsare non censetur: at grauiter delinquit, Sà v. Fals. n. 1.

2 Scienter falsis vtens nummis, ponderibus, vel mensuris, aut scripturis lethaliter delinquit, onere addito restituendi. Neque item fas erit similem confingere scripturam, ei quæ forte amissa fuit, legitima, v. g. legitimitatis, hereditatis, & debiti exigendi, neque conuento, vt iterum mutuum soluat, si solutionis amiserit Chirographum, licet falsum producere. Litterarũ Apostolicarum falsificatio vide Catal. ad Verit. item Compendiosam additum, de censuris, Ibi n. eod. & 2.

3 Falsarius item habetur, qui absentium nomina in instrumento ponit, uel sigillum furtiue surripit. Falsitas item non solùm falsum dicendo, uerùm & uerum tacendo committitur Vide Armillam uer. fallacias, n. 3.

4 Alterius litteras dolosè reserans, ut falsarius puniatur; excipe, nisi ad id faciendum auctoritate gaudeat, u. g. Superiores in Relig. aliqua, uel sub ratihabitione, Item licet inimici, ex quo graue imminet periculum, litteras aperire. Clausum aperiens testamentum, falsi punitur pœna, lacerans, occultans, uel comburens publicas litteras, uel scripturas, falsi pœna punitur n. 4. 5.

5 Qui ut bonam recepit monetam cum re ipsa falsa sit, eam deinde alteri dare tutè nequit; si det, restituet. ibi n 6.

Famulus. uide conductio, contractus.

1 FAmulus requisitus per obedientiam Superiorum, vt domini sui delictum reueler, non tenetur parere, si criminaliter procedatur: secus si ciuiliter,

mo-

modo inde sibi notabi e non sit damnum timendum, delicto hæresis excepto. Summa Armilla v. Fam. 4. n. 6.

Familiaritas.

1 IVdex recusari ob magnam familiaritatem iure valet, v. g. consanguinei, coloni, famuli, filii in sua potestate, & tandem in domo habitantium sua. Idē v. Familiar. n. 3. in fine.

Fautores hæreticorum. Vide hæresis, & Cap. II. Variorum in fine.

1 HAeret. corū fautores dicūtur, qui facto eis fauēt cibū prębēdo, & huius modi, aut verbo, v. g. dicendo, isti sunt viri probi, iniuriosè molestātur; vel si iudex, vel princeps, iubente Inquisitore, eos capere nolunt, aut opem ad eos capiendos pręstare nolentes; isti omnes ipso facto excōmunicati habentur, vt ipsi hæretici. Item fautor censetur, qui testis requisitus non reuelat delinquentem, imo sociantes, visitantes, auxilium ad fugam præstantes, preces, ne debitè puniantur, fundentes, si id fiat sciēter, & ad eos tuēdū vt hæreticos; non item vt cognatos, affines, consanguineos, vel ob quemcunq; alium respectum præter hæresim. Idem v. Fautores hæreticorum per totum.

Fæmina.

1 VEste vti virili fæmina prohibetur, non sub mortali tamen, de se, nisi id ad malum agat finem, qui culpam contineat mortalem, v. g. vt licentiùs libidini vacare valeat. Idem de viro muliebre vtens veste, vel si forte inde aliquid scandali sit oriturum, S. Armilla v. Fœm. n. 2.

2 Fęminæ prædicare vetitum, & publicè docere; licet eis exortare etiam sedendo, vt patet de Relig. fæminis. 2. sacrafacere, 3. confessiones auscultare, aliis benedicere. 4. Vasa, & sacras tangere pallas. 5. incensum circa Altare deferre. 6. Ad Altare accedere, & Sacerdoti ministrare, 7. Alicuius actum Ordinis exercere, & Iudicis officium gerere. 8. postulare, vel procurare, propria vel suorum excepta causa. 9. In iudicium trahi ad testificandum contra eius voluntatem. 10. Accusare, nisi in certis casibus, ibi n. 3. per totum.

Festiuitates. Vide Festum

1 SOlemnes sunt festiuitates, ex Sacra Rit. Congr. apud Ba[illegible] in Coll. Bull. v. Festiuitates, Festum Paschæ Resurr. Feria V. in Cæna D[illegible] Ascensionis D. N. I. Christi. Pentecostes. Sanctorum Apost. Petri, & Pauli. Annūciationis, & B. V. Matris. Assumptionis. Omnium festum Sanctorum. Nat. Christi, & Epiphaniæ.

Fes-

Festum.

VIde Henric. à Gand. t. 1. quodlib. 1. q. 41. item 42. & eius com. Zuccol.
1 Obseruatio festorum de iure est Ecclesiæ, etiam Dominicæ: nimirum quia ab Ecclesia vt hic dies obseruaretur fuit statutũ, loco Sabbati, ne cũ hebreis conueniremus in obseruatione diuini & naturalis præcepti de Sabbati sanctificatione, Clau. Reg. l. 7. c. 1. n. 9. Fill tr. 27. c. 6. q. 2. n. 81.

2 Iure communi valent Episcopi in sua saltem diœcesi festos instituere dies, Clero, & populo acconsentiente, imo iam vsus videtur habere, vt per se, de consensu tantum Cleri, festos Episcopus dies instituat. Requiritur tamen, vt ille, cuius festum diē sanctificari iubet, in numerum sit per Papam relatus Sanctorum, Sanch in opere mor. l. 2 c 41. n. 11 Em. Sà v. Fest.

3 Hanc autem instituendorum facultatem festorum penes laicos principes nõ extare certum est. Valent vtiq; subditis, vt tali die ab operibus abstineant seruilibus præcipere, ciuilis causa honoris, vel alio prætextu; non vero religionis causa, ita vt audire cogantur Sacrum sub. p m. Sà. l. cit.

4 Vt tali die ab operibus laici seruilibus abstineant vsque ad meridiem, sacroũe audiendo cogantur instituere valet Episcopus. N. c. 13 n 5.

5 Festum ab Episcopis diem institutum à Religiosis etiam exemptis obseruari debere compertum: & hoc saltem extra Monasterium; secus intra. Idem de ieiunio per Episcopum inducto, non enim ad illud Regulares tenentur.

6 Voto, vel iuramento festa à maioribus instituta, obseruent populi; non vi iuramenti vel voti; est enim illa personalis obligatio; si tamen centum iam sint anni translacti ab eorum institutiooe Quoad n. 5. Bell. in promp. n. 3. quoad vero n. 6. vide Sà v. Fest. n. 3.

7 Circa festi principium, & durationem, receptæ loci standum consuetudini; & vbi in antecedentis diei vespere incipit, excusantur in vigilia laborantes barbitõsores, Eugenio IV. eximente, Idem ibi n. 9.

8 Sacro audito valet quis ad locum, ab festi obseruatione liberum, proficisci, ibiq; operari. Viri coactio vxorem patris filium, & famulum domini coactio à festorum obseruatione excusat: præciso tamen fidei contemptu, alioqui mori expediret potius, quàm supradictorum parere præcepto, n. 8. 7.

9 Item metus excusat iustus, necessitas, vtilitas, pietas, damnũ in corpore vitatũ, vel anima. Præterea ad otium vitandum puellæ excusantur die laborantes festo, Episcopi, vel Parochi item dispensatio, ubi & hic dispensare solet. Idem num 6 ibi. Suarez t 1. l. 2. c. 38.

10 Die licet festo docere, piscari moderatè, aut certis festis diebus, quibus certum piscium genus aduenit; venari etiam lucri causa, libros transcribere, pingere quid parum, vt delineare, seu pingere discendi causa, præliare, nec non eo die necessaria vendere, iter agere mulis etiam oneratis, id usu concedente, iudicem informare item aduocatus ualet, citra tamen iudicialem actum, causa pietatis præcisa, aut necessitatis: item consuetudo excusare uidetur molitores, & [illegible]; pistores excusat necessitas, quæ commodè præueniri nequit. Idem ibi n. 5.

11 Sutores diebus ualent festis calceos uendere rusticis. ibi idem.

12 Paruitas excusat materiæ a lethali, u. g. per horam circa laborare, Suar. c. 3.

13 Epi-

13 Episcopo sub censura prohibente, alioqui die festo fieri licita, necessitatis causa, aut pietatis nullus parere tenetur; pote quæ nulla huiusmodi habetur censura. Nau.c.13.n.15 & Sà n.3. ibi.

14 Fistis licet diebus digladiatoriam tradere artem; neque enim mechanica censetur ars. piscari ex officio, & uenari nefas diebus festis. Sartores tutè festis diebus uestes pro aliquo funere conficiunt. Item interdum excusantur post mediam noctem suere coacti, ad promissas uestes eo die tradendas conficiendas. Item festis diebus tãtum ciuilia prohibẽtur iuramẽta. Diana in Comp.n.13.11.q.

15 Item Typrogaphi characteres componentes, non verò impressores excusãtur, id enim opus seruile censetur Nota, opera ex se seruilia non desinere talia esse, ex eò, quòd gratis fiant, nullane proposita mercede. Item è contrariò, quæ liberalia sũt, seruilia, inde sperato præmio, nõ fiũt; ob id sonatores, scriptores, doctores, cursores, bellatores, & id genus excusantur, dato spe certa præmii, talia præstent, n.8. & 11.

16 Probabiliter ab festo, in vtroque loco per Episcopum indicto obseruãdo, excusatur, qui ab vna ad aliam transit Diœcesim, non vt ibi habitet, aduenæ enim lege locorum vbi inueniuntur non afficiuntur, neque item lege loci domicilij, in quo non inueniuntur tempore diei festi, tenentur, n.7.

17 Die festo templa tapetibus, &c. ornantes excusantur. Item agaso, qui in iumentis onerando parum insumit temporis absoluitur à culpa mortali si iter arripiat cum oneratis iumentis, nam iter habere opus liberale censetur, onerare, verò seruile, at paruitas materiæ à mortali excusat, n.3.5. Suar.l.1.c.27. n.2. Reginald.t.1.l.19.c.4 n.50.

18 Inter se Rustici contractus festis celebrantes diebus, nec non scripturas conficientes Notarii dictis rusticis, non peccant, scandalo remoto, necessitate illos excusante; nam aliis sunt profestis diebus rustico operi intenti. Tonsores itẽ, qui accedentes tondent, & accedentes ipsi non peccant, cousuetudine à peccato eximente, quæ à Prælatis toleratur, ratione ue cessantis lucri: quia profestis diebus propter occupationes, tondendi non accedunt. Suar. de relig. t.3.l.2.c.3. n.17. Laim in Theol. mor.l.4.tr.7.c.2.n.8.

19 Huius præcepti vi non tenentur fideles die festo de pp. conteri, & à peccatis abstinere, Nau.c.6.n.10 Azor.c.28.q.10.

20 Quæ die prohibentur festo fieri, necessitate remota, consuetudine, pietate, &c. sunt sequentia, Mercatus, nempe vendere, locare, permutare. Placitum, lis scilicet, & quælibet fori causa, imò acta omnia irritantur. Iudicium criminale, mortis nempe sententia, vel quæuis pœna corporalis. Publicum iuramentum, nẽpè iudiciale. Præcisa hæc omnia intelligo, necessitate, vt sup. Bon. tertio Dec. præc. disp. 5.q.1.p.2.

21 Die festo initus tenet contractus, nisi in iudicio fiat. Illicitè verò initur.

22 Citatio, testium examinatio, sententiæ executio die festo nulliter fiunt.

23 Corporalia opera seruilia, illicitè fiunt, v.g. fodere, arare terram, putare vites. Neq; die licet festo, pietatis pretextu, Ecclesias, vel Monasteria, & cætera loca ædificari pia, necessitate præcisa tamen; nam remotè tantum cultum Dei tãgunt, non propinquè. Bon. vbi sup p.2. & 3.

24 Die festo translato, id quoad officium, non ad operandum fieri intelligitur, Armill. v. Festum, n.24.

15 Duplici festo laborans, vnicum peccat peccatum, idem si Sacro nō interfit Vasq.p.2.disp.98.c.3.vers.Ego tamen. Azor.1.1 l.4.c.4.q.6.

Fideiussor.

1 Fideiussor esse non potest Religiosus, nisi prælato consentiente, & Capituli maiori parte annuente, secus nulliter fide iubet. Petr. Bell. in promp.u.Fideiuss.n.1.

2 Nisi principalis sit debitor soluendo, uel si non sit præsens, fideiussor in subsidium conueniri potest: uel si in parte tantùm sit soluendo; alioqui principalis est cōueniendus debitor, antequam fideiussor conueniatur. Az.3.p.l.11.c.22.

3 Fide iubens in solidum cum aliis, ualet a creditore defectu principalis ad soluendum compelli totum debitum, alijs omissis; huiusmodi tamen qui in solidum soluit, cogere creditorem ualet ad sibi actiones cedendum, quas contra alios habet fideiussores, ut sibi pro rata soluant; idque facere debet antequàm in solidum soluat: nam si facta solutione cessionem petat, creditor iam amplius cessionem facere nequibit, nullum quippe in alios ius sibi relictum est post crediti integram solutionem. Bon.de contr.disp.3.q 9.p.1.n.7.

4 Fideiussor pro fideiussione pecuniam accipere tutè ualet, dato nihil postea incommodi patiatur ob fide iussionem. Item creditor aliquid ualet accipere a fideiussore, se ab obligatione eximere cupiente, nempe ob periculum cui se creditum amittendi exponit. Idem ibi n.12.& 13.Reg.in.l.25.n.218.

5 De omnibus debitor tenetur fideiussori ob fideiussionem secutis damnis, sua tamen culpa: nulla uero debitoris culpa interueniente, sed pura impotentia, ad debiti solutionem tantum uidetur adigendus, statim ac ualuerit: huiusmodi autem fideiussoris obligatio, ad hæredes, mortuo eo, transit. n.15.16.

6 Pupilli, filij fam. minores à fide iubendo excluduntur; excipe, nisi pro patre in carcere coniecto; alioqui sine curatoris consensu nulla minoris fide iussio obligat, nisi forte naturaliter: ei tamen priuilegium competit restitutionis in integrum, pro obligatione elidenda. Vide p.2.

7 Clericus fide iubere nisi rarò ualet, & tunc sine Eccl. præiudicio. Cætera de fideiussione, non ad Confessarium admodum spectantia, consultò omitto.

8 Nota tamen casum, Socrates sub centum pœna Aureorum se promisit Titium præsentaturum, postmodum a Titio delictum patratur, cuius causa morte mulctatur, aut exulare cogitur, ad quid Socrates adigendus? Resp. nulla ex parte Sacratis culpa extante respectu delicti a Titio patrati, ad nihil adigendus restituendum, uel præsentandum. prætérea, reo decapitando fugente, fideiussor non decapitandus, nisi dolo ex sui parte extante, sed pecunia mulctandus: at dolo extante arbitrariè plectendus. Item qui eius custodiam sumpsit, si negligenter carcerem custodiuit, uel dolosè quis agit. Armilla uerbo fide iuss.n.6.

9 Nota prætérea, in causa uertente de morte infligenda, nulla datur fideiussio, uel si de pœna corporali agatur imponenda. Less.l.2.c.18.d.7.n.14.

10 Nota, fideiubente aliquo usque ad præfinitum tempus, tempore à creditore insciente fideiussore prorogato, ultra præfixum priùs terminum fideiussor non tenetur, sed liber euadit. Azor.3.p.l.11.c.Dub.12. Nau.de rest.l.6.3.c.4.n.160. Bon vbi sup.p.1.n.8.

Fides.

VIdendus pro sequenti mat. Vitalis Zuccol apud Henric. Gandau. quodlib. 4. q. 33. t. 1. ad fin quæstionis.

1 Explicitè fidei necesse est credere mysteria quæ in Ecclesia publicè celebrãtur; alij aiũt excusari rusticos ignorãtia ab Trinitatis explicita cognitione, & incarnationis, copia docẽtis præsertim deficiẽte; neque hanc puto sententiam improbandam; alioqui infinita rusticorum & proborum damnanda erit multitudo, qui etiam de Trinitatis mysterio, & Incarnationis parum, & vix quicquam rectè norunt, imo si interroges peruersè sentiunt; illorum potiùs animarum crediderim Curatores condemnãdos, in docendo nimium negligentes, Em. Sà v. Fides n. 1. Nau. c. 11. n. 21. Med. l. 1 c. 14. §. 3.

2 Satis, quidam putant, esse, credere Deum esse, & præmia pro bonis, pœnas pro malis daturum operibus: & quidquid sentire, quod Sancta Mater Ecclesia sentit, & tenet: at sanior sententia eorum videtur, qui omnes putant fidei articulos, in simbolo contentos credi explicitè debere, etiam à rudioribus præter ea tria Sacramenta, Bapt. Pænitentiæ, & Eucharistiæ, saltem cum ea suscipere intendunt: Præcepta Decalogi, quodue Deus est orandus, ibi.

3 Substantiam tamen singulorum scire puto sufficere articulorum, dato ordinatim recitare ignorent: & oretenus proferre nesciant. Item sciant oportet fideles quid credendum, agendum, & à Deo petendum sit pro animę salute, addita Ecclesiæ notitia præceptorum, Idem ibi n. 2. Nau. c. 11. n. 22.

4 Laico citra mortalis culpam peccati de fide disputare non licet, & hoc sub excommunicationis pœna. Idem n. 3. cum Syluestro allegato v. Disp. n. 2.

5 Dei id postulante honore, fidem quis tenetur, vel cum vitę discrimine, confiteri; vel ob proximi salutem spiritualem, vel ob, alioqui futurum, vitandum scãdali periculum; his enim casibus interna non sufficit fides, sed externa etiam requiritur fidei manifestatio, Tol. l. 3. c. 17. n. 2.

6 Infidelium induere habitum, omisso fideliũ, modo sectæ non sit protestatiuus infidelis, & citra scandalum, licet aliquando ex causa, n. 5. Sà ibi.

7 Fidei public. professionem facere debent assumpti ad dignitatem in Cathedrali, vel Canonicatum, vel ad animarum curam, etiam Religiosorum, & Magistri, alioqui duobus mensibus à die captæ possessionis elapsis, fructus non faciunt suos, & adhuc eam emittere tenentur. n. 6. id. ibi.

8 Licitum v. g. Venetijs foret, ad mortem quæsito, pileo vti rubeo, quo Iudei vtuntur, ad mortem euadendam: hoc enim ex se non est signum falsæ Religionis protestatiuum, sed indifferens, Dian. in Comp. v. Fides, n. 2.

9 Per loca infidelium fas erit transeunti, vetitis uti cibis pro graui incommodo euitando, & damno at scandalo remoto, secus nefas; uel nisi in fidei Christianæ cõtemptum ad edendum fiat prouocatio, uel in Ecclesiæ præceptum ludibrium. Ibi n. 6 & Sanch. in summa, t. 1. l. 2. c. 4. n. 25.

10 Fidei pręceptum profitendæ non semper obligat ad respondendum infideli interroganti, num sis Christianus, nec ne; sed tunc obligat tantum, cum dissimulatio fidei, in fidei cederet Christianæ iniuriam, uel scandalum esset oriturũ proximi.

At fidem nunquam Christi negare fas erit, vel se non esse, dicere, Christianum, quantum vis intus fides teneatur Christiana, Dian. in Comp. n. 3.

11 Nullus à peccato infidelitatis excusandus, prætextu carentiæ doctoris, vel institutoris; nam Deus facienti quod in se est non deficit in necessariis: mitteret instructorem aliàs credere parato, & quod in se est facienti; quia vero in hoc deficit, ideo infedelitatis peccato fit obnoxius, Arm. v Fid. n 2.

12 In ea, quæ sunt fidei, errare nequit Ecclesia; neque in ad bonos mores spectantibus finaliter vnquam errat, statuendo, & ordinando decreta in generali; at in rebus particularibus hominum aliquando errare contingit. Ob id papa aliquando hæresis peccatum peccauit, vt de Nicolao, & Anastasio habetur; ast vt caput est Ecclesiæ, nempe suorum vtens membrorum auxilio per consilia, orationes, & quod in se est faciendo, errare nequit: sic enim motu ducitur Spiritus Sancti. Vide eundem ibid. n. 5.

13 Hæreticus non dicitur, nisi pertinaciter erret in fidei rebus; at corrigi paratus errore cognito, quantuncunque, & in quibuscunq; erret, dato fortè in non addiscendo peccet, hæreticus dici nequit. Ibi n. 6. & S. Thom. 2. 2. q. 2. a 2.

14 Nulla vtilitate sperata, sed si potiùs perturbatio credatur futura infideliú, ex fidei confessione, non tenemur fidei aperire veritatem. At nunquam, etiam exteriori tantum signo, falsam profiteri sectam licet, v.g. adorando, incensum adhibendo, &c. fide intus Christiana retenta: etiam mortis ineuitabili imminēte periculo. Nullam tamen eo casu, in conscientiæ saltem foro, excomm. incurrit huiusmodi coactus. Ibi idem Arm. n. 8. & 9.

15 Hebræorum ingredi synagogas, vel moscheas, orationis tempore, nefas: id enim falsæ esset fidei signum protestatiuum, nisi curiositatis, vel inspiciendi tantú causa adeatur, non vero orandi, vel aliorum ritus imitandi.

16 Licet causa exercitandi sui, de fide disputare, etiam laicis, non verò formaliter disputare ad persuadendum, vtrunq; vid. apud Bon. t. 2. de fide q. 1. p. 5. n. 21.

Communicatio cum infidelibus.
Vide Cap. II. variorum.

1 IN sequentibus casibus fidelium cum infidelibus vetita communicatio. 1. in cohabitatione. 2. in azymorum esu, necessitate seclusa, 3. in vsu medici infidelis, si alius haberi ęque peritus possit 4. ne à Iudęis parata medicamenta sumantur, 5. vsus balnei simul ingrediendo fidelis, & infidelis. In his casibus communicatio interdicitur cum Iudæis sub excomm. pæna ferenda si sint Laici, si Clerici, sub depositionis pæna, 6. interdicitur conuiuium cú Iudæis, 7. ne Christianæ mulieres Iudæorum filios nutriant in ipsorum domibus. 8. ne Christiani ad nuptias accedant, aut solemnitates Iudæorum, vel cum ipsis choreas ducant. 9 ne Iudęi ad publica Christianorum officia admittantur. Id. Bon. ibi p. 6. per totum.

2 Ad Missæ Sacrificium Iudæi admitti non possunt: ad priuatam vero possút orationem admitti. Matrimonia cum eis nulliter celebrantur, ob cultus disparitatem: cæteri vero contractus omnes tenent. Id. ibi p. eodem in fine.

3 Cogi

3 Cogi hæretici possunt ad fidem retinendam, vel suscipiendam capitis, vel excommunicationis pœna proposita: pote qui Ecclesiæ subditi sunt. At infideles non baptizati, minimè. Christianis sunt hæretici infestiores, quàm Iudæi, propterea facilius tolerandi inter Christianos Iudæi quàm hæretici, S. Th. 2, 2. q. 10. a. 8. Fill. tr. 22. c 4. q. 6. n. 115. apud Bon. ibi.

Filius.

Vide Charitas, Parentes, Legitima.

1 IN extrema necessitate, vxori filios esse postponendos, sunt qui putant, Th. 2. 2. q 26. a 11.

2 Parentibus filii non obedientes ex contemptu, lethaliter delinquunt, aut alioqui in re magna ad patriam potestatem pertinente, Item, sine iusta causa, eis inuitis matrimonium contrahentes, præsertim cum scandalo, Sà verbo Fil. n. 34.

3 Emancipatus præsumitur filius, qui per decennium seorsim à patre idserēte negotiatus est, tanquam emancipatus, n. 38. idem.

4 A patre relicta spurius retinere valet, quatenus condemnetur restituere, num. 30.

5 Item legatum ad alimenta, vel dotem tutè retinet, quod superest, sunt qui negant tutè retinere posse, at vtrunque tutè retinet probabilius; item ab intestato: vel ex contractu inter viuos: item cum transitu ad hæredes spurii patri relinquere valet alimenta spurio, n. 30. Mol. item disp. 169.

6 Nomine filiorum, nepotes non veniunt in odiosis: naturales, vtique, spurii, nequaquam, Mol. n. 220. apud eund. Sà n 22 ibid. vbi sup.

7 Si ex matrimonio valido putato, saltem ex altera contrahentium parte, proles suscipiatur, legitima habetur: imò & ante matrimonium tale, suscepta, inito postea huiusmodi nullo matrimonio. Naturalis illegitimus, per subsequens matr. legitimatur, etiam non consūmatum Imo & spurius, modo conceptus, vel natus tempore fuerit quo inter contrahentes contrahi valuit matrimonium. Nau. l. 4 cons. 2. qui Fil. sint legitimi, & Sà ibi n. 19.

8 A Principe legitimatus, respectu Ecclesiæ non est legitimatus. Clerici filius à Principe legitimari quit, etiam hereditatis capiendæ bonorum à patre ex Ecclesiæ redditibus acquisitorum. In alieno valet legitimatio statu, & regno, nullo alii inde præiudicio proueniente, Ibi Sà n. 11. 12.

9 Solus Papa, aut Imperator spurium legitimat. Legitimans alii præiudicare velle non præsumitur. Non legitimus, patris non retinet nobilitatem, n. 13. 16.

10 Ascendentium supremus, in omnes habet descendentes potestatem; cō mortuo, habet prior descendens. Fœmina nullam in filios habet potestatem, neq; eius ascendentes. Legitimus dicitur, qui lege probatur, vt adoptatus. Legitimus naturalis, qui ex legitimo natus est matrim. Naturalis, qui ex copula à lege non reprobata, vel approbata, v.g. ex simplici fornicatione ortus est. Spurius, qui ex reprobata, v.g. ex adulterio, vel incesto, & ortum habet, vel ex Religioso, vel in Sacris Clerico constituto, item qui vulgo concipitur, neque patrem valet osten-

dere, Ibi Sà n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Less. l. 2. c. 19. dub. 6.

11 Papa etiam ad temporalia, saltem ex causa, legitimare valet, etiam Regi subiectum. vide Bon. Couar. Epit. 2. p. c. § 8. n. 16. Vide etiam c. 13. qui fil. sint leg.

12 Vidua quædam eo ipso die, quo maritus moritur, nubserat, & mẽsibus nouem transactis statim filium parturit, quæritur cuius censendus sit filius, primi, an secundi viri, & cui succedere in hereditate debeat? Resp. cui magis assimilatur, si neutri assimiletur, ei, in cuius domo nascitur: sed tutiùs iudicio stabitur periti. Cætera ad Confessarios parum de filijs spectantia, iuris consultis consultò relinquo. Hęc habet Fum. in Aurea Summa, v. Fil. n. 34. & vlt.

Fornicatio.
Vide Luxuria.

1 NVllus ob quamcunque ignorantiam à fornicationis valet peccato exi mi si fornicetur: contra naturale enim ius fornicatio habetur, cuius ignorantia nulli suffragatur peccanti, dato simplex committatur fornicatio; neque ob quamcunque valet necessitatem, etiam vitæ tuendæ, honestari, est enim intrinsecè mala: idem de blasphemia formali, mendacio, periurio, & Dei odio.

2 Domos ad fornicandum locare, nefas; secus ad ibi habitandum, etiam meretrici, modò nullam habeant specialem oportunitatem, vel commoditatẽ ad peccandum, v. g. ob situm, vel aliam circumstantiam. Excipe, & modò honestati non officiatur pudicarum, in vicinia habitantium fæminarum.

3 Famuli ad meretricandum herum comitantes, vel domum eius meretricem adducentes, munera, vel litteras deferentes, si id omittere sine graui nequeant incommodo, à pecc. excipiuntur. Excipio, nisi in litteris sic exprimatur, veni vt fornicemur, idque probè famulo constet; id quippe intrinsicè foret malum. Secus si dicatur, veni vt tecum loquar, dato moraliter famulus sciat peti concubinam ad fornicandum, nam id actio indifferens habetur, cætera, vide v. Luxur. Vide quoad sup. dicta omnia de Forn. Bon. t. 1. de iis, quæ pert. ad vsum matr. q. 4. p. 14. n. 2. & 3. item n. 5. 6. & 7.

Furtum.
Vide Restitutio.
Cap. I.

1 FVrtum est occulta rei ablatio alienæ, domino rationabiliter inuito; uel etiam detentio. Proinde furtum non committi patet, siquis quid domino auferat, qui si petitus fuisset permisisset: idem siquis extrema adactus necessitate furetur tantum necessarium. Vide Mart. Bon t. 2.

2 Rerum modicarum furtum, magnam facientium quantitatem, probabiliter p. non inducit Mortale, neque ad restitutionem furantem adigit, nisi sequentibus concurrentibus, 1. si minima furta in eodem negotii genere fiant, uel ani-

mo sic

mo sic descendi. 2. Si ferè statim vnum post aliud furtum fiat. 3. ad mortale maior requiritur quantitas in his minimis furtulis, (& eo maior, quo plures sunt domini) quàm in cęteris communibus. 4. sententia contraria, adhuc locum nó habet in minimis esculentorum furtulis, fieri ab ancillis, vel seruis, solitis, non ad vendendum, sed edendum. Item dato, & non concesso, quòd restituere teneantur, adhuc tamen restituant sufficit illam quantitatem, qua restituta, non amplius retineant magnam quantitatem necessariam ad constituendum p.m. Vide Dia. in comp. v. Furtum n. 1. per totum.

3 In Ecclesia crumenam furari sacrilegium non continet, imo purum est furtũ, nisi vi eripiatur, tunc enim rapina committeretur: vel nisi pecunia iam fuerit Ecclesię oblata, vel addicta; tunc enim sacrilegium vtique committeretur. Ibi n. 3. Henriq. l. 2. c. 6. n. 5. Less. l. 2. c. 45. dub. 3. n. 14.

4 Furantem videns, neque impediens, restituere non tenetur, nisi ex officio impedire teneatur, Nau. c. 27. n. 21. Laim. in Theol. Mor. l. 4. sect. 5. t. 2. c. 5. n. 7.

5 Contra aliquos fures lata excommunicatio, licet vnusquisque minimum quid sit furatus, tenet; quippe quia, licet materia parua sit, & venialis, attamen cum vnusquisque propriam restituere partem deuincatur, saltem statim ac materiam notabilem ablatam fuisse sibi constiterit respectu omnium, & hoc sub p.m. ob id excommunicatio super lethale cadit peccatum, nisi restituat, ob contumaciam, Diana in comp. ibi n. 20. & Moscosus in Summa, tr. 6. c. 15. n. 8.

6 Bona fide a fure pecunias furtiuas accipiens, in rei venditæ pretium, si cum proprijs admiscuit, domino eas reddere non cogendus comparenti, pote qui inde nihil lucri fecit, nisi pluris, quam emerat vendiderit, tunc enim excessum restituet, in eo quippe ditior fuit effectus, Dian. ibi n. 13. Sayr. l. 10. t. 2. c. 3. n. 13.

7 Rem furtiuam fure vendente, & postea rem ipsam redimente at viliori pretio, id pretii excessus restituere rei domino non tenetur; lucrum id habetur industriæ; sat erit rem sine detrimento restituere nihil amplius, nisi quid forte sit damni passus ob furtum, imo & fructus naturales si quos tulit restituendi.

8 Bona fidé cibos comedens furtiuos, domino restituat id, in quo factus ditior fuit suis parcens rebus, alienas comedendo, Dian. in Comp. vbi sup. n. 14. 15.

9 Furi scalas ad furandum tenens, si alioquin ascendisset nemine tenente: vel si asportando alienam rem alium quis adiuuet, qui tamen adhuc asportasset nemine adiuuante, nihil restituere tenetur; non enim causa furti extitit, sed modi. Item qui suo furem confirmauit consilio ad furandum, ita vt in causa fuerit, vt citiùs furtum committeret, ob eandem rationem restituere non adigitur, Ibid. n. 16. Less. l. 2. c. 13. dub. 2. n. 8. Laim. l. 3. sect. 5. tr. 2. c. 5. n. 5.

10 Iudex, vel persona publica, si alienum furetur, quod custodire ex officio tenebatur, in Confessione circunstantiam officii explicare non tenetur.

11 Respectu diuitum 60. assium p.m. constituit: respectu personę commũnis, 20. sufficit furtum. Pauperis verò, 7. assium furari quantitatem ad lethaliter peccandum sufficit. Vide quoad vtrunq; num. Dian. ibi n. 12. in comp. v. Fur. & n. 11. Regin in praxi t. 2. l. 22. c. 1. q. 4. n. 19.

12 Quicunque iniquus rei possessor alienæ, præter rem ipsam, item rei incrementum restituere tenetur, quod nisi ablata fuisset habuisset, v.g. si eam forte in optimo statu vendidisset, vel summa æstimatione. E contrariò, si eam non erat

venditurus, nisi infimo pretio, dato fur summo forte vendiderit, restituere fur ipsum non tenetur pretium summum, est enim id industriæ concedendum, sed quantum dominus erat venditurus, & quidquid damni forte erit passus dominus furti causa, Diana in comp. vbi sup. n. 10.

13 Ablata ab aliquo quantitate leui, si alius ab eodem magnam surripuit quantitatem, cùm magnum non causetur damnum per posteriorem ablationē nam ab alio iam illatum erat, non adest p. m.

14 Item pluribus alicui graue inferentibus damnum per minuta vniuscuiusque furta seorsim patrata, alterum non coadiuuante, nullus mortaliter peccat, neque sub m. restituere tenetur. Idem ibi n. 6. & 7.

15 Qui post quantitatem notabilem per minima sublata furtula, alia addit parua furtula, non sunt illa] saltem probabiliter] mortalia: quippe quia furtum nō perficiunt notabile, sed augent tantùm. Illa igitur mala retinendi multum velites, tantùm, mortale erit. Gran. p. 2. Th. cont. 6 disp 2 sect. 5. n. 51.

16 Mille suscipiens Aureos simul, probabiliter non tenetur se mille dicere fuisse furatum, at satis esse se dicere furti peccatum mortale patrasse, furti tacita quantitate: sed contrarium tutius, & probabilius, Vasq. 1. p. tr. 4. c. 4. q. 41. ar. 1. dub 4.

17 Furtum à rapina differt, quippe rapina vim domino præsenti, & rationabiliter inuito infert, id autem in Confessione aperiri debet.

18 Triplici ex capite fit furtum veniale, cùm ex se alioquin sit mortale, 1. ex indeliberatione, 2. ex materiæ paruitate, 3. si quoad rei ablatæ substantiam dominus non sit inuitus, sed quoad modum tantùm, v. g. vxore marito, filio patri, vel auo; nepote patruo, aliquid surripientibus, lethalem non committi culpam, saltē vt plurimum, neque restituere adigendos esse censent doctores: nisi modum in quantitate excedant; quia nihil domino inuito auferunt. Bonac. t. 2. de rest. in par. disp. 2. q. 8 p. 1. n. 1. & seq.

19 Furtum, quod paruitatis materiæ ratione foret veniale, fieri lethale aliquando ratione damni notabilis valet, aut alius concurrentis causæ. Ibi, & Lopez 1. p. c. 93. Clau Reg l. 9 c. 15. n. 19. Nau. c. 17 n. 3.

20 Id constat in sartori acum furante, si ob id diu sit sartor ab opere vacare coactus. Non hoc tamen lethale censetur ratione furti, cùm parua sit omninò quātitas, sed damni causa illati, quod est notabile, Ibi apud Bon.

21 Contra fures lata excommunicatio, non comprehendit rem paruam furantes, vt sup. de acum furante, dato graue intulerint domino damnum, hoc enim in genere furti leue est, & veniale, Ibid. apud eundem, & alios ab eo inibi citatos.

22 Ad extremè inopia laborantem subueniendum, valet quis alienū surripere, nisi qui surripit proprium habeat vnde subueniat. Med. de eleem q. 5.

23 Extrema facit necessitas, vt alienum fas sit sibi sumere, at necessarium tantum; excipe, nisi & dominus inæquali sit constitutus egestate, vel maiori, Less. l. 2. c. 12. dub. 11.

24 Sunt qui & grauem aiunt excusare necessitatem à p. at improbabiliter sic communiter.

25 Pluribus de communi concurrentibus consensu ad rem magnam furandā, aut scientibus, dato singulorum sit parua res sublata, peccatum ab vnoquoq; pa-

tra-

fratur lethale, addito restituendi onere in solidum. Secus de damno separatim, neque scienter à pluribus illato, Petr. Nau. l. 3. de rest. c. 1 n. 49 Nau. c. 17. n. 30.

26 Animo successiuè multum furandi parum furans, noxa se mortali onerat; dato à diuersis illa multa parua surripiantur dominis: vt patet de cum fraude mercatoribus vendentibus, modo huic, modo alii. Excusandi tamen huiusmodi ab integra restitutione facienda sub lethali noxa, sed illam sub m. tenentur rest. quantitatem, qua restituta, iam amplius notabilis non detinetur quantitas, vt sup. vide Sanch. in opere Mor. l. 7. c. 21. n. 12. & Bon ibi p. 2. n. 2.

De filiorum furtis.
Cap. II.

1 RESTITUERE filius tenetur, si notabilem ex bonis, quorum possessionem, vel vsumfructum habet pater, summam surripiat, & quidem sub mortali. Vnde restituat nisi habeat, in bonorum diuisione cum fratribus, id in suam tenetur partem computare, quod surripuit; excipe, nisi pater condonauerit, vel nisi alios constet fratres tantundem expendisse. Less. l. 2. c. 12 dub. 13. Vasq. de rest. c. 4. §. 2. d. 6. n. 40.

2 Item, filius lethaliter delinquit (magna data materia) si in ludos à patre pecuniam datam ad libros, vel vestes emendas profundat, vel in compotationibus, aut meretricibus; rationabiliter quippe inuitus censetur pater. Ibi apud Bon. l. c. de Nau. c. 27. n. 157. Mol. disp. 142.

Vxoris furta.
Cap. III.

1 EX mariti bonis vxor notabilem accipiens quantitatem, vel ex iis, quorũ administratio penes est maritum, & vsus fructus, mortaliter peccat, & rest. tenetur, si id absque viri expresso, vel tacito consensu egerit; aut saltem præsumpto; maior tamen in huiusmodi vxoris, vel filij furtis quantitas requiritur ad p. m. quàm in cæteris extraneorum; idem dicendum si ex viro, & sibi communis bonis aliquid magnum accipiat: viri enim huiusmodi est bonorum administratio.

2 Vxor expendendere ea, quæ mulieres sui status, & conditionis expendere solent, tuta valet consciẽtia, insumere, v. g. eleemosynis, & honestis recreationibus, alioquin rationabiliter maritus non esset inuitus.

3 Præterea, inuito valet marito, sibi, & familiæ necessaria, vel parentibus, aut prioris matrimonijs filijs, graui laborantibus inopia, neque aliunde necessariam habere valentibus, ministrare; de furtis vxoris vide Bon. loco cit. p. 2. Clauem Regiam l. 9. c. 16. Fill. tr. 32. q. 6. c. 10. n. 263.

Religiosorum furta. Cap. IV.

1 RES non necessarias sibi Religiosus notabiliter vsurpans, paupertatis voto nuncupato in approbata Religione, lethaliter furti peccat peccato.

Pro-

Proinde si, superioris licentia præcisa, quid notabile extraneo largiatur rerum tū consuptibilium, tum inconsumptibilium, noxam committit mortiferam; addito vtrique tum danti, cum & accipienti restituendi penso, nisi bona forte fide accipiens à mortali eximatur, P. Nau. l. 3. de rest c. 1. n. 195. Mol. disp. 276. & disp. 140 Clau, Reg. l 9. c. 26. n. 20.

Seruorum Furta.
Cap. V.

1 SVrripientes aliquid serui magnæ quantitatis suis heris, illis insciis, lethaliter delinquunt; nisi, vt sup. hic dixi, quid comestibile surripiant nō magni valoris, & ad edendum, non vendendum, vel in compotationibus cū extranei insumendum; eo enim casu nedum herus quoad modum accipiendi, imò & quoad substantiam foret inuitus rationabiliter censendus, Nau. c. 17 n. 137. Vide omnia hęc apud Mart. Bon l. c. p. vlt Less. l. 2. c. 12. d. 8. n. 48.

Cętera in generali ad furtum spectantia.
Cap. IV.

1 DOmino vidente, & tacente, vel ex timore, aut verecundia dissimulante, at inuito, surripere, furtum est committere; nam haud secus est ac si contradicente surriperetur. Summa Aur. Armill. v. Furt. n. 3.

2 Rem surripere propriam, at alij ad custodiendum, v. g. vel pignori datā, furtum habetur; res enim est nisi quoad dominium, at saltem quoad custodiam aliena; & iuris debet in ea recuperanda seruari ordo, Ibi n. 4.

3 Rem suam habere impedito, furtim tutè accipere licebit, periculo tamen scandali remoto; non enim ius sibi dicet, sed naturale exequetur, ciuile sibi impedito.

4 Admoneat tamen oportet, qui eam iniustè detinebat, deliberatione ab iterū restituenda, si bono id fieri licet modo; nempe ne iterum iniustè restituere sit coactus, aut ab eius obitu hæredes, Idem Armilla n. 5.

5 Si filius familias, vxor, aut Religiosus quid ab extraneo furentur ad sibi de necessarijs subueniendum, restituere pater, &c. tenentur: debebant enim ipsi subditorum necessitati prospicere, si nolint, ipse valebit filius, &c. clam de bonis surripere patris, viri, aut Monasterij pro debita restitutione; imo ipsis inuitis id tutè poterunt. Secus si ad superflua surripuerint sibi comparanda, neque a patre, &c. filio, &c. debita, n. 6 vide S. Th. 2 2. q. 66. a. 7.

6 Contra fures lata excommunicatio, nisi restituant, vel contra non reuelātes, retinentes non afficit, si alioqui in conscientia non teneantur restitutioni, v. g. si iusta sint vsi compensatione, vel in extrema existentes necess abstulerint, &c. Idē de id scientibus, neq; reuelantibus. Si verò lata sit excōmunicatio non vt restituatur, sed aliam ob iustam causam, tun vtiq; raptores restituere, & id scientes reuelare tenentur, at secretò, & citra omne scandalum, vt patri, non vt iudici, S. Ar. ibi n. 6.

6 Qui

6 Qui furto non consentit, at ratum habet tantum, & ob id restitutio nō fit, vltra mortale, & restituere tenetur, nisi ipse restituat raptor, vel fur. Ibi nu. 17 post med.

7 Aliquo sub ratihabitionis spe furante, si ille cuius sperabatur ratihabitio non ratificet, ad nihil tenetur restituendum, at furi tantùm restitutio incumbit. Bertol. Fum in Summa Aurea ad finem v. Furtum.

8 Fur, & quiuis iniustus rei detentor alienæ, semper actu delinquunt, eo tempore, quo non restituunt, si valent, neque enim solùm in habituali peccato permanent, Sà v Furt. n. vl.

9 Re furtiua, à fure domino oblata, pereunte, domino perit, si eam recipere renuat sine causa, & modo fur periculi causam, post oportunam rei oblationem, non dederit, Syl v. Fur. 16. & Sà prout sup. n. 10.

10 Vi rapiens, & pro vi aliquam faciat restitutionem, præter rei restit. nu. 9.

11 Rem domino nulli vsui futuram surripiens, restituere non tenetur re pereunte, nullum quippe intulit damnum, n. 6. idem ibi.

12 Si rem de qua dubitas num tua sit accipis, restituere debes, si ab alio accipias possessore: nam in dubio potior est cōditio possidentis; si uerò à nullo possidebatur, pro rata solùm dubii restituere debes ei, cuius esse dubitas. Cætera, uide uerbo, restitutio n 5. Nau. c. 17. n. 117.

GABELLA

1 Rex, seu principes, qui suis iniustè gabellas imponit, uel auget, Bullæ Cœnæ quinta afficitur excommunicatione. Item si iustè laicis imponat, sed & Clericos ad id onera e intendit in eādem cens. incidit. Bol. l. 1. c. 21.

2 Illi gabellas imponere iustè valent, qui in suis locis nullum cognoscunt in temporalibus superiorem, vel imponendi habent facultatem à supremo eorum domino, Less. l. 2. c. 33. dub. 2. Mol. disp. 666. Suar. de leg. l. 5. c. 24.

3 Et Summus valet Pontifex, alii in temporalibus non subdito, imponēdi gabellas facultatem facere, id bono spirituali exigente; habet enim in spiritualibus à Christo domino plenariam in toto orbe facultatem, Graff. p. 1. l. 2. n. 26. c. 125.

4 Nouæ gabellæ secundum quosdam non obligant, nisi de iustitia earum manifestè constet. In dubio gabellæ, iustæ censentur, nam pro principe præsumendum, & in dubio melior est conditio possidentis, princeps autem est in possessione, ergo, &c. & id verum præsertim si sint antiquæ. Contrarium sua non caret probabil. Sà v. Gab. n 4.

5 Pro rebus ad proprium vsum delatis impositæ gabellæ, communiter iniquæ habentur, quibusdam negantibus, si iusta imponendi subsit causa, n. 5.

6 Item quæ pro Principis priuata vtilitate, non verò publico bono exiguntur; vel quæ ob causam impositæ, sed ea cessante non tolluntur, nisi alia exigēdi noua succedat causa, vel quæ maior necessitate exigitur, vel tandem illæ, quibus non æqua subditi portione onerantur, saltem indebitè, Ibi.

7 Non facilè tamen damnandi pænitentes, gabellas defraudantes, licet iustas

dato restituere nolint,& id probabiliter;nimirum quia illa est probabilis opinio asserens leges humanas purè pænales non obligare in conscientia, Diana in Cōp. v.Gabella n.6.

8 Nimis durum tributum,sufficit soluere si petatur,Vide Tol.l.5.c. 73.nu.4.

9 Res emptæ,cum onere transit non solutæ gabellæ,Sà n. 9. Gabella.

10 Cum pauperibus dissimulare præsides gabellarum exigendarum tutè valent.num.10.

11 Res ante locum soluendarum gabellarum deprehensa,non debet confiscari:nam eius dominus adhuc forte consignasset pænitentia tactus, n.11.

12 Clerici nec de bonis patrimonialibus soluere tenentur gabellas,nisi negotientur. Ad onus ei perpetuò annexum Ecclesiæ obligatur prædium, si priusquā ad eam transiret eo erat onere affectum.Rei emptor Ecclesiæ debet gabellam. Item & Ecclesiasticæ rei colonus pro sua soluet portione,Sà n.13.14.15.

13 Principis creditor si iustam defraudat gabellam pro compensatione, tutè facit,licet alii gabellæ sint locatæ:imo etiam venditæ,saltem debito antiquiore venditione gabellarum existente. Ministri ad exigendum gabellas illicitè positas peccant cum oblig.rest.si clarè de iniustitia constet.

14 Gabellarij,& eorum ministri de furtis in territorio patratis tenentur, nisi præstent id,propter quod efficiendum gabellę impositę fuere, nempe ad vias à latronibus tutandas;& tunc neque vlla extat soluendarum obligatio gabellarū. A n.13 hucusq; vide Dian.in Comp.v.Gab.n.4.Armilla v.Gab.n.16.& 13.

Gratia.
Vide Priuilegium.

1 A Papa facta gratia,Episcopo examine commisso,illo mortuo non expirat;neq;Confessarij eligendi,aut à casibus absoluendi, vel dispensandi,mortuo non expirat concedente:neque facta reuocatione,sed ignorata per illum,cui facultas data fuit,Nau.cap.placuit de Pæn.d. 6.n.34.Sà v.Gratia n.34.

2 Tuo etiam socius priuilegio gaudet,si alioqui nihil tibi prodesset.A Papa dato priuilegio,Religiosi renunciare nequeunt,sine Papæ consensu, Id.29.30.

3 Vel non expeditis litteris,in conscientia valet facta gratia.Sine alterius mādato quis valet pro alio gratiam obtinere,vel beneficium.Sum.v.Gratia, n.3.

4 Mendicantium priuilegia, sine eorum expressa mentione non reuocantur in generali reuocatione.Ex falsa causa gratia obtenta,nulla censetur.Non perit, causa cessante,ob quam concessa fuit.Si in gratiæ concessione dicatur,donec voluero,aliud ordinauero,vel,ad beneplacitum sedis,morte nō expirat cōcedētis.

5 Aliquo concesso,etiam id concessum intelligitur, sine quo frui commodo gratia gratiatus nequit.Concedi insolita,non veniunt in generali concessione, neq;id,quod in specie concedens non censetur fuisse consensurus.Nisi tertij gratia præiudicet,latissimè interpretanda.Dicente Prælato, concedimus ad nostrū beneplacitum, morte concedentis expirat;secus,si ad sedis dicat beneplacitum. Sà ibi n.20.6.7.8.9.

6 Exor-

6 Exorbitantia non censetur Papa concedere, neque iuri velle derogare, vel alij præiudicare, nisi & id exprimat. Principis gratia, sine alterius intelligitur præiudicio, saltem alio ab excepto. Nau. cons. 2. de iudic. n. 3. Sà ibi n. 11.

7 Priuilegiis, vel viuæ vocis oraculo, aut statutis per constitutionem non derogatur. Item neque consuetudini, expresse de illis mentione non facta; dato habeatur sic, quibuscunque non obstantibus, vt semper ferè solet haberi. Ibi Sà n. 13.

8 Num priuilegium sit reuocatum dubio vertente, non reuocatũ censendũ. n. 14

9 Lex priuilegium reuocans non valet antequam in diœcesi publicetur, n, 17.

10 Ad similes casus priuilegium extenditur, & latissime interprætandum, quatenus tamen verba permittunt, imo maris nomine in priuil. & fæmine veniunt. vide priuilegium, & Fumum v. Gratia n. 5. & Sà ibi n. 17. 18 & n. 11 Tandem pro omnium supradictorum auctoritate, Vide Sà, & Fu. n. v. Gratia per totum.

Gula.

1 PRobabiliter, vsque ad vomitum se infarciens edendo, lethaliter non delinquit: contra enim vllum non agit præcep. modo inde sibi, uel alij graue non sequatur damnum, neque in edendo suum finem ponat vltimũ vide ieiunium. Sic Io: Henriq. in Come cas mor. c. 19. n 9. Diana p. 5. tr. 13. Miscell. res 40.

HAERES HAEREDITAS,
Vide testamentum, legatum.

HÆRESIS HAERETICVS. Cap. I.

VIde pro hac materia tract Variorum ad Off. S. Inq. spectantium.

1 Nullus datur hæreticus, nisi error sit in intellectu cum pertinacia; imo nullam adhuc incurrit excomm nisi & exterius humano sensui huiusmodi subijciat errorem. Sanch t. 1. l. 2. c 7. n. 8. Dian. 1. p. tr. 5. res. 1.

2 Exteriùs tantum mortis metu fidem negans, grauissime quidem peccat, at in hæreticorum non incidit pænas, vel excommunicationem; neque enim hereticus habetur, imo à quocunq; valet Confessario absolui. Item blasphemator hæreticalis, hereticus non censetur, si de fide benè sentiat. Item in fide dubius hæreticus nõ censetur; cum non eligat errorem, pertinacia præcisa, Dian. in Comp. v hæresis n. 2. 3. & 9.

3 Causas hæresis valent Inquisitores alij delegare. Ibi Diana n. 10.

4 Nulla valet hæreticos excommunicationis ignorantia excusare; quia notissima est; neque in hæresi materiæ datur paruitas à p m. vel excommunicatione excusans, si sit exteriùs prolata, n. 12. & 14. & in p. 5. tr 13. Miscell. 1. res 28. cũ aliis.

5 In heretici accusatione necessariò non requiruntur legis libellorum solemnitates; imo sufficienter apponi tantum potest non diem criminis præcisè, vel loci locus, sed mensem, & annum, oppidũ; vel ciuitatem, Dian. 4. p tr. 8. res 40. v. notãdũ.

6 Dantur casus, in quibus quis suam proferat hæresim, non tamen vllam incurrat excom. v. g. si ad petendum consilium, vel ad Confessario aperiendam, vel si

inter sua scribat peccata per Confessionem expianda. Si indeliberatè manifestet, vel proferat hæresim. Si iocosè non asserendo ita vt inde colligi nequat in errore hæreticali manere, vel hæreticus esse. Idem 4.p tr.4.res.240 Henriq l.6, Summæ c14.n.6.lit.i.

Hæreticorum pænæ
Cap. II.

1 PRimò contra formaliter hæreticos excommunicationis extat censura ipso facto incurrenda; 2 omnis Ecclesiasticæ dignitatis, officii, & beneficii priuatio, & ad ea inhabilitatio. 3 omnium publicatio bonorum. 4. Temporalis pæna 5. perpetua infamia 6. mortis supplicium, quo impenitētes, & incorrigibiles plectūtur, Ita Ant. Diana in Summæ Summario v. Hæresis n.4. 8. vide ibi per totum. & 4.p.tr.7.

Hæreticorum libri.
Vide Cap.16. variorum in fine.

1 QVi legit, aut libros retinet hæreticorum, aut cuiusuis alius auctoris, dānatos, aut ob heresim prohibitos, vel ob falsi dogmatis suspicionē, latam in Indice librorum excommunicationem incurrit, nulli reseruatam; modo tamen heresim non contineant, vel de religione non tractent, Bon t.3.disp. 1.q.2.p.3,n.2.

2. In huiusmodi librorum lectione paruitas datur materiæ, v.g. vnius paginæ. Idem de retentione v.g. duorum dierum, antequam Inquisitori consignentur. vide Ant. Dian 1.p.tr 11 res 30 & 5.p tract 5 res 41.

3 Libros legentes diuinationum, sortilegiorum, veneficiorum, augurioum, auspiciorum, & incantationum, & similes à vera fide abhorrentes, eandem incurrunt excomm. Item, scholia, seu additiones hereticorum ad Catholicorum libros addita. legentes: falsi enim dogmatis suspicionem continent.

4 Non habita Summi Pontificis licentia, quicunque scienter, publicè, vel priuatim, & occultè legit, retinet, aut imprimit, aut quocunque alio modo defendit hereticorum libros de religione tractantes, aut hæresim continentes, Bullæ Cænæ excommunicationem incurrit, Papę res. etiam animo non prauo, sed animi gratia recreandi: imo dato non intelligat. Legentem verò tantùm audiens, non incurrit, Bon vbi sup p.4 n.4.7.11.& 14.t 3.

5 Probabiliter item non incurrit affectatè ignorans, quia adhuc ignorat, neq; scienter legit, Diana 3.p.tr.4.res.7 Sanch. in summa t.1.l.2.c. 10 n. 38.

6 Inquisitores legendi, vel retinendi nequeunt huiusmodi libros facultatem facere, imo neque Cardinalium Collegium sede vac. sed solius Papæ id est. Id. 5.p.tr. 8.res 99.

7 Cętera de heresis absolutione, vide verbo Absol. heretici, ibi. & absol. à casibus Bull q. Cænæ. & à censuris.

Ho-

Homicidium.

1 HOmicidium, est hominis iniusta occisio Fum. in summ. v. Homic. n. 1.
2 A quolibet priuato capitaliter exulantes occidi valent; eo namque casu quilibet minister est legitimus iustitiæ respectu proscripti: modo intra proscribentis id fiat dominium, Azor. p. 3. l. 2. cap. 2. q. 2. Tol. l. 1. c. 73.

3 Valent & ipsi mutuò proscripti tutè occidere, & insidiosè, ob præmium à Principe propositum, aut libertatem. Id autem passim non consulendum, ob dãnatio periculum respectu proditoriè occisi, Azor. ibi q. 4.

4 Se nemo valet ipsum directè occidere in quocunque tantundem casu; alioquin Ecclesiastica carere debet sepultura: nemo quippe suæ est vitæ, vel membri dominus. Publica tamen auctoritate mori damnato licet ad suam cooperari mortem in actibus crudelem pænæ modum non habentibus, v. g. præscriptum sumendo venenum, Sot. l. 5. q. 1. a. 5. Fill. tract. 29. n. 62.

5 Casu alium occidens non peccat, nec restituere cogitur. Proinde leue infligens alteri vulnus, neq; lethale, si medicorum moriatur incuria, vel quia adhibere noluit necessaria, homicida non censetur, dato lethaliter peccauerit. Tenetur tamen de impensis ad curandum adhibitis, deque omnibus respectu vulneris nõ lethalis sequutis damnis Less. l. 2. c. 9. d. 15. Sot. l. 5. q. 1. a. 9.

6 Qui rei licitæ, vel illicitæ operam dando homicidium fecit, si debitam ne homicidium sequeretur adhibuit cautionem, de homicidio non tenetur, est enim casuale, Fill. tr. 29. c. 7. quæst. 3. & 6.

7 Qui adulterium commisit, & ob id à viro inuasus adulteræ fuit, si se cum moderamine tutelæ inculpatæ defendendo inuadentem occidat, lethaliter non delinquit, neque restituere tenetur, Fill. ibi n. 3. Bon. t. 2. de rest. in par. disp. 2. qu. vlt. p. 2. n. 6.

8 Qui in ebrietate homicidium patrauit, in nullo tenetur, modo non præuiderit fore homicidium facile in ebrietate secuturum, dato mortaliter se inebriando deliquerit: casuale enim omnino huiusmodi censetur homicidium, & inuoluntarium, Ibi Bon. n. 7. Less. l. 4. c. 3. d. 11. a. n. 25.

9 Qui per errorem Caium occidit quem credebat Titium, ad rest. adigendus, Bon. n. 8. Vide etiam pro n. 8. Henr. à Gand. quodlib. 3. q. 26. & Zuccol. eius cõm.

10 Præter necessarios occisi hæredes, alijs non necessarijs nulla fit restitutio ob patratum homicidium; necessariis vero tenetur occisor de omni inde sequuto damno, v. g. filiis, patri, &c. vna quippe, & eadem cum occiso reputantur persona. Expensæ tamen in curatione, & sanitate procuranda factæ, etiam non necessariis debentur hæredibus, v. g. fratri, sorori, &c. Regin. t. 1. l. 10. c. 22. n. 314.

11 Occisi creditoribus nihil occisor restituere tenetur: dato etiam occisor nocendi animum haberet creditoribus per homicidium. A fortiori nihil restituendum iis, qui beneficium ab occiso aliquod sperabãt, vel qui liberaliter ab eo alebantur. Ibi n. 3. 4. Reg. t. 1. l. 10. c. 12. vbi sup. Sot. 4. de iust. q. 6. a. 3. ad 3.

12 Ego, qui v. g. Petrum occisione peremi, si forte tibi homicidium imputetur

tur,eo,quòd inimicitiæ inter te,& Petrum verterent,ad nihil teneor tibi, ob homicidium tibi falsò imputatum,restituendum,potè quia meum non furt homicidium tuorum causa damnorum,at occasio;neque ego vllam in te commisi iniustitiam,potiùs iniqui delicti delatores tibi restituere adigendi,vel testes. Idem dicendum,etiam si ex meo præuiderim homicidio,tibi damna imputationis ferenda:imo etiam si id intenderim.Grauiter tamen contra charitatem proximo debitam deliqui,nedum respectu occisi,verùm & imputati.Mol.tr.3. disp. 86. Fill.tr.20 c.5.q.1.& 2.n.84.85.

13 Vtiq;tamen compensare,ego tibi iure tenebor,pro damnis in restituendo Petri hæredibus à me occisi,si quæ forte restituere coactus fueris,vt sup v.g. filiis,&c.de cæteris verò per iudicem tibi illatis,minime,Bon.vbi sup.p.vl.

14 Contumeliam tibi inferentem occidere nefas,etiam si aliter huiusmodi arceri nequeat contumelia,v g.tibi dicentem,mentiris,& huiusmodi,Diana infra.

15 Priuato homini,Tyrannum Regnum iniquè inuadentem occidere fas erit, in actu tamen inuasionis,etiam proditoriè Post vero Regni pacificam possessionem,occidere nefas:nullus quippe à pacifica debet possessione inuitus à priuato deijci,nisi audiatur,& iudicetur.

16 Vias obsidentes publicus,item occidi tutè valent, à quouis priuato , & proditoriè,vel insidiosè,Dian 5.p.tr.4.ref.12.13.21.24.Graff p.1.l.1.c.62.n.57.

17 Cum moderamine licet rei furtiuæ iniquum possessorem occidere , domumque eius ingredi proinde rem asportando, iudicis copia non suppetente , si rei magna sit quantitas,& magni valoris.Nota,grauius est p. occidere corpus , quàm animam,nisi & animam occidere quis cum corpore intendat,Ibi ref.37.& Less.l.2.c.9.dub.11.n.75.Sà v.hom.n.19.

18 Se licet quidem mutilare,totius id corporis salute requirente.At vigilijs, macerationibus,&c.vitam abbreuiare,nefas,saltem ex intentione:præter verò intentum,accidentaliter,se mortificando, & in seruitutem corpus redigendo , nefas non erit vitam abbreuiare.Addo tamen nihil huiusmodi notabile debere quem aggredi,non consulto vel Confessario,vel etiam Superiore:hoc autem optimum,& sanius fore puto consilium,Dian.ibi ref.32 & 33.

19 Propriam exponere pro amici vita tutanda , rebus, honore fas erit . Ibi ref.28.29.

20 Dari potest in homine talis ignorantia inculpabilis,vt se ad bonum finem occidendum non peccet.Peste infectum inuisere,& ei seruire fas erit, cum vitæ periculo.

21 Votum etiam solemne carnibus non vescendi,in infirmitate extrema non obligat;proinde Carthusianus licitè eis vti valet,eo casu;item fas eis non vti erit Vide ibi Dian.ref.30.29 & tr.3.ref.136.

22 Pudoris gratia,fas erit,etiam ignobili feminæ,pudenda chirurgo nõ ostẽdere ad medendum in mortis periculo.Alii verò , si adsit, medendi arte peritæ fæminæ ostendat omnino oportet.Io Sanch.in select.disp.3.

23 Mortis præciso periculo,respuere licitè quis medicamenta potest,ad mortificationem,& perfectionem obtinendam,imo meritorium;vt patet à viris perfectionem sectantibus esse factitatum,Dian.ibi tr.3.ref.135.

24 Edens,vel bibens nocituram rem,putans,aut non aduertens, quòd ei noce-

ce-

cebit, aut saltem parum nocituram sperans, lethali se non onerat culpa, Ibi.

25 Regulares Superiores dispensant in irreg. homicidij voluntarij occulti, subditos. Item in irreg. ex defectu homicidij, videlicet lenitatis etiam publico. Vide me in Verit. Comp. ad finem.

Innocentis homicidium Cap. II.

1 NVm obsides occidere sit fas innocentes, hostibus fidem datam non seruantibus: videndum vtrum ipsi sint omnino obsides innocentes, si sint, parcendum omnino eis; si verò aliquid & ipsi culpę commiserũt, tutè occiduntur, Diana, p. 5. tr. 4. res. 35.

2 Iudex secundum debet allegata, & approbata iudicare, licet de mortis agatur pæna innocenti infligenda, si ipse priuatim tantum iudex plectendi sciat innocentiam: modò deponere nequeat officium nisi magno cum suo damno, & incommodo. In ciuilibus verò, deponere non tenetur officium, sed per alia quærat media innocentiam probare conuicti, si nequeat iuxta allegata iudicet saltem probabiliter, at contrarium item valdè est probabile non posse nempe occidere.

3 Semetipsum potest, imo tenetur innocens tyranno tradere, se postulanti, & id pro patrię salute; imo renuentem valet eum Princeps tradere, vel occidere. Vide quoad n. 2. Bon. t. 2. de oct. dec. præc. disp. 10. q. 2. p. 2. quo vero ad 3. vide idẽ t. eod. de rest. in par. d. 2. q. vl p. 7. n. 1.

Ad sui defensionem occidere num fas sit. Cap. III.

1 INuasorem licet cuique occidere, cum moderamine inculpatę tutelæ; etiam [saltem probabiliter] si inde Reipublicæ notabile damnum secuturum sit: quia forte inuasor publica sit persona, & Reip. utilis: præterea, licet inuasus inuasionis causam dederit, vt sup. de adulterante, & virum adulteræ occidente, Mol. t. 4. tract. 3. disp. 14. concl. 2. Less. l. 2. c. 9. d. 8. n. 41.

2 Mortem minitantem nefas occidere, vel iniuriã verbis inferentẽ Id. dub. 17.

3 Publica, & valde Reipublicæ vtilis persona inuasa, nedum tutè inuasorem occidit, verum ad occidendum sub mortali tenetur pro communi bono; idem dicas de familiam sustentante, Mol. de iust. t. 4. tr. 3. disp. 14. n. 1.

4 Inuasoris licet mortem intendere, quatenus pro sui conseruatione inuasus intendit eam inferre. Item licet pro magni pretii tutandis rebus, iniquum occidere inuasorum; item pro vita, vel rebus amici tutandis, vt sup. Id. d. 11. n. 4.

5 Item pro pudicitia, Diana in Comp. v. Hom. n. 30.

6 Item pro honoris defensione, qui alicuius sit momenti, præsertim viro publico, & valdè honorato, v.g. militi, equiti, & id genus. Ob id insequi tutè valebunt eum qui impacta alapa, vel baculi percussione aufugit, vt repercutiendo, vel si opus sit occidendo amissum, vel amittendum alioqui honorem recuperẽt pro honore vitam morti exponere probabiliter licet, ibi n. 23.

7 Qui

7 Qui inuasus in se defendendo modum excedit,& inuasorem occidit, restituere non tenetur ratione excessus, vel si ob rerum defensionem id agat, licet iudicialiter eas recuperare potuerit. Tuæ vitæ insidiantem occidere non potes, antequam te re ipsa inuadat, Vide Dian. in Comp. vbi sup. n. 32 Sa v. Hom. n. 8.

Restitutio ob homicidium.

Cap. IV.

1 QVi ex culpa lata, non vero leui, aut leuissima, alium casualiter occidit restituere tenetur; at mitiùs cogi debet, quam si omninò homicidiũ fuisset intentum,& volitum;& id procedit etiam si dando rei operã illicitæ homicidium accidat, debita adhibita cautione ne sequeretur: sed cum aliqua negligentia veniali, vt sup. Ibi n. 33. Vide Less. de iust. lib. 2. c. 9. dub 15.

2 Item Clericus inuasus, si inuadentem occidat pro sui defensione, licet fugere valuerit, Dian. ibi n. 34.

3 Si ad duellum prouocatus prouocantem occidat, rest. non cogendus. Secus è contrario. Qui se inuicem prouocauerunt secuta morte, nulla fit rest.

4 Venena scienter alij, ad aliquem occidendum ementi, vendens, licet id probe sciat, restituere pro homicidio non adigendus, grauiter tamen contra charitatem delinquit, Ibi Dian. in comp. n. 35.& 36. v. Homic.

5 Vnius domini animal, alterius si animal occidet culpa domini pręcisa, nihil occidentis tenetur dominus restituere, saltem ante iudicis sententiam, P. Nau. l. 2. c. 1. n. 38 Less. l. 2. c. 9. d. 17. n. 119.

6 Homicida, seu mutilator, tenetur pro curationis impensis; præterea de damnis ex nece secutis: præterea, de lucro tenetur cessante, iuxta spei quantitatem lucri futuri, periculis,& laboribus computatis, imo & labore in acquirendo subcũdo, &c. prudentis iudico æstimandis, n. 38. ibi Diana.

7 Præcisè ob vitæ, vel membri, priuationem, vel cicatricem nihil restituẽdũ.

8 Qui statim moriturum occidit, restituere nihil tenetur, n. 39.

9 Mortis actus timore, qui aliquem ad mortem quæsitum demonstrauit, si ob id inuentus,& occisus fuit, in conscientiæ non tenetur foro quicquã restituere: secus in fori foro, nisi de iusto constet timore, Idem ibi n. 47.

10 Homicidę hæredes ad nullam pro homicidio restitutionem tenentur, si homicida morte sit iuridicè ob homicidium mulctatus; per mortem enim omnem deleuit illatam iniuriam,& iniustitiam,& hoc probabiliter, n. 41.

1 Quando moriturus condonare se dicit percutienti iniuriam, adhuc pro damnis restituat illatis, Bon. vbi sup. sect. 2. p. 1. n. 17.

Alia quędam de homicidio.

Cap. V.

1 CArnifex publicus, qui scit à iudice innocentem morti esse damnatũ, modò de iniustitia publicè non constet tuta valet conscientia in eum mortis exe-

exequi sententiam. Contrarium item probabilissimum habetur, nempe non occidere teneri.

2 Iustitiæ ministri, qui ex odio reos mortis occidunt, vel iudex condemnãs per legem condemnandum, sed ex odio, lethaliter quidem delinquunt, non tamen cõtra iustitiam, ob id rest. non tenentur, Armill. v. Homic. n. 1.

3 Qui se defendendo inuasorem occidit non peccat, dato inuasorem sciat perpetuò damnandum, imputet ille sibi, n. 3. ibi. Th. 2. 2. q. 64. a. 6. ad 2.

4 Inuasus tutè se occidi valet permittere, neq; inuadentem occidere tenetur modo vt sup. dixi publica non sit persona, & Reip. valde vtilis, vel familiæ suæ necessarius, aut valde vtilis.

5 Mulier ad stuprum oppressa, nisi consensum in libidinem timeat, pati stuprũ tutè valet, ne inuasorem occidat.

6 Aliquo à te v. g. mille Aureos petente, & ni des mortem minante, dare teneris, modo vnde viuas tibi sit, & familiæ. Item pro alio ab iniqua morte liberando, nisi ipse habeat: mutuò tamen satis erit dare, vt si postea quid habuerit restituat. Noto, nos ab iniusta teneri morte proximum eripere, vel inuitum.

7 Vbi lex impunè virum actu adulterantem occidere permittit vxorem, si occidat, lethali se noxa deuincit; secus lege vxoricidium concedente, eo quippe casu apud Deum, & homines maritus impunè euadit; pote qui legis sit factus minister: vt & de capitaliter exulantes occidentibus: id modo iustitiæ zelo fiat, omni priuato dimisso liuore. Cætera huc forte spectantia, vide v. Char. eleemosyna, irregul. & alibi. Pro his omnibus à n. 5. vide Bon. t. 2. de rest. in par. disp 2. q. vlt. p. 9. n. 6. & 8. & p. 2 nu. 5. Cætera vide fuse Cap. 17. variorum in fine.

Honor.
Vide parentes, filius.

1 PRincipibus etiam vitiosis, parentibus, & senibus honor habendus; alterius namq; virtutem repręsentant; quòd si virtute pręditi sint, duplici sunt honore colendi: ob id eos dehonorantes duplici se noxa afficiũt D. Th. 2. 2. q. 63. a. 3.

2 Diuites, non opes, honore sunt habendi: imò quia in Communitate dignorẽ obtinent locum, alioqui acceptationis peccatum foret personarum. Ibi.

3 Dignis oblatus, acceptandus, alioqui ridiculum.

4 Honorem accipiens, & onus accepisse censetur, Bell. in promp v. Honor, n. 2

Horæ Canonicæ.
Vide Breuiarium.

1 CAnonicæ horæ de iure non sunt diuino, at Canonico, Dauidis sumpto exemplo, qui septies in die laudem Deo dicebat. Proinde Papæ in earum recitatione fas erit dispensare, nulli alii, priuilegio præciso. Bon. t. 1 de horis can. disp. 1. q. 1. p. 2. n. 2. & 5. cum communi.

2 Religiosi etiam in Sacris non initiati ex consuetudine, imo ex eorum constitutionibus ad horas tenentur professione emissa, vel Sacris non initiati ordinibus, & hoc sub lethali, p. 2. n. 1.

3 Eiectus verò e Religione, vel ad triremes pulsus, nisi Sacrò sit Ordine insignitus ad horarum pensum non adigitur. At regulariter sub lethali Religiosi in choro has non tenentur persoluere horas, alio in Constitutionibus non cauto.

4 Clerici verò sæculares, & Canonici strictius ad chorum deuinci noscuntur, ad id ejs beneficiis collatis, Ibi n. 3. & 8. Suar. t. 2 de Relig. l. 4. c. 10 n. 16. Sot. l. 10. de iust. q 5 a. 3.

5 Supremus Religionis Superior cum subditis in officii valet recitatione dispẽsare aliqua ad id cogente causa, v. g. prædicationis, confessionis, & id genes, Less. l. 2. c, 37. d. 9.

6 Degradati, excommunicati, irregulares, susp. & interdicti, sacris modò initiati, ad horarum tenentur pensum: omisso tamen ab excomm. & degradato, illud Dominus vobiscum, Valen. t. 2. disp. 6. q. 2. p. 10. §. circa decimum, Nau. c. 7. n. 17.

7 Beneficiati, dato Sacris non initiati, tenuissimo gaudentes beneficio, adhuc ad id pensum sunt adstricti. Item qui Summo dispensante Pontifice vxore potitur cum sacris sit ordinibus decoratus, ratione nimirum charactéris, adhuc in anima adhærentis indelebiliter, Axor p. p l. 10. c. 5. q. 5. apud Bar. t. 1 disp 1. q. 2. p 3 nu. 5. de horis canonicis Vide Escobar de hor Can q. 3. de causa mat. §. 5. de benef.

8 Item de pensionario, qui vt clericus pensione gaudet, quippe ad B. V. paruum tenetur officium persoluendum. Ibi p. 2. n. 7. Scobar ibi f. 25. n. 14.

9 Coadiutor non tenetur beneficiati, precisè coadiutoriæ respectu, ad diuinũ offic. nisi coadiutoria rationem habeat beneficii. Ecclesiastici, Id ibi n 13. Nau. c. 2. de orat. n. 18 Idem etiam Scobar ibi f. 26. n. 26.

10 Beneficiarius, seu Capellanus, qui fructuum maiorem substituto partem tradit ad beneficii onera obeunda, vel qui beneficii fructus non percepit, à recitando liber non euadit. Idem de eo, qui beneficii fructus loco pensionis alii tradit, Az. l. 10. c, 4 q. 8. Suar. c. 20 n. 13.

11 Qui belli tempore, aut alias iniustè fructibus priuatur beneficii, recitatione exsoluitur, nisi se aliquando recuperaturum speret; secus de iam perceptis fructibus priuato, vel iniustè, Ibi n. 24. 25 Suar. l. 4. c. 20. n 15. Regin. l. 30. n 39. & Io. Scobar vbi sup fol. 88 n. 83.

12 Tot per beneficiatum fiant Titularium commemorationes, quot sunt beneficia. Ibi n. 28.

13 Per litem ne beneficii possessionem adeat impeditus, licet facta collatione, recitare non adstringitur. Imo vel beneficii facta collatione, & pacificè possessione adita, adhuc, nisi recitet, restitutioni non deuincitur, sex nondum mensibus à possessione elapsis, punct. 5 n 2. id. & Azor. l. 10 c. 4. q. 7.

14 Notandum supradictos omnes ratione quidem beneficii à recitatione liberari, ast sacris initiati, adhuc ratione characteris officii pensum persoluere tenentur. Verũ eo omisso quicquid de lethali sit culpa, certè restituere nõ tenẽtur Scobar. vbi sup. de hor. Can. fol. mihi 16.

15 Moniales item ad horarum pensum vi tenentur consuetudinis, imo constit.

16 Medico num infirmo sit recitatio obfutura dubitante, innoxiè nõ recit. &

17 Cum

17 Cum laudibus Matutinum recitare non ualenti: fas erit nihil recitare probabiliter. Diurnum tãtùm habens, non tenetur, lectionibus omissis, psalmos recitare. Diana a n. 15. hactenus in Comp. u horæ can. n. 2. 9. & 10.

18 Clericũs in Sacris constitutus necnon simul beneficiatus, officio omisso, duplici se non vrget scelere; ratione nimirum ordinis, & benef quippe qui cõtra religionem tantũ delinquit Henr. l. 2. c. 12. n 3 Garzia de Bon. t. 2. p. 3. c. 1. n. 125.

19 Qui ad ordinem promouetur Subdiaconatum, totum non tenetur illius diei recitare off. sed ab ordinis suscepti incipiat hora: officio verò iam ante persoluto, repetere iam amplius non cogitur, Diana in Comp. n. 15. ibi.

20 Episcopus sub mortali obligare non videtur, ad psalmos in ordinatione, impositos recitandum: imò ex quadam tantùm decentia. Idem de litanijs, Ibid. id. num. 16.

21 Surdũ sociatim posse horas recitare cẽsent, nõ obstante surditate, n. 17. ib.

22 Qui nulliter beneficium accepit, v. g. per simoniam, vel quia excommunicatione deuinciebatur, &c. ad Diuini pensum officij non adstringitur, quando suos non facit fructus, n. 14. ib. & Sanch. in opusc t. 1. l. 2. c. 2. dub. 73. n. 5.

23 Qui vespere ex febre laborat, mane horas recitare præueniendo non cogẽdus vespertinas, vel Completorium; neque è conuerso, nempe qui mane præ febre horas nequit Matutinas persoluere, & ceteras, amplius ad illas recitandas in sero non adigendus, Id. in Comp. l. cit. n. 13.

24 Socium adhibere cæcus non arctatur, vt vel sic Psalmos cũ lectionibus sociatim recitare queat: dato Psalmos memoria teneat; imo se se ad id socio offerente, adhuc eum admittere non tenetur, vt cum eo recitet; & hoc ob id, quia cum socio recitare vt quis valeat, priuilegium est, & fauor, vti autem quis eo nõ cogitur, quod in suum est fauorem concessum. Idem de infirmo, qui sociatim recitare quiret, neq; enim ad id tenetur, Ibi n 11. & Sanc. l. c t. 2. l. 7. c. 2. d. 43.

25 Qui horas nouit memoria recitare, recitet, dato matut. recitare nequeat, Regin. t. 2. l 18 c 13. n. 185. Suar de Relig t. 2 l. 4 c 28 n. 14.

In horis recitandis quid obseruandum.
Cap. II.

DEmodo tenẽdo in rec. diu off. fuse Ioann. scob. ubi sup. de hor. Can.

1 Qui ex priuilegio alio, quam romano utitur Breuiario, ualet & romano si libuerit item vti, proprio relicto, v. g Religionis, Ambrosiano, &c. Sà n. 6.

2 In duabus Ecclesiis duo possidens beneficia, quæ variato vtuntur Breu. eo vtatur, quo Ecclesia, vbi residet, vtitur: extra chorum, iuxta dignius beneficium, licet minus forte pingue, Fil. tr. 23. c 7 q. 1. n. 221.

3 Sufficienter recitat, qui recitando rebus detinetur exterioribus cum recitatione non incompossibilibus, & cum interna attentione, aut virtuali intentione, v. g. in se induendo, lauando, exuendo, &c secus in scribendo, pingendo, &c. Bon t. 1. disp. 1. q. 3. p. 2. n. 12. de horis can.

4 Qui orando inuoluntariè distrahitur satisfacit; secus de voluntariè distracto: Aa 2 quip-

quippe, licet Ecclesia actum nequeat internum precisè præcipere, attamen tanquam ad orationem necessarium utique præcipere quit: nulla quippe oratio sine attentione unquam subsistit, saltem uirtuali: contrarium aliis existimantibus Vide Diana, p.2 res 2.& 3.p.tract.6.res.68.fol.208.

5 Qui inchoatum interumpit officium, animo omnia repetendi recitata, nullam postea facere tenetur repetitionem. Idem de recitante, ast eum animo pro tunc non satisfaciendi, sed iterum recitandi; non enim ullam tenetur facere repetitionem: satisfaciendi enim non requiritur intentio, ast recitandi solùm. Idem à pari de Missæ auditore sine pro tunc animo satisfaciendi; non enim alii interesse sacro tenetur. Bon. ubi sup.p.2.n.31.

6 Diuinum interrumpens officium lethaliter non delinquit, imò quoad substantiam satis præcepto facit, ueniali se tamen culpa afficit, sine aliqa id causa faciens, cum communi: Castro palao 2 tomo, tract.7.apud Icob. 1. Fol.44.n.34.

7 In diuini officii recitatione sui non est opus auditione; sed distincta potius requiritur prolatio: excipe, nisi cum socio fiat recitatio; eo quippe casu alterius uerba alter audiat omninò. n.24.25. idem ibi.

8 Pars, quæ chori tacet, ad cantantem attendere omninò debet: neque enim præueniendo satisfacit, & priuatim recitando alterius chori partem, & postea uagando, uel nugis uacando. n.21. abi & Suar. l.4.c.11 n.20. sub finem.

9 Submissa in choro uoce recitans, aliis contantibus, integras haud tutè distributiones habebit; sed earum tantùm partem, quippe sui muneris partem tantùm adimpleuit. Qui verò choro quidem interest, at neque recitat, canit neq; vllam non habebit tutè distributionem; fructus vero priuatim officio recitato non amittet, Graf.p.1.c 41, Azor.1.p.l.10 qu.5 Fil.t.2 tr.23.c 7.q.5.n.196. Scobar prout sup. de horis Can.fol.mihi 85.&c.

10 Ad organa, musicis officium cantantibus, non cantantibus verba audire sufficit clara prolata voce; neque audita recitare tenentur. Secus organis tantùm cantantibus, ipsis verba non exprimentibus, & hoc plusquam est clarum.

11 Qui superiore iubente, vel ex officio organis detinetur pulsandis, vel thure, &c. adolendo, per se non tenetur omissa recitare, ab alijs recitata; recitātibus tamen adhibita attentione; nam & is diuino fuit intentus cultui.

12 Qui sociatim ita festinanter recitat, vt priori non finito versu aliū subdat, obligationi non facit satis. Item verba in notabili omittens quantitate lethali se noxa vrget: linguę præciso tamen defectu. In officij recitatione, vel omissione, aut mutatione iure nequit Ep. dispensare, vt sup. in princ. Bon. tom. 1. de hor. can. disp. 1.q.3.p.2.n.13.3.& 11. Regin l.19.n. 160. Vide item lo: Scobar vbi sup. fol. mihi 41 n. 12.

13 Vulgari, vel alio à latino idiomate, latinus in recitando vtens, veniali se tantùm onerat, substantialiter ue satisfacit. Sà, v. Horæ can.n.10.

14 In alia è propria dioecesi studiorum causa existens, iuxta Breuiarium ibi solitum recitare tutè quibit, propriæ dioecesis relicto, in qua suum habet beneficiū. Bon. prout sup.p. 1.n.7.

15 Officium data opera mutans, v.g. feriæ, in sancti alicuius off. probabiliter mortaliter non delinquit; nimirum quia ad substantiam id officii non pertinet, imo ad modum tantum. Sed enim ego hanc sequi non auderem opinionem; neque

que illam item consulere, quæ studiosè distractum in officij recitatione à lethali eximit noxa, satisfacereq; asserit, neq; vllam teneri rest. facere. Dian. in Comp. v. Horæ Can. n. 20. & 19. Castr. Pal. apud Scob. ibi f. 9 mihi, n. 23.

16 Totum vnius diei officium omittens, vnicum tantùm lethale peccat peccatum, n. 22.

17 Officium vno, vel altero die iuxta non proprium recitans ritum, vel Breuiarium, probabiliter lethaliter non delinquit, Ibi n. 26.

18 In Confessione quis non tenetur se totum, vel officii tantùm partem omisisse aperire: imò sat erit se dicere in officii recitatione lethaliter deliquisse. num. 27. id.

19 Qui cum priuilegiato ad breuiario vtendum solito breuiori, recitat, satisfacit. Item ad horas ante tempus recitandum, Id. ibi n. 29.

20 Regularis valet Prælatus aliquando, iusta id causa exigente, semel, vel bis ad aliud recitandum off. dispensare, quàm quod in Breuiario, n. 30. id ibi.

21 Breuioris horæ partem omittens dimidiam, vel Matutini, aut Vesperarũ quartam partem lethali se vrget noxa. Ipsum vide Dian, p. 4. f. mihi 151. res. 216. in fine, vbi negare videtur.

22 Probabiliter saltem sustineri valet, eum, qui choro non interest, vel processioni diebus Rogationum, priuatim recitare non vrgeri, sub saltem lethali. Idem de officio die Defunctorum pro mortuis recitando: at enim contrarium fore puto tenendum omnino, pote quod tutius, & est consultius, Vide eund. ibi fol. mihi 160. res. 263. & p. 2. f. 195. res. 42.

Officij hora recitandi, & ordo.
Cap. III.

1 QVi, etiam in choro, extra præscriptas recitat horas, scandalo dempto, non peccat mort. Item qui sequentis diei Matutinum, præsentis diei non absoluto officio recitat; noxa tamen se veniali onerat. Idem de horas præpostero ordine persoluente, Valentia t. 3. disp. 6. q. 2. p. 10.

2 Ab hora post meridiem quarta, sequentis fas est diei officium Matutinale persoluere: imò probabiliter secunda post meridiem id licet hora: illius tamen diei vsperis persolutis, Fil. t. 2. c. 8. n. 271. apud Dian. sup. f. 194. res. 39.

3 Causa censetur iusta horarum recitandarum differendarum, etiam à veniali eximens culpa, cum quis v. g. scholasticus matutinum cum alijs horis in vesperũ differt, eo quòd matutinale sit tempus studio aptius, & accommodatius. Idem 4. p. f. 86. res. 9.

4 Diuini tempus officii persoluendi, ab antecedentis incipit diei media nocte, ad mediam vsq; noctem sequentis diei. Matutino tamen cum laudibus demptis, vt sup. hic.

5 In priuata recitatione ab omni valet noxa excipi, qui primam cum sexta & nona recitat, duabus, vel tribus horis post solis ortum.

6 Qui ab amico, vel superiore rogatur ad primam, v. g. vel Tertiam recitandas, Matutino nondum absoluto, cum eo tute recitet, postea Matutinum recita-

ta-

petitur ipsius sit orantis saluti proficuum spirituali: item perseuerante r. fiat oratio Videndus Suar. pro sup. dictis à n. 1. hucusque t. 2. de Relig. l. 1. c. 12. num. apud Mart. Bon. loc. prout sup. cit. q. 5. p. 1. & 2. Ne pigeat videre pium Callettam in Specul. Ecclesiastico, nunc recens edito p. 1. c. 4.

Quædam alia ad diuinarum precum tractatum spectantia. Cap. VI.

Videndus Anton. Quintanaduena tr. 8. de recit. horarum vbi inuenies singularia.

1 Diuinum recitare omittens officium, toties peccato peccat interno, quoties moraliter volūtatē omittendi repetit, vel eius notabilē partem; secus si vnico tantùm voluntatis actu totum omittat, Nau. de orat. c. 7. n. 9.

2 Etiam iudicis nulla expectata sententia, officium omittens beneficiatus, p omissionis ratā ad restitutionē tenetur fructuū, sex à benefic. possessione mēsibus dilapsis, culpa tamen, & notabili interueniente materia. Idem de vt Clericus pensionem habente, B. V. officio omisso. Idem sine debita attentione officiū recitato, & id voluntariè. Idem de Mansionario voluntariè in recitatione distracto, quoad distributiones; & hoc tutius, imo & probabilius dico, quàm alii contrarium asserunt, & voluntariè distractos à rest. de obligant. Suar. l. 4. c. 29. num. 2. Nau. Man. c. 25. n. 22 apud Bon. l. c. p. 2.

3 Diuinum omittens officium, si admonitus, per sex menses ab officii cesset recitatione diuini, beneficii incurrit priuationem, Ibi n. 23. Suar. c. 30.

4 Restitutio Ecclesiæ fiat fabricæ, vel pauperibus, nullo vsu, vel in contrariū statuto extantibus. Sibi item, si sit pauper, retinere paupertatis titulo valet Clericus, si modò verè pauper, nisi fortè malitiosè omiserit, spe sibi titulo paupertatis retinendi, Regin. l. 4. c. 30. n. 19 Sà v. Benef. n. 51.

5 Canonicus, qui diuinis non interfuit officiis, distributiones sibi ab aliis canonicis remissas tutè non retinet; nisi iam traditæ spontè sibi restituantur, nulla præcedente collusione, Suar. de Relig. t. 2. l. 4. c. 30. n. 17.

6 Quæ infirmitas ab officii debeat recitatione eximere, omninò prudenti hoc medico, & timorato remittendum: fieri tamen valet, vt quis ab officio sit chori excusandus, relicta domi recitandi obligatione, v. g. ex podagra laborans, vel nimiam aeris timens frigiditatem, præsertim ab infirmitate non adhuc integer, & firmus, ad medici iudicium, Nau. de orat. c. 11. n. 6. Azor. l. cit.

7 Huiusmodi impeditus, quicquam loco officii præstare non cogitur, Az. q. 8.

8 Peregrinus, qui alium suo substituit loco, adhuc à recitatione nō eximitur, beneficii ratione, imo & ordinis. Idem de studentibus, Azor. c. 13. q. 13. Val. to. 3. dis. 6. qu. 2. p. 10. Vide Quintanaduena de rec. horar. f. mihi 215. &c.

9 Legis ignorantia, inaduertentia, naturalis obliuio, à restitutione excipit nō recitantem, sicut à peccato, num recitauerit dubius, recitet; pro præcepto stante possessione, & in dubiis melior est conditio possidentis, iuxta regulam iuris.

10 Qui choro adesse tenetur, vel officium recitare nequeuns, omninò adsit, & ad officium attendat, si commodè valeat: breuiarii inculpabilis carentia excusat; imo

imò & culpabilis, culpæ tamen pęnitentia habita, & modò qui caret habere cupiat. Pro vtroque n. Bon. ibi pun. 3. Videndus Scobar de diuino officio.

11 Honesta & grauis occupatio, vel alicui negotio necessaria occupatio, nisi in aliud valeat tempus commodè reijci, & sine scandalo, peccato, vel notabili damno etiam alieno, ab officio eximit persoluendo. Proinde concionator, præsertim quotidianus, confessarius, & id genus, nisi commodè præuenire munera, aut valeāt differre recitationem, eximuntur ab ea, Tol. l. 2 c. 14. & ita fere communiter.

12 Qui non integram minorum omisit horarum, vel Matutini quartam partē, aut vesperarum, dato lethaliter delinquat probabilius, nullam tamen, iuxta probabilem, facere tenetur rest. singulis diebus quid parum omittens, restitutioni non adigitur, Dian. in comp. v. Hor. can. n 44.

13 Pro Matutino omisso, dimidiam fructum omittit partem; pro reliquis omnibus horis dimidiam, pro verò singulis, partem restituat sextam. Hoc sic intelligo, vt beneficiarius totum omittens aff. ad omnium non sit fructuum restitutionē arctandus, præsertim Curatus; imo, cum communi, existimo satisfacere; vel 4. tantum restituendo fructuum partem; nedum enim pro officio beneficia dantur, imo alia ob beneficii subeunda onera. Surdus simul, & cæcus à choro tutè absunt, distributionum sine iactura, abest culpa, neque pęna aderit, quæ in restitutione cōsistit fructum, alioqui percipiendorum.

14 Hodiernus non valet in recitatione commissus defectus, cras suppleri; patet clarè.

15 In recitatione attentio ad verba, vel rem petitam, vel Deum sufficit. hucusq; à n. 14 Diana ibi n. 49 44. in comp. & n. 45. Sà v. Horæ can. n 19.

16 Psalmi pro pęnitentia recitandi, tutè cum socio recitantur. Sà ibi n. 12.

17 Mentalis non sufficit recitatio, neq; in Religiosis, qui aliquando ex priuil. id poterant.

18 Extra chorum, quicunque Romano tutè vtitur Breuiario, Sà ibi n. 6. pro hac materia non erit ab re videre Specul. Eccl. Casettę p. 1. c. 4. de off. diuino. Item Io: Scobar tr. 2. de Horis Canon. fusè, ac luculenter.

IDOLATRIA.

Vide Superstitio.

1 IDolatria uel exteriùs tantum exhibita, u. g. ob mortis metum, semper lethalem continet noxam, intùs etiam fide retenta. Fum. u. Idol. n. 1.

2 Fieri aliquando potest, ut minus hæretico peccet idolatra: quando hęreticus uoluntariè errat, ad idolatra quandoque peccat ignoranter, ex ignorantia tamen non omnino à culpa liberante: quantacunque inuincibili laborare uideatur ignorentia: naturale quippe lumen nos unum colere docet Deum, non creaturam, uel excellentissimam.

3 Ficto animo metu mortis idolum colens, grauissimè quidem peccat, contra fidei confessionem; ast contra hæreticos excommunicationem non incurrit dato in foro censeatur externo uerè excommunicatus, quando ex animo coluisse credendus esset. Ex parte Armilla. ubi sup. n. 3. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 84 artic. 1. Bon. fol. mihi 214. prop. 2. t. 2.

Ie-

Ieiunium:
Cap. I.

1 IEiunium; quoad propositum ab Ecclesia obseruandum, uoluntaria est abstinentia à cibis, iuxta Ecclesiæ præceptum, uel receptam consuetudinem. Bon.t.1.fol. mihi. 404.n.9. Item Zacharias pasquali gus in praxi Ieiunii in princ.n.4.

2 Potus quantumcunque, & in quacunque sumatur hora, Ecclesiæ non frangit ieiunium. Idem fol.405.n.7.& pasqualig.ubi sup.decis.116.n.4 & alibi.

3 Carnium abstinentia, de ieiunij est essentia Ecclesiastici. Carnis nomine intelligitur quic quid non est piscis, cum tamen sit caro, Medicorum iuxta intelligentiam,& christianorum communem intelligentiam. Regin. l. 4. num. 14. apud Bon ibi num. 1.

4 Quoad uerò ouorum, & esum lacticiniorum,u. g. butyri, casei, &c, standum consuetudini omnino locorum. Videtur autem usu acceptum, ut Quadragesimali tantùm excepto tempore, in lombardia ferè ubique, lacticiniorum tutè usus teneatur ieiunii tēpore, quatuor etiam temporū. Ibi n.2. Nau c.21.n. 15.

5 Ad ciborum vetitorum vsum priuilegiatus,pro ieiunii tempore, etiam ad carnes,adhuc vnica sit refectione contentu oportet, commode si valet; quando per ieiunij præceptum duo iubentur,à cibis nempe vetitis abstinentia, & vnica in die refectio,ob id ad vnum dispensatus,ad alterum dispensatus non censetur,& hoc probabilius,dato,& contrarium sua nō careat probabilitate.Less.dub.6 n.45

6 In euidente prorsus carne vescendi necessitate,nulla opus est dispensatione, scandalo tamen præciso,præsertim simplicium,& pusillorum.Dubio extante, dispensatio petatur,& quidem ab Episcopo adiri valente,alioqui à Parocho,aut ab Episcopi deleg Sà v.ieiun.Az c.18 q.5 videndus Pasqualigus de disp in iei.d.409

7 Ex voto ieiunans,iuxta loci ieiunet consuetudinem quoad lacticin vsum.

8 Qui ieiunando,nihil afflictionis, vel corporis non sentit mortificationem, imò magis nutritur,satisfacit;vnica si seruetur refectio.Quoad vtrunq; Bon. fol. mihi 406.n 6.& 7.

9 Consuetudo lacticinia ieiunii tempore non edendi,extra Quadr.nō obligat, nisi per 40.perdurauerit annos;cùm animo item,debet induci,se obligandi: proinde probabilius videtur, vbi huiusmodi inualuit consuetudo, adhuc sub lethali non obligare;non enim voluisse se fideles censentur obligare sub mortali ad huiusmodi tenendam consuetudinem;& ita rigorosè,imò ex quadam potius deuotione,& honestate,Dian.in Comp.v.Ieiun.n.1.& 3 p t.2 11.res 8.

10 Vulgo,Biscotto,vti fas erit ieiunii tempore, & Quadr. dato quid parum butyri contineat,& ouorum,materię excusante paruitate,Dian.in Cōp.v.eod.n.3

11 Ad carnis vsum dispensatus,pisce,& ouis tutè vescetur. Probabiliter Religiosus lacticiniis die valet ieiunii extra Quadr.vti,dato in loco,vbi ex consuetudine abstinetur,commoretur habitando.Idem probabiliter de Clericis: quippe huiusmodi non tenentur consuetudine;quicquid de laicis sit,forte mortaliter,si edant delinquentibus, Dian.ibi n.8.& 10.& Pasqualig.vbi sup.

12 Materiæ non excusat paruitas, in ciborum esu vetito, à mortali, n.6.ib.id.

13 Quoties in die quis cibo vescitur prohibito, toties lethali se onerat culpa: secus de alijs vescente cibis non prohibitis die ieiunij; at tantum quando secundo comedit, & ieiunium frangit, Ibi n.7. Coninch. de Sacr. d.7. dub. 5. n.42.

14 In vespere fas erit discretam sumere refectiunculam, ipsa teste consuetudine, & pia Matre Ecclesia tolerante in quantitate modo retento: neque tā qualitas, quàm cibi attenditur quantitas; quando de quocunque licet cibo sumere, die ieiunii non vetito, & de ad prandium solito adhiberi, ad quinque, vel sex oncias collectiuè retenta quantitate, Nau. c.21. n.17. apud Bou. t.2. f.407. n. 2.

15 Ieiunij die mane sumpto ientaculo, animo non ieiunādi, ratione v.g. futuri itineris, aut laboris, eo amplius non tenetur die ieiunare, vel si toto ocietur die, & id casu. Idem de ad ieiunium non aduertente, si bis cibum in notabili sumat quantitate, non enim, probabiliter, amplius ad ieiun. adigendus, Idem ibi n.8. Itē Pasqualig. in prax. ieiun. dec. 344. Vide ibi.

16 Non licet quem lege scimus ieiunii teneri, ad cænam vrbanitatis causa inuitare, si fracturus probabiliter credatur ieiunium; secus fas esset, n.9.

17 Mane solitam vespere sumi, sumere refectionem, vel sine causa, plusquam non est veniale; causa verò data aliquali, nullum, id consuetudine approbante, n. 6. vide etiam Pasqualig. vbi sup. dec. ... & de iis, qui tenentur.

18 Prandio ob negotium abrupto, si animo id fiat non reintegrandi, reintegrare nefas; secus si cum animo iterum comedendi abrumpatur; quando tunc vnica moralis censeatur refectio; dato Physicè duæ sint, n.10. Nau. c.21. n.15.

19 Notabiliter prandii horam præueniens, plusquam veniali non se onerat noxa, Tol. l.6. c.3. n.8. Less. c.2. dub.2. n.13. Laym. l.4. tr.8. c.1. n.11.

20 Caupones cibos, præsertim carnes die non valent ieiunii hospitibus præbere, ne eorum cooperentur peccato, iis saltem, quibus ieiunium competere credunt; secus de hoc dubio extante, nempe vtrum legi subdentur ieiunii, nec ne. Tol. l.6. c.5. n.4. Ne omittas videre Zachar. Pasqualig. Veronens. in praxi ieiunij dec. 363. vbi fusè omnem hanc agit materiam.

Quinam lege teneantur ieiunij, quo iure, deque hora prandij. Cap. II.

1 Viginti vnius annorum ætatem adeptus, lege tenetur ieiunij, mente modò sanus.

2 Qui ieiunare non quit, aliud præstare opus non tenetur, aliaque die ieiunare.

3 Ab Episcopo ieiunia indicta, à Regularibus tutè non seruantur, in diæcesi commorantibus. Vide omnia apud Mart. Bon. t.2. f. mihi 412. n.1. 5. Azor. l.3. c.19

4 Iure est Ecclesiastico inductum ieiunium, à Christo Dom. sumpto exemplo: proinde per Papam, vel sine causa, a lege quis valet ieiunii omnino eximi pro semper. Præterea, poni, vel tolli ad ieiunium obligatio sola valet consuetudine, animo tamen se obligandi inducta, Less. l.4. c.2. d.5. n.30. Bell. t.3. l.2. c.17.

5 Ieiunii die circa est meridiem prandendum, qui differt, eo meretur magis, quo

quo acrius carnem affligit. Qui verò notabiliter eam preuenit prandendo horã, & sine causa, veniali se tantum culpa onerat, & satisfacit; cum causa, ne venialiter quidem delinquit, Azor. l. 7. c. 11. q. 5. Tol. l. 6. c. 3. n. 8.

6 Qui ab amico rogatus, quid parum vrbanitatis ergo sumit, edendo, ieiunii die, nihil peccat, Reg. l. 4. n. 174. & 189. Sà v. Ieiun. n. 8.

7 Ieiunium in pane vouens, & aqua, sæpius vinum si bibat, vnicum tantũ peccat peccatum, Dian. in comp. v. Ieiun. n. 14.

8 Ad vini tollendum nocumentum, extra fas erit refectionem quid parũ cibi sumere, Reg. l. 4. n. 134. & 189. Abul. in c. 6. Matt. q. 165. vel l. Dic.

9 In Natiuit. Dom Vigilia, largiusculè in sero refectio tutè sumitur: consuetudine excusante, Dian in comp. v. Ieiun n. 17.

10 Qui eodem sæpius die quid parum ore capit, ieiunium frangit, illis modicis vnum satis constituentibus, Ibi n. 21. Id.

11 Dominorum famuli mensis inseruientes, gulosè reliquias de mensa sublatas vorantes contra non peccant ieiunium, modò statim à dominorum sint mensa pransuri. Item famuli, coquinæ operam nauantes, lectores, &c. parum quid ante prandium statim futurum sumentes. Item Dominis suis die ieiunii carnes parantes, apponentes, non peccant; quando huiusmodi sint actiones indifferentes, neq; ad id vt malè eis Domini vtantur, apponunt, Sanch in opus. t. 2. l. 5. c. 1. dub. 12. n. 3. Item Zach. Pasqualig. Veron. de ijs qui tenentur, aut non tenẽtur ieiun.

A ieiunio causę fideles excipientes. Cap. III.

1 ABsens eximitur ieiunio quod in patria seruatur: proinde quis se eò valet transferre ubi non ieiunatur, ne lege teneatur ieiunii. Item ad sacra peregrinantes loca ad ieiunium non arctantur, vel alio iter habentes longum, neq; iter omittere tenentur; prote quia quicunque aliquod laboriosum præstat opus, lege leuatur ieiunii, modò id sibi opus ieiunium non compatiatur, Dian. in Comp. v. Ieiun n 26. n. 27.

2 Qui à loco vbi non ieiunatur, ad ieiunii se locum recipit, v. g. in patriam, licet meridie accesserit, ieiunii lege non vrgetur; nam ieiunii mandatum totum respicit diem, n 28. id. & Sanch. in sellec. disp. 54 n 4. Pasq. dec. 215. & 216.

3 Non admodum laboriosæ artes, à ieiunio fideles non excipiunt, v. g. sutoria, barbitonsoria, & id gen. asserentibus nonnullis omnes artifices per Eugenium IV. à lege excipi ieiunii. Nota qui artis respectu laboriosæ ad ieiunium non adigitur, ieiunio non adigi quibus non laborant diebus; opus quippe diebus habent feriatis, ad vires iam attritas reficiendas, quod ieiunando non efficerent. Diana ibi n 30.

4 Mercede canentes, nedum à ieiunio exsoluuntur, verùm & super cibis alioqui vetitis dispensantur, si commodè, ab eorum esu abstinentes, suam nequeant conseruare vocem; id procedit vel ad carnium esum. Item Concionatores, Confessarii, &c. iuxta sup hic. Præterea Aduocati, Procuratores, iuxta propriam eximuntur conscientiam timoratam, n. 31. ibi idem. Item Pasqual. ibi dec. 131. &c.

5 Sexagenarii adhuc licet vegeti, fortes, & robusti ad ieiun. non adigendi; imo probabiliter, & à ieiunandi voto, si quod nuncupauerint, eximuntur. sanitas quippe senum nimis est fallax, proinde frequenti indigent refectione, & cibo substãtiæ validoris, Portell. in dub. Regul. p. 1. v. Ieiun. n. 5.

6 Qui certo die hebdomadę se voto ieiunare obligauit. Nat. Dñ eo incidẽte die, voto leuatur, nisi vouendo secus intenderit, Diana ibi n. 3.

7 Compellere patres suos ad ieiunium filios non tenentur, vel domini seruos: exortari vtiq; lege tenentur charitatis, imo ex officio, saltem quoad patres, Tol l. 5. c. 4. Reg. in praxit. 1. l. 40. n. 199.

8 Lactantes, & vtero gerentes, lege ledantur ieiunii, à vetitis tamen abstineant cibis, modò id commodè fiat, Homob in Exam. Eccl. p. 2. tr. 8. c. 7. q. 17.

9 Qui incænatus somnum capere nequit, lege leuatur ieiunii Dia. ibi n. 42.

10 Perpetuo amentibus, & pueris non adhuc septennibus, item paganis, & infidelibus carnes die licet ieiunii ministrare: quippe hos omnes dubio procul legibus non arctantur Ecclesiæ, Idem ibi n. 41. Azor. t. 1. l. 7. c. 17. qu. 3. Em. Sà, verbo Ieiun. n 17.

11 Arte scribendi victum sibi parantes, ieiunii lege eximi comperio. Item Typographos ad prelum addictos: secus de characteres cõponentibus, Dia. ibi n 45.

12 Dominus, vel pater familias, in opere non tenentur non laborioso seruos, vel filios non detinere ieiunii tempore, ad hoc vt ieiunare queant, Sanch. in opusc. t. 1. l. 5. c. 1. disp. 9. n 2.

13 Qui ad ieiunandum satis vigent, sed ad futuram infirmitatem præcauendã ad carnium sunt esum dispensati, si die aliquo carnibus non vtãtur, ieiunẽt: quod si ob debilitatem carnibus vtantur, vel præsentem infirmitatem, dato aliquando ab esu abstineant carnis, adhuc lege non tenentur ieiunii: licet eorum forte esset sanitati ieiunare salubrius, Sanch. in opusc. t. 2. l. 5. c. 1. d. 50 n. 2. & 3.

14 Absque necessitate, voluptatis solùm causa, edere, bibere, nisi sanitati officiat, nullum continet peccatum, Io; Sanch. in sellect. disp. 2. n. 14.

15 Qui, voto concepto, ieiunare debet, si eo item die, Ecclesiæ concurrat de ieiunando præceptum, dupplici se noxa afficit lethali, ieiunio omisso, Dian. n. 53 cum communi.

16 Qui panis voto, & aquæ nuncupato, comperit se aliquid cibi sumere oportere pro obsonio; aut vini, sumat; neq; ob id ieiunii timeat fractionem: imo si multo opus habeat obsonio, aut vino, idm amplius se eo non teneri voto sciat; at solito tantum teneri ieiunare ieiunio, & ordinario, Sanch. ibi disp. 15 n. 13.

17 Infirmi, & ab infirmitate conualescentes, vel quibus vnica non sufficit refectio, ieiunii lege soluuntur. Item ostiatim stipem colligentes, & quibus ad vnicã sibi non suppetit cibi copia refectionem: imò & carne eis vesci fas erit, nisi aliud sibi sit ad manducandum. Item mulier, quæ incommodæ metu valetudinis, aut viro inuisæ deformitatis, ieiunare non curat, nihil peccat. Item vir, ad matrimoniale debitum vxori reddendum ineptus ex ieiunio futurus, lege exsoluitur ieiunii Abulensis qu. 148. Laym. l. 4 tr. 8. c. 3 n. 4.

18 Professi in Religione, ad Religionis adiguntur vota, licet viginti vnius annorum ętate minores, Fill. tr. 27 c. 3 q. 7 n. 57.

19 Ex deuotione, vel voto, die quis valet Dominico ieiunare, scandalo remo-

to, cm-

to, omniue superstitione. Nau.c.21.n.227.Azor.p.1.l.7.c.16.quæst.7.

20 Per modum sumpta medicinæ, Ecclesiæ non soluunt ieiuniũ, benè naturale.

21 Ad bis die eodem comedendum dispensatus, omninò lege eximitur ieiunii.

22 Inaduertenter bis comedens eodem ieiunii die, adhuc probabiliter lege tenetur ieiunii, ac si semel comedisset. Quòd si iustam adesse non ieiunandi causam putet, tutè, vir saltem prudens, non ieiunabit, Bon.t.2.f.mihi 405.n.7. & 407.n.5.6 & 8. Item f.415.n.20. Tol l.6.c 4 ad fin.

23 Qui à lacticiniis se voto adstrinxit abstinendi certo aliquo die, & à carnium abstinebit esu, nisi, dum votum nuncupauit, in contrarium fuerit voluntas, Fum ieiun.n.13.

24 Nota Papam validè vel sine causa in lege posse ieiunii dispensare Ecclesiæ; secus de obligatione ex voto ieiunandi inducta. At cum causa iure valet. Episcopus, nulla causa, nulliter in quocunq; voto dispensat: excipe forte in ieiunio ex consuetudine inducto, Ibi n.19.idem.

25 In lethali culpa ieiunans, licet nihil pro vita mereatur æterna adipiscenda; quoad tamen satisfactionem id ieiunium prodest; vel à Confessario in satisfactionem iniuncto ieiunio Item ad nouum peccatum præcauendum prodest, quòd nõ ieiunando peccaret. Item ad castitatem, &c. Ibi n.11. Item post se bonum relinquit effectum, imo & habitum ad bene inducit operandum.

Ignorantia.
Vide Censura, Lex.

1 IGnorantia quæcunque, vel culpabilis, imo affectata, à quacunque eximit pœna scientiam exigente, v g dicente lege, qui scienter fecerit, ausus fuerit, vel præsumpserit, & id genus, sit excommunicatus suspensus, &c. Sanc.in opere mor.l 2.c.10.n.58.

2 Qui cum huiusmodi tamen culpabili ignorantia operatur à peccato immunis non euadit; si enim quis aliquid, cum esse peccatum probe sciat, operetur, peccat, dato censuram euadat, si forte id sub censura vetetur, ast ignorata; idem de aliis pœnis scientiam requirentibus. Sà v.Ignor.n.1.

3 Ignorantia omnis inculpabilis à peccato excipit, in rebus ignorantiã admittentibus inuincibilem, & inculpabilem, Bon.t.2.f.mihi 168.n.12.

4 Ignorantia tunc inculpabilis habetur, cum quis neque scit, neq; scire tenetur, præsertim omni adhibita ad sciendum debita diligentia: siue iuris, siue sit facti. E contrariò, qui vt liberius sine scrupulo peccet ignorare affectat, à peccato non vnquam eximitur, Fum.v.Ignor n.1.

5 Quilibet mentis compos scire fidei tenetur communia, & vulgatissima; imo & iuris, quæ à fidelibus communiter instructis à parentibus, prædicatoribus, & christiana conuersatione noscuntur. Vide sup.de fide suo loco, D.Thom. 2.2.qu. 72.ar 3.

6 Vnusquisque sciat oportet, præter supradicta de fide, quæ ad suum officium rectè obeundum spectant, vel ad votum, Ibi ex D.Th.Caiet.

7 Ignorantia tunc affectata habetur, quando, vt sup. quis nescire vult, quæ scire

re

re tenetur,& gaudet ignorare ad liberius peccandum;huiusmodi autē ignorantia,nedum à peccato immunem non reddit operantem , verum adauget potius peccatum,quidquid sit de censurarum,vel pænarum euasione, vel incursione . Armilla v.Ignor n 4 huiusmodi quippe ignoranti illud accommodatur , nempe Noluit intelligere,vt bene ageret.

8 Item inculpabilis censetur ignorantia,quæ in eo reperitur , qui ob intellectum scire nequit hebetudinem,aut maximam ob difficultatem , aut Docto: is certè carentiam,Fum.vbi sup.n.5.ex D.Th.ibi vt sup.

9 Crassa,vel supina,quæ ob id culpabilis censetur,ea est,qua homines cōmuniter scita ignorant,cum facili queant negotio scire;huiusmodi non à toto excusat peccato,dato à tanto quandoque eximet:nisi sit,vt sup.affectata : adde modo de iis sit rebus,quæ,vt sup ignorantiam admittunt ; non verò de non admittentibus:v.g.de præceptis naturalibus,à naturali inditis lumine,aut de Dei præceptis naturalibus,secus de Diuinis positiuis,Panor.in Cap. Apostolicæ.

Imago.
Vide Adoratio.

1 IMago non absolutè adoratur,imo respectiua adoratur adoratione , illius nempe respectu,cuius est imago Bon.t 2.f.mihi 173.n.3.

2 Crucis signum latriæ est adoratione adorandum Item spinæ,lancea, claui,&c.quæ Christum tetigere. Item si aliqua sanguinis Christi daretur portio,vel capilli,huiusmodi forent adoratione adorandi,Id.n.6 7.Az c.6.q.3.

3 Crucis signum marmore,vel lapide humi defixis, sculpi, nullo est modo permittendum.Fum.in sua Summa Aurea,v.Imago,n.5.in fine.

I

Incestus.
Vide Affinitas.

1 INcæstus,est cum persona cognata intra gradus,in quibus matrimonium vetatur,carnalis congressus,Sanch.l.7.disp.15.n.11.

2 Cum cognatis consanguinitatis cognatione,aut spirituali, vel legali coniūctis,aut affinitatis,ad quartum vsq;inclusiuè gradum , contrahi vetatur matrim.

3 Quo incæstuosi sunt coniunctiones,eo delinquunt scelestius; eiusdem tamē omnis incæstus habetur speciei;neque nisi quoad magis differt,& minus; tamen, saltem probabiliter,incestus debet in confessione exprimi gradus ; huiusmodi quippe circumstantia nedum peccati est circumstantia,imo,& illius est obiectū, & quid ad actus pertinens substantiam,in indiuiduo spectati,& ipsum constituit actum in suo esse indiuiduali,Bon.t.1.f mihi 381.

4 Inter Confessarium,& pænitentem habita copula incæstus non habetur , proinde in Confessione huiusmodi circumstantia tutè siletur , nisi in ipsa confessione forte pænitens fæmina fuerit sollicitata,de quo sup.v̄.Denunc, tunc enī

Sa-

Sacrilegii interuenit circumstantia, in Confessione necessariò explicanda, Ibid. f.382.n.8 9.& 10.Henriq.l 6 c.22.n.6.

5 Cum consanguinea vxoris vir, vel vxor cum viri consanguineo intra secundum inclusiuè gradum incæstuans, à coniuge matrimoniale nequit debitum exigere, ob nimirum inde contractam affinitatem; iuris tamen non interueniente, vel facti ignorantia. Præterea impedimentum contrahit ne coniuge innocente vita functo, aliam, vel alium sibi in coniugem adsciscat, saltem licitè, at validè contraheret; imo & licitè, Episcopo dispensante, Ibi fol.382.n. 11. & Iul. Clar.l.5.recep.sant.

6 Ad Monialem accedens, pote patris sponsam nostri, incæstum patrat; imo, & adulterium, quia sponsa est aliena; tandem sacrilegium, quippe quæ Deo fuit sacrata, voto concepto castitatis, Fum.v.Incæst.n.2.& c.virg.n.7.q.1.

Impossibile.

1 ID iuridicè impossibile censetur, quod iustè, honestè, aut nequit fieri commodè. Proinde valdè actu difficile, impossibile iure censetur humano, ad quod lex non cogit humana, licet simpliciter possibile, & physice censeatur, Syl.v.Imposs. Em Sà v.eod.n.1.& vlt.

Indulgentia.
Vide Cap.Miscell.pro Relig.

1 BVlla tot annorum remissionem concedente, v.g.7. annorum, innuitur illum, qui huiusmodi fuerit indulg.consecutus, tantam pænæ remissionem obtinere, quantam si per septem continuos pænitentiam egisset annos, iuxta canonum antiquum præscriptum: non uerò quod homo per huiusmodi Indulgentiæ usceptionem à pænis liberetur purgatorii septem annis alioqui luendis.

2 Indulgentia & Iubilæum fere idem habentur: nisi quod per iubileum, a censuris absoluendi fit facultas, casibus reseruatis, nec non confessarii eligendi: & tandem uotorum commutandorum. Henriq. de indulg.c.15. Bellarm. l. 1. de indulg.cap.9.

3 Vel sine causa concessa valet indulgentia probabiliter; de papali non dubito. Sà v.Indulg.n.1.

4 In gratia non existens, nullam lucratur indulgentiam, pro se saltem, neque peccato postea remoto quicquam susceptori proderit in p.m.suscepta.n.2.

5 Pro vita functis probabiliter in p.m.existens lucrari valet indulg. si sit huiusmodi, quæ Papa donante pro defunctis lucrari, quis eam queat. Qui ex iniuncta à Confessario pænitentia suffragium defunctis debet, si in p. id mortali applicet suffragium, iterum præstare non tenetur, n.2. Vide Bellar.l.1.c.12.de indulg.præsertim si vt minister Eccl applicet.

6 In gratia existenti cathecumeno, vel excomm.item in gratia, probabiliter nulla

meritum non acquirunt, ac diu itenerantes.

23 Ecclesiam præ populi non valens multitudine ingredi, pro foribus sufficienter pro indulgentia orabit Fum. v. indulg. n. 19.

24 Qui indulgentiam lucratur plenariam, ad quantamcunque per Confessarium iniunctam pœnitentiam adimplendam non amplius tenetur, saltem pœnalem, secus de præseruatiua, vel curatiua: at enim satius, & longe erit consultius pœnitentiam adimplere quancunque, vt sic perfectius habeatur Sacramentum. Ibi n. 17.

25 Ab existente in p. m. pro vita functis erogata eleemosyna, per modum nō prodest satisfactionis, imo supplicationis tantùm. Secus de indulgentia, probabiliter saltem, vt sup. hic.

26 Papa dempto, nullus laico indulgentiarum concedendarum dare valet facultatem; valet clerico Episcopus, vel primæ tantùm tonsuræ. Graff. li. 2. c. 2 nu. 21. Fill. tract. 8. c. 4. q 10 n. 101.

27 Bulla expresse Confessionem in suscepturo indulg. requirēte præuiam, peccata non habens vltra venialia, nullā necessario præmittere debet Confess. B. t. 1. f. 239. mihi n. 7.

28 Tempore confessus Iubilei, si in lethale incidat, id confiteri non vrgetur, pro indulgentiæ consecutione. Idem de peccato lethale ex obliuione non confitente; ad contritionem verò, vt se vel sic in gratia constituat, teneri non dubito: alioqui nullam lucrari indulg. perspicuum est. Nugn. in addit. q. 33. art. 3. dub. 4.

29 Qui Iubilei tempore, ex vana tantum gloria opera peragit præscripta, vigi. ieiunium, non lucratur indulg. secus si non ex vana solum gloria, sed ad bonū item id peragat finem, & honestum. Nau. de indulg. n. 19. n. 6.

30 Ieiunia, iuxta loci fiant consuetudinem, quoad lacticiniorum esum.

31 Præter eleem. cætera omnia debent opera præscripta à sumente præstari, non pro alium: sunt enim personalia, vt constat de ieiunio, oratione, &c. pro vtroque Bonac. t. 1. fol. mihi 245. n. 16 & 246. n. 24.

32 Missam audienti indulgentia concessa, nec non coronā recitanti, vno eodemque valet tempore vtraque lucrari, Missam nempe audiendo, ac simul Coronam B. V. recitando: alter quippe alterum non impedit actum. Sa ind. n. 18.

33 Defunctis per modum iuditij indulgentiæ non prosunt, sed suffragij, auxilij nimirum. Tol. l. 6. c. 27. n. 1. Val. tomo 4. disp. 7. q. 10. p. 1.

34 Applicare quis valet indulgentiam per se acquisitam, alteri, in gratia existenti, vel applicationis ignaro, modo & id in Bulla exprimatur, nempe ut pro alio applicari indulgentia queat. Tantum defuncto indulgentia prodest, quantū, si qui eam lucratur sibi applicasset, pro fuisset; proinde plenaria indulg. defuncto ad totius pœnæ prodest remissionem, si à Deo acceptetur; non enim infallibilis est indulgentiarum effectus, respectu saltem defunctorum, ob id sæpius pro eodem solet defuncto indulgentia applicari, vt uel sic repetito suffragio à pœnis tandem eruatur. De indulg. fol. mihi 245. n. 14. Bon.

35 Qui in gratia existit plenariam lucratur indulg. si ad tria æris sacri signa, post solis occasum, tres dicat, Aue Maria, cum uers. Angelus Domini, &c. Et huiusmodi lucratur indulgentiam dato indulgentiæ forte sit ignarus; idem de quacunque alia dico indulgentia; namque habitualis sufficit intentio. Dian. in Comp. u. indulg. n. 3.

36 Qui minimum quid de requisitis omittit; non ideò indulgentiam non lucratur. Secus de aliquod integrum opus omittente requisitum, v.g. ieiunium, Ecclesiæ visitationem, &c.

37 Stationum quis acquirere valet indulgentiá, vel pluries die vno, n. 13. 15.

38 Omnibus in purgatorio purgantibus indulgentiæ prosunt, maximè illis qui vt sibi prodessent, viuentes per pietatem in defunctos, meruerunt, Diana 5. p. tract. 12. res. 8. fol. miqi 271. & in Comp. vbi sup. n. 17. vbi satis probabiliter existimat ibi res. indulgentiam suum sortiri effectum, peccato sublato, si ab existente in p. m. acquiratur, sed nulliter; at ut sup. hic, ex Em. sa u. indulg. dixi, contrarium cum communi tene.

39 Sensibus destitutus; iàm animam exalaturus, adhuc indulgentię capax habetur, sicut & Sacramenti pæn. doloris modo pænitentiæ exhibitis signis, & confitendi desiderio, prout suo loco sup. Alphons. de leone in recoll.

40 Anno sancto in mortis articulo indulgentiæ non tolluntur; vel pro vita functis, Idem Alph. ibi p. 1. n. 245. &c.

41 Religiosi, & exteri, alius nempe dioecesis, frui indulgentiis per loci Episcopum, certo loco concessis, tutè valent. Vide ibi Doct. sup. alleg.

Infamatus.

Vide Detractio.

1 ILle infamis habendus, qui bonam apud bonos amisit famam, & prudentes; non verò apud improbos, & viros maleuolos. Ad hæc requiritur vt quis suam censeatur amisisse famam, quòd delictum maiori sit viciniæ parti notum, per famam saltem probabilem.

2 Infamis, siue iuris, siue facti, voce nedum passiua, imo & priuatur actiua; & ipso facto; solius tamen facti infamia infamis, si verè emendetur ad Prælaturas iure valet Ecclesiæ adsciscì cùm propriè non sit irregularis: imò verè iuris infamia inustus temporalem monasterij gerere curam valet, v.g. procuratiam, syndicariá, sacristianatum, &c. id genus, Petr. Bell. in promp. u. Infamatus, n. 1. & u. Infamia n. 1. 2. & 3. Vide Pellizzar. t. 2. Man. tr. 7. 8. 9.

Infidelis.

Vide Hæresis.

1 BOna à Turcis possessa, quilibet tutè Christianus sibi capere, & valet retinere.

2 In rebus, dubitans fidei non pertinaciter, & per electionem, non est infidelis, Diana in Comp. u. infid. n. 4. & u. Hæresis n. 9.

Infirmus.

1 DE mortali infirmus non condemnandus, qui medicina uti renuit; cum vix possit certitudo esse sanitatem recuperandi. Item æger, qui sine maximo

Ialo-

labore, & cruciatu edere non valet, a lethali non comedendo excusatur; præsertim exigua vitę recuperandæ spe extante: quædam enim id reputatur impossibilitas. Nemo curationem tenetur admittere, vbi non minus eam, quàm mortem abhorret ipsam. Medicinam licitè quis recusat ob animæ vtilitatem, mortis tamen remoto periculo, Nau. in cap. si cui de pæn. vide etiam pro his omnibus Soar. in Enchir. l. 7 v. Infirmus.

Ingressus.
Vide Rel. Nouitius.

1 INgressus filius in Religionem omnem purgat ingratitudinem, ita vt per patrem ob eam exhæredari nequeat, Sanch. l. 5. summæ c. 5 n. 13.

2 Ante ingressum magnæ est parentum necessitati succurrendum, imo facto ingressu nouitius egredi tenetur ad id prçstandum. Necessitate professionem præcedente, vel professus exeat. Idem de patre filij respectu, in sæculo manentis, vel emancipati, & fratre in fratrem, & sororem, patre, vel matre viuẽte, neçessariis pro conuenienti sustentatione deficientibus, vel ad dotem constituendam non suppetentibus, Io: Soar. vt inf.

3 Ingressus non prohibendus ex seruore ingressuro, ob debita iuramento etiam firmata; at soluat monasterium de ingredientis bonis, si non sint, laborare vt soluat non tenetur: profitendo enim bonorum fit omnium cessio. Idem Soar. prout infra de contract. v Relig

4 Nota Sixti V. Bullam, quæ incipit, Cum de omnibus 1587. qua ingenti ære grauatus alieno ingredi, & profiteri prohibebatur, imo nulliter profiteri statuebatur, & eiici mandabatur, si supra uires præmebatur, fuisse per Clem VIII. moderatam, adeò vt professio valida habeatur; superiores vero admittentes ipso sint iure voce priuati actiua, & passiua, & officiis, dignitatibus; insuper ad obtinendum inhabiles perpetuo habeantur. Item, qu d si in intuitu huiusmodi professi aliquid monasterio fuerit acquisitum, vel laborando, satis creditoribus fiat omninò.

5 Nota criminosos, nimirum qui de aliquo fuerũt crimine conuicti, accusati, vel inquisiti per Sixti V. Bull in Relig. admitti quidem non posse, at huiusmodi non esse impedimentum perpetuum, sed iustitia, & parte satisfacta iure Religiosos fieri posse, Soar. de Relig. t. 3 l. 5. c 7.

6 Ab ingressuro uirgine seducta, cum matrimonii promissione, etiam ficta, seducenti ingressus prohibendus: uel copula non secuta, si nihilominus grauem sit alioqui infamiæ notam subitura: dato postea seducens Religioni se voto addixerit; quando seductam ducere, & cum ea matrimonium consummare tenetur: facto autem ingressu, & professione nuncupata, ualide faciet, ast modo debet possibili puellę consulere famæ Sanch. de Matr. l. 1. disp 44.

7 Ingredi nequit Episcop. Religionem, Papa non annuente. Excipe, nisi Ecclesiam non habeat, dato sit consecratus, u. g. si renunciauerit.

8 Ingredi seruus Religionem prohibetur, domino renuente; imo eo inconsulto facto ingressu, non adhuc triennio elapso a die scientiæ, repeti iure valet; fa-

cta vero alioquì non tenet professio, intra nimirum triennale spatium.

9 Qui ingressum faciendo, & interrogatus profitendo morbum celat Gallicũ, validè facit: nisi per statuta à Sede Apost. approbata secus irritando caueatur. Idẽ de quocunq; alio notabili impedimento v.g. morbo contagioso, quo cognito ad profess. aditus ei præclusus fuisset, Sanch.l.5. summæ cap. 4. à n. 56. apud Soar. loco infra cit.

10 Domi suæ manendo, etiam post Concil. ex aliqua potest causa aliqua Religiosa fieri, & cum necessario peculio, per Superiorem tamen reuocabili.

11 Ingrediens filius Religionem, de aduentitiis iure disponit, apud patrem tamen vsu fructu relicto donec vixerit. Cętera de nouitiis, habes v. Religio, Religiosus, & capite Miscellaneo pro Regularibus infra. Pro supradictis omnibus vidẽdus Enchiridion Io. Franc. Soar. de contr. l. 3.

Inimicus.

Vide Charitas 2.

1 Et haliter forte non delinquit, qui pluribus obuiantibus, inter quos & inimicus inuenitur, omnes, excepto eo, salutat; quippe eum prætermittere in acceptæ iniuriæ significationem tutè valet, odio remoto, vindictæ animo, & aliorum scandalo, Diana in comp. v. Inimicus, n. 1.

2 Pro nostro, vel inimici maiori malo euitando, fas est mortem ei desiderare, nullo alio dato remedio: non hoc consulendum tamen, neque prædicandum.

3 Ex vulnere perituro, vel aliam ob causam, omnino odium offendenti remittendum, alioqui non absoluendus. Agere tamen in iudicio pro damno reficiendo innoxiè valet. Id. ibi n. 2 & n. ad fin. & 5. p. tr. 3 res. 103. de casib. temp. mort. occur.

Iniuria.

1 INiuriam quis remittere non tenetur iniurianti, sed rancor omnino dimittatur sufficit. Iniuriarum actione ad Superiorem pertinente, vt si ad patrem, maritum, prælatum, &c. subdito eam remittere non licet. Duobus inuicem æqualiter offensis, prior satisfaciat, alioqui qui grauius offendit.

2 Vel Clericis iniuriam, percutiendo, licet à se amoliri. Iniuria per contumeliã illata grauior quam per detractionem habetur; quæ per susurrationem, grauior habetur vtraq; pote quæ amicitiam offendit.

3 Regulari illatam iniuriam per Prælatum, eo vallere inuito remitti aiunt; secus de illata Clerico, quæ per Collegium Clericorum remitti nequit, sed per immediate offensum debet remitti: quod si iniuria etiam Collegio, vel Ecclesiæ fortè sit illata, ad colleg. &c. eam remittere spectat, ad quod, & iniuriæ spectat actio. Nõ facit iniuriam qui furem, aut homicidam vocat, quem accusare intendit, aut denũciare, si talis sit, et constet; aut ut à testimonio repellat; pote qui à suo vtitur iure. Pro supradictis videndus Sylv. v. iniur. q. 13. apud Soar. in Enchir. l. 7. v. iniuria.

inter-

Interdictum.
Cap. I.

1 LOcali interdicto directè locus interdicitur, ne diuina ibi off. audiantur Loci autem interdicti personæ alibi diuina tutè audiũt. Personali, prohibetur populus, vel particularis persona diuina audire off. vbicunque, Bon.t.1 f.mihi 512.& 513.

2 Mixtum interdictum, utrunq; complectitur, ibi, & Nau.c.27.n. 166. Sylu.u. interd.qu.2, Auila p. 5. disp. 1. dub. 1. in principio.

Interdicti effectus.
Cap. II.

1 DVo habens domicilia, alterum in loco interdicto, in loco vero non interdicto alterum, interdictus non habendus, Ant. Dian. in Comp. u interd.n. 1.

2 Ab Ecclesiæ interdictus ingressu, cum pœnitentię signis moriens, absolutione non eget, ad hoc, ut in sacro ualeat loco sepeliri, idem ibi n. 4.

3 Non uidetur Ecclesię sepultura deneganda in interdicto mortuo personali generali, n. 19 ibi.

4 Tempore interd licitè Matrimonia ineuntur, nũptiarũ tamen omissa benedictione, quę licite adhuc fit iis diebus, quibus diuina permittuntur officia, nempe Domini die Natali, Paschæ, Pentecostes, Beatæ V. Assumptionis, Corporis Christi cum Octaua, & B. M. V. Conceptionis cum octaua, n. 18.

5 Mortis in articulo, nisi aliud dari moribundo ualeat Sacramentum, extrema ualet ei unctio dari interdicti tempore, etiam à Sacerdote excommunicato denũciato, ut sup de Extrema Vnct.n. 17. Auila de cens. 2.p.c.6. disp.3 .d. 3 .con. 4.

6 A Sacerdote interdicto pœnitentiæ datum Sacramentum, tenet, at id ei non licet. Vide Dian. 5.p.f.mihi 245.res. 62. Corneius ibi apud Dian.

7 Qui à Sacro faciendo interdictus manet, licitè ordines omnes dat, alio tamẽ celebrante, ibi à Dian res. 87.f. 251.& pæpos.p 4.q 4 de interd dub 3.n.25.

8 Sacerdotes tempore ualentes interdicti Sacra facere, & Clerici assistere, etiã fas eis communicare mos erit laicorum extra Missam. Quod probabiliter dici poterit & de laicis, qui in certis ualent, ut sup. diebus Missam audire. Item ibi res. 84. Suar. dis. 33 .sect. 2 n. 36 & seq.

9 Coram non licet personis interdictis celebrare, sed expelli debent. Quòd si expelli nequeant, uel locus non sit interdictus, sed persona tantùm, probabiliter ob id Missa non debet omitti, ut fit præsente excommunicato denunciato, idem, fol. 246. res. 65. vide ibi omnino.

10 Sacerdote interdicto sponte sacra faciente, licet iniquè, assistere quisquam non prohibetur: at inducere Sacerdotem interdictum ad Missam dicendum non licet. Dian ibi 5.p.f.mihi 246. res. 64. Turian. l 2.d 49. dub. 2.

11 Clero interdicu, Religiosi non afficiuntur, aliud uerbis non exprimentibus inter-

interdicentis, Præpos. p. 3. qu. 4. de interd. dub. 2. n. 11. Port. v. Interd. n. 5.

12 Ab Ecclesiæ interdictus ingressu, valet, dum ibi diuina non celebrantur officia, in ea orare, per eam transire, etiam dum Missa celebratur; imo in ea recipere valet Sacramenta, vel etiam Missam audire extra Eccl. existens, & celebrare, Diana p. 5. f. 249. tr. 10. ref. 73. 74. & 76.

13 Generali interdicto ciuitate interdicta localiter, etiam per Episcopum, Regularium etiam interdictæ censentur Ecclesię, quocunque non obstante priuilegio. Speciali non valet interdicto per Episcopum Regularium interdici Ecclesiæ, sicuti neque personæ Regulares exemptæ, Bon. dis. 5. de interd. p. 1. n. 6. t. 1

14 Regularium non valent Prælati locale ferre interdictum; valent vtiq; personale in suos subditos; imo & locale, si territorium habeant, vt Episcopi, & iurisdictionem in illud. Vide quoad omnia sup. n. 13. & 14. Bellas. in prompt. Reg. v. Interd. n. 2. 4. 5. 6.

15 Generaliter alicuius Principis dominio interdicto, & loca, quorum vsum fructum habet Princeps, veniunt interdicta, non verò post interdictum acquisita; terræ verò post interdictum alienata interdictæ manent, Vide Suar. sect. 2. n. 30. Fill. n. 11.

16 Ferens interdictum, interdicto non afficitur, saltem personali; locale afficitur, id enim de iure est communi, nisi Summus Pontifex tulerit, Suar. sect. 5.

17 Ciuitatis alicuius interdictæ ciues, qui absunt dum fertur interdictum, interdicto afficiuntur: aliò vero translato domicilio, esse desinunt interdicti: modò de iis, qui interdicti causa fuerunt, non sint. Vice versa, in regnum interdictum habitationem transferentes, interdicti efficiuntur. Item amentes, infantesue vsu acquisito rationis interdicto vinciuntur, Vide Mart. Bon. t. 1. de inter. f. mihi 514. p. 1.

18 Familia interdicta, & Clerici eiusdem famæ interdicti habentur, dato etiã de alia postea familia fiant, nam adhuc interdicti manent: e contrario verò, qui postea de familia fit interdicta ob id non euadit interdictus, Idem ibi n. 16.

19 Ciuitatis populo interdicto qui in suburbiis habitant interdicti non fiũt: si localiter ciuitas interdicatur, nam & suburbia eo veniunt interdicto interdicta, Vide Sayr. c. 4. n. 2. Auila concl. 3. apud Bon. vbi s. n. 18. & 19.

20 Fieri potest, vt quis ab officio interdicatur Sacerdotali, non tamen ab Ecclesiastica sepultura, effectus siquidem interdicti separabiles censentur, ad differentiam excommunicationis effectuum, Bon. ibi f. 516. n. 1. Henr. c. 43. n. 1. & 6

21 Localis interdicti tempore, Baptismus, & Confirm. licitè dantur, & solẽniter, etiam personali detentus interdicto licite confirmatur; modò speciali nõ sit interdicto illaqueatus, aut interdicti causam non dederit, ante saltem condignam præstitam satisfactionem ab Ecclesia præscriptam, Bon. ibi n. 1. & 2.

22 Moribundis solùm, localis interdicti tempore, Eucharistia per modum viatici administratur, cum solita solemnitate, Ibi f. 517. n. 1. Sayr. c. 7. n. 26.

23 Iure licet nouo Sacramentum administrare pænit. interdicto personaliter, sed generaliter, nisi interdicti causam dederit; secus si specialiter sit interdictus: & quilibet valet Confessarius, qui causam localis interdicti non dedit culpabilem, in loco interdicto pæn. ministrare. Idem de Confessario generaliter interdicto personaliter. Specialiter vero, non potest, extra saltem necess. data tamen

te-

teneret absolutio, nisi ex parte pœnitentis ulla intercesserit lethalis culpa in ipso penitentiæ actu, v.g sine necess. confessarium inducendo. Bon. ibi f. 518. n. 1.

24 Interdicti tempore, sit personaliter interdicto ordinis non potest Sacramentum ministrari, necessitatis Sacerdotum excipio casum. Vid. Auil. p. 5. d. 4. sec. 1. dub. 8.

25 Litaniæ oratio Angelica, & Mensæ benedictio, vel prædicatio, tempore valent interdicti publicè recitari, Nau c. 27 n. 176. Sayr. l. 5. c. 5. n 40.

26 Missa singulis valet diebus dici interdicti generalis localis tempore, secreto, ianuis clausis Ecclesiæ, & in Monasteriis, seclusis tamen excommunicatis, & interdictis, & campanis non pulsatis. Localis verò interdicti specialis tempore, semel tantum in hebdomada celebrare licet, pro Euch. renouanda, vbi Sacra. asseruatur Eucharistiæ. Vide locis cit. Bon. f. 520. mihi, t. 1. n. 6. 7.

27 Licitè amentes, & infantes, nec non Clerici, & etiam exteri ad diuina admittuntur officia, localis generalis interdicti tempore, modo ipsi non sint interdicti, excommunicati, aut causam non præbuerint culpabilem interdicti: item admitti huiusmodi valent cum familia; imo audire diebus tenentur festis sacrū (non tamen amentes, vel infantes tenentur) ii, quibus concessum fuit tempore interdicti diuinis assistere. n. 10. & c. ibi.

28 Interdicti localis tempore, vel generalis personalis, infantes, & amentes in sacro non valent loco humari. Loco non interdicto, vel personis tantum, in loco sepeliri possunt sacro non interdicto. Vide ibi f. 523. n. 9.

29 Exteriori non priuatur iurisdictione interdictus; ob id excommunicare valet interdictus, & denunciatus: item absoluere, indulgentias concedere, & id genus alia, imo & indulg. lucrari, si sit in gratia, dato non sit absolutus; secus de excommunicato, vt sup. suo loco, Nau. c. 27 n. 176. Auila disp. 4. sec. 1. dub. 2. Henriq. c. 43 Sayr. c. 6. Vgol. tab. 5. c. 3. § 2.

Relaxare cuius sit interdictum.

Cap. III.

1 A Iure latum interdictum, per Episcopum suspendi valet: latum ab homine ipse valet, qui tulit, pro certo tempore suspendere ex causa, non alii.

2 Interdictum tollere valet Confessarius personale, particulare, non reseruatum, præstita satisfactione, vel satisfaciendi cautione, Dian. in Comp. v. Interd. nn. 23. 24.

3 Sub conditione, vel ad tempus latum interdictum, ea adimpleta, vel tempore elapso, cessat. Latum absolutè, à ferente, vel à Superiore, aut ab eius delegato tollitur. Locale interdictum à iure latum, Episcopus tollit. Personale, nisi sit occultum, non tollit, Vide Bon. vbi sup. f. 529. & 536. per totum Auil. p. 5. dis. 4. dub. 1. concl 8.

Interpretatio.

Vide Lex, Votum, Dispens.

1 IN iuris verbis interpretandis, communis loquendi vsus attendatur, & in tutiorem fiat interpretatio partem, neutra tutiore existente in benigniorem, Bell. v. Interpretatio, n. 2.

2 A legis conditore, legis fiat interpretatio oportet, saltem iuridica, secus de doctrinali. Odiosa strictè, fauorabilia amplè interpretanda. In generali sermone, loquens censetur exceptus. A re maiori repulsus, à minori repulsus non censetur.

3 Ritè significat solenitatem, rectè vero, iustitiã connotat. Sa interpr. per totũ.

Inuidia.

1 INuidiæ tunc verè tantum committitur peccatum, cum quis de alterius bono inordinatè dolet, non ideo, quòd bonum sit illius, sed quatenus illud diminuere propriam videtur excellentiam, vel alium bonum, v.g. si quis de dignitate doleat alii collata, vel gradu, vel de doctrina, &c. per illum acquisitis, Vide D.Th. 2.2.q.36.a.1. Fill. tr. 28. c 8. n. 179.

2 Proinde, qui alicuius boni occasione, quod videt apud alium, tristatur, non inde, quia illud ille habet, sed quia se eo videt destitutum, inuidiæ reus non cõstituitur. Hinc multi, & penè innumeri peccato non delinquunt inuidiæ pauperes, qui alios diuitiis abundare videntes animo anguntur, se eis carere considerantes, & opus habere, ad sui, & suorum sustentationem, Tol. l. de sep. p m. c. 63.

3 Item, alium virtute præditum considerans, si inde tristitiam sumat, nempe quia se ea carentem nouit, inuidiæ non irretitur vitio, imo sanctæ emulationis virtute præditus habetur. Vide etiam pro his omnibus Mart. Bon. t. 2. f. 209 mihi n. 1. & 2. Malder. 2. 2. q. 35. assert. 2.

Irregularitas.

Cap. I.

1 IRregularitas præcisè non censura, sed canonicum est impedimentum, ex facto, aut defectu ortum habens, quod Ordinum directè impedit susceptionem, aut vsum eorum, imò & primæ Tonsuræ, Suar. t 5. disp. 40. sec. 1.

2 Irregularitatis subiectum & laicus esse potest, at suspensionis, minimè.

Irregularitatis causa.

Cap. II.

1 NIsi lethalem ob culpam irregularitas ex delicto non incurritur; tũc enim pœna est grauis, quæ leuem ob culpam infligi non debet, Na. c. 27. n. 149

2 Pro

2 Pro merè præterito delicto, ex suprema valet auctoritate Papa irregularitatem infligere: non enim necessariò contumacia requiritur; secus de excommunicatione infligenda. Nulla requiritur culpa ad irreg. incurrendam ex defectu. Vide Bon. t. 1 f. mihi. 536 de irregular.

3 Præterea, sine externo, & consummato actu nulla incurritur irreg. Nulla irregularitas habetur pura mentalis, habetur quidem secretissima, quæ per externum contrahitur actum, at quæ probari non valet in iudicio, Id ibi f. 537.

4 Ex delicto irregularitas contrahi potest, licet occultissimo, eo prorsus modo, quo & excomm contrahitur, dato actus adeo occultè fiat, vt probare eum nullus queat, v g. ille, qui intus latentem hæresim, per aliquem externũ prodit actum, nullo vidente, vel audiente, Idem ibi f. 537.

5 In irregularitate suscepti tenent Ordines, imo p. Ton. c. eod n. 1.

6 Totalis irregularitas, omnium impedit Ordinum exercitium; partialis, solum illius actus impedit exercitium, cui impedimentum obest; v g. qui ex corporis est defectu irregularis contracto iam Sacerdotali suscepto charactere, nam huiusmodi cum hac valet irregularitate Ordinum exercere functiones, ad quas inhabilis non sit. Idem ibi n. 2. & 3.

7 Proinde digito amputatus iam Sacerdos, tutè omnia Sacerdotis valet munia obire: Missæ excipio Sacrificium, Vide Gazz. de ben p. 6. c. 12. n 19.

8 Lethaliter delinquit, qui cum impedimento irretiatur irregularitatis, aliquem suscipit, vel exercitat Ordinem; nullam tamen ob id nouam incurrit irreg. vel censuram, Reg. l. 30 c. 2. n. 11. Nau c. 27. n 6 & 7.

9 Beneficii irregularis est incapax, licet occultus; si suscipere tentet, nulliter suscipit. & iniustè retinet, & fructus vsurpat, quatenus dispensatio obtineatur; & nouam sibi fieri beneficii curet collationem, Auil p. 7. d. 2. d. 6.

10 Antea verò legitimè collato non priuatur beneficio, per subsequentem irregularitatem, neq; per homicidii superuenientem irreg. quis ipso facto beneficio priuatur, Em. Sà. v. Irreg. n. 4. Henriq. l. 14. c. 3. n. 5.

11 Irregularitas superueniens optentæ iam iurisdictioni, eam non tollit.

12 Facta irregulari Confessio tenet, si toleretur, neq; sit denunciatus: imo & denunciatus à pænitente ignoratus validè absoluit, irregularitate iurisdictionẽ non tollente Bonac. t. 1 f. 539. mihi, n. 18 20. vide ibi.

13 In facti dubio homicidii, censetur quis irregularis, sic lege statuente. In cæteris vero facti, vel iuris dubiis, nullus irregularis habendus, sufficienti ad veritatem inueniendam adhibita diligentia, Idem ibi n. 3.

14 Nullum quantumuis enorme crimen irregularem facit auctorem, nisi sit notorium, præter homicidium Proinde sodomita Clericus occultus, neq; suspẽsus, neq; fit irregularis. Idem de hæretico, simoniaco, vel in iudicio periuro occulto. Item ex delicto non incurritur irreg. ab eo, qui peccatum quidem nouerat, at irregularitatem additam ignorabat, Vide Ant. Dian. in Comp. v. Irreg. n. 2. 3. Vide 4. p. tr. 2. ref. 36.

15 Nullo in casu iure non expresso irregularitas incurritur. Idẽ in comp n 8.

16 Irregularitas, suspensio, & interdictum, nisi absolutè ferantur, sed comminatoriè, signa non sunt obligationis sub mortali, n. 6 ibi. vide etiam Castrum Palaum in opere mor. t. 1. tr. 3. dis. 1. p. 16. n. 3. apud Dian. 3. p. f. 210. ref. 76.

Ex defectu irregularitates.
Cap. III.

1 Vsu omnino carentes rationis, Ordinis cuiuscunq; iure sunt naturali incapaces; si de facto promoueantur tenet ordinatio, idem de litterarũ omnino ignaris, neq; in huiusmodi valet Papa irregularitate dispensare. Ad primam Tons. Confirmatio requiritur, rudimenta fidei, & litterarum saltem legendarum scientia, & scribendarum. Ad minores, linguæ cognitio latinæ. Pro Diaconatu, & Subdiaconatu, scientia requiritur ad rectè suum exercendum munus. Pro tandem præsbyteratu, scientia talis requiritur, vt Sacerdos populos docere sciat, nec non Sacramenta dare. Deniq; ad Episcopatũ debet promouendus esse Doctor, aut in Theologia, vel Canonica licentiatus, vel saltem vt vulgo aptum esse constet ad alios docendos, Apud Bon. hæc omnia t. 1. f. mihi 540. & 541. p. 1. n. 1 2. & 3.

2 Libertatis defectus facit irregularem v. g. coniugatos, mancipia, ad ratiocinia obligatos, nempe ad rationem reddendam publicæ administrationis, aut priuatæ: item qui principum Curiis Sæcularium inseruiunt ex officio, vt Iudices, Aduocati, Milites, &c. ibi f. 547. mihi n. 2. Henr. l. 14. c. 5. n. 5.

3 Aetatis defectus facit irregularitatem, Sayr. l. 6. c. 11. Graff. 2. p. l. 4. c. 27. n. 12.

4 Illegitimus, vel occultissimus est irregularis, Nau. c. 17. n. 96.

5 Alicuius carentia membri, aut membri notabilis partis, facit irreg. dato occultè careat, si propria id contingerit culpa, dato etiam Ordinis non impediat executionem, neque notabilem inducat deformitatem: & quoad hæc dico ratione culpæ; quippe culpa remota, nisi huiusmodi defectus notabilem inducant deformitatem, vel ordinum impediant executionem, nullam inducunt irregularitatem, ibi Bon. t. 1. de irreg. f. mihi 544. Mol. t. 1. de iust. tr. 4. dis. 70. n. 2.

6 Cantus causa sibi virilia, vel testes amputantes, vel amputari permittentes: irregulares habentur; idem, si pro castitate conseruanda. Secus si ob infirmitatem, vel huiusmodi aliam honestam causam id fiat, iudicare nam aliquis inducat defectus notabilem deformitatem. Episcopi erit, etiam quoad Religiosos, at quoad hos dispensatio ad eorum spectat Superiores. Quoad vero sæculares, dispensat Papa, Bon. ibi f. 544. n. 19. 20. &c.

7 Neophiti, ad fidem nempe recens conuersi sunt irregulares, Sayr. c. 13. n. 10.

8 Vtraq; fœdus aure irregularis habetur, si iam fuerit Sacerdos, priuatè Sacra valebit facere non publicè, ne risum excitet, Sayr. l. 6. c. 8. n. 17. Regin. l. 3. c. 5. n. 50.

9 Blesus, linguam adeo pigram habens, vix vt possit integrum exprimere verbum; hermaphroditus, qui vtroque æque sexu pollet, sunt irregulares. Qui pollice, & indice caret digitis, febri laborans continua, vel lepra, aut comitiali vexatur morbo, aut amentia laborat, à dæmone vexatus, auriculis priuatus, notabiliter, & deformiter gibbosus, ventre item monstruosè obesus, & id genus, ad Episcopi iudicium, Bon. t. 1. f. 541. mihi; n. 12. &c.

10 Nullus præsumendus illegitimus nisi probetur, ob id expositi, quo. si parentes ignorantur tutè ordinari nulla obtenta disp. valent, Id ibi f. 546. n. 16.

10 Nul-

10 Nullus præsumendus illegitimus nisi probetur, ob id expositi, quorū parētes ignorantur tutè ordinari nulla obtenta disp. valent. Id. ibi f. 546. n. 10.

11 Ad supplicium reum comitans, irregularis non euadit, si eum ad scalas ascendendas fuerit hortatus, vel alio modo eius acceleret mortem, dato sit Sacerdos; quia à iustitiæ solis ministris irregularitas ob lenitatis incurritur defectum, & qui ad causę concurrunt probationem, nec non sententię executionem; at contrarium est tutius, & probabilius, Dian. in Comp. v. Irreg. n. 11.

12 Notandum præterea valdè à Sacerdotibus, sine irregularitate se posse infirmis ministrare, per lectum huc, vel illuc vertere, dato præter intentionem forte ob id mors acceleretur, adhibita tamen debita ne acceleretur cautela. Ibi id.

13 Capite plectendo, si quis dicat, suppone funi, vel ictui caput, vel carnifici, apta mortis vasa, funem, &c. vt reus citius perimatur, & mortis tormenta euadat: item qui viam ad patibulum docet compendiosam, vel iustitiæ sollicitet executionem dicendo, v. g. nimis tarda est hora, expediamur, sursum eamus, extricemus nos, & huiusmodi, nulla inde irreg. erit timenda, saltem probabiliter, contrarium probabilius. vide me in Veri Compendiosa ad finem Catalogi censurarum de irregularitate, Dian. ibi n. 12.

14 Item scalas accommodantes, ligna, funes, gladios, sagittas, tormenta sclopea ad reum morte plectendum præbentes, non inde irregulares euadunt. Idem de malefactorem, vel latronem indicantibus, & ad latrones ad latrone clamitantibus, vt comprehendantur, nisi accusent, testificentur, vel ministri sint iustitię, Ibi Diana n. 12. & 14 vide ipsum 3. p. fol. mihi 172. rel. 80 in fin.

15 Per Iudicem Doctori, vel Confessario interrogatis num morti reum addicere teneatur, fas erit vlla sine irreg. teneri respondere, ratio quę sup. ibid. id.

16 In sequentibus casibus si quis ordinetur non fit irreg. Quando ab Episcopo ordinatur, qui Episcopatui, & dignitati renunciauit; qui ante legitimam ordinatur ętatem, licet hic iam, vt sup. irregularis censeatur; qui ab alieno Episcopo sine proprii licentia per saltum, non seruatis interstitiis cum sit irregularis, & ordinetur, in his casibus fiunt tantum suspensi, Dian. in Comp. v. Irreg. n. 19.

17 In duobus tantum casibus irregularitas ordines suscipiendo incurritur, primo, à furtiue ordinato; 2. à coniugato si ordines suscipere audeat. id. n. 20.

18 Ad triremes damnatus, ob id probabiliter non fit irregularis. n. 28.

19 Qui reuera non contraxit cum duabus, sed secundum iuris interpretationem contraxisse censetur, ut cum quis iam coniugatus, denuo cum alia contrahit, & cum ea copulatur, uel cum quis cum uidua contrahit, quæ cum priore consumauit uiro matrimonium, aut cum quis cum virgine contraxit, at eam carnaliter, post adulterium cum alio cognouit, hii inquam bigami interpretatiue censētur, ob id & irregulares: uerè autem bigami censentur, qui duas susceperunt successiue uxores, & ambas carnaliter cognouerunt. Vide ibi, u. Irreg. ex bigamia.

20 Pręterea, similitudinarie bigami habentur, & irregulares, qui castitatis solemne emisso uoto per professionem in Relig. uel per sacrorum susceptionem Ordinum, matrimonium ineunt, & consūmant. Vide Bon. pro his omnib. t. 1. f. 546. & 550.

21 Nota, illum bigamum, & consequenter irreg. esse qui matrimonium contraxit cum ea, quæ uidua uulgo habebatur, eum tamen postea uirum superuiue-

re compertum fuerit;ratio,quia ad eam accessit tanquam viduam, & ab alio cognitam,Nau.c.27.n.195.

22 Qui inualidè cum vidua contraxit,videtur irregularis.Item qui cum duabus contraxit,sed nulliter,aut cum altera tantum nulliter contraxit. Itē ducens à se priùs carnaliter cognitam.Item,vir vxorem ab alio vi cognitam cognoscens irregularis non efficitur:non enim verè est adultera;secus si verè adulteretur,dato secretè,& adulterii licet inscius maritus cum ea carnaliter misceretur.Vide pro his omnibus Bon.t.1.de irreg. f. mihi 549.

Ex delicto irregularitates.

Cap. IV.

1 Religiosi professi à Religione apostatantes sunt irreg. Non item à Clericatu apostatantes,& Tonsura,Suar.t.5.disp.31.sect.6.n.1.Vg.c.36.n.2.

2 Hæreticorum filii vsq; ad secundam generationem per lineam virilem;per verò maternam,vsq;ad primam sunt irregulares,si eorum sine mortui parentes in hæresi,secus si ante mortem Ecclesiæ fuerint reconciliati.Sayr.lib.6.c.10.num.4.

3 Hæretici,à fide apostatæ,fautores,& eorum defensores sunt irreg. dato sit occulti,modò suam aliquo signo externo manifestauerint hæresim. Suar. dis.43.

4 Vsque ad ægritudinem,vel senectutem suscipere differentes Baptismum, sunt irreg.Item adultus ab hæretico baptizatus,Suar.disp 42.sect.1 n.5.Tol.l.1.c.65.n.6.

5 Ex Baptismi culpabili iteratione irregularitas nascitur, quoad baptizantē, & baptizatum,Nau.c.27 n.246. Fill.n.164.

6 Iuris,vel facti infamia irregularitatem parit:facti,requirit notorietatem.

7 Ars item ignominiosa,vilem reddēs hominem irregularitatem parit, v. g. Histriones,mimici,gladiatores,macellarii,tabernarii,aleatores,&c.huiusmodi; ad filios non transit, sed personalis tantum censetur huiusmodi irreg.Vide pro his omnibus Bon.de cens.f.mihi 551.t.n.

Irregularitas ex homicidio.

Cap. V.

1 De hac mat.franc.Bord t.3.res.Moral.res.56 n.108.uers. Quæres 23. Occidens, uel membrum alteri obtruncans uoluntariè simpliciter est irregularis Præterea casualiter id agens,sed cum mortali noxa, incurrit,imò & qui se mutilat,de qdo sup.Auila p.7.disp.5 sect.1.

2 Etiam si illud fuerit membrum aridum,vel debilitatum,nisi sit medicus,vel chirurgus.Qui solùm debilitat non est irreg.Item qui aliam excæcat oculis non eos eruendo,nō incurrit.Itē digitū abscindens non pollicē,vel indicē,nō incurrit

Bon.

Bon t.1.fol.mihi 575.& 576.n 4 5.6.7. & 8.

3 Incurrit qui membri magnam scindit partem,relicta inutili. Qui verò inutile reddit membrum non incurrit,debilitatus tamen erit (si sit inutile] irregularis.Ibi n.9.& 11.Mol t 4.disp.68.Regin.l.30.n 93.

4 Homicidium tacitè,vel expresè mandans,est irreg.item mutilationem iubens,nisi expresè,vel tacitè mandatum reuocauerit, idque mandatario innotuerit.Proinde qui à me mandatum accepit ad Petrum occidendum,si facta cum Petro manifesta,& mandatario nota pace,adhuc occidat,ego nullam incurro irreg. tacitè enim per pacem mandatum reuocatur : secus si mandatario de pace non constaret;Bon.ibi n.13.& 14 Henr;q c.16.n.2.Sayr.c.12.n 15.

5 Reus fit homicidij,& irregularitatis,qui audiente seruo,vel filio pater iniuriatus dicat,ne domum redeas,nisi quid de te noui audiam, ob id fil.vel seruus iniuriantem occidit,vel mutilat:siquidem tacitè mandasse censetur, Suar.disp. 44.sect 3.n.14.Regin l 30.n. 113.

6 Verberationem mandans,cum expresso,ne fieret homicidium,præcepto nō fit secuta occisione irregularis,Suar disp 45.sec.2 n.3.

7 Non parato occidere consulens homicidium,est,eo secuto,homicida,& irreg.Idem de mutilationem consulente:datæ alius forte suasisset , nisi ipse id egisset.Item est irreg.occidens ab alio certo occidendum , vel mutilans mutilandum,vel naturaliter moriturum.Item abortum animati fætus,consulens,effectu secuto,Bon.vbi sup.f 577 3.prop.Vide Nau c.14 n.40.

8 Auxiliantes,aut ad homic cooperantes rei sunt,morte secuta,irregularitatis.Proinde pluribus de communi consensu ad homicidium concurrentibus , & si vnus tantum vulnus infligit lethale,omnes irregularitate vinciuntur.Secus nisi conspirauerint,sed casu simul omnes ad homic.concurrerunt , vno tantum percutiente,modo ille sciatur,si enim ignoretur quinam lethale inflixerit vulnus, omnes homicidæ,& proinde,& irreg.habebuntur, Vgol.c.14 n.5.Mol.d.33 m.1

9 Qui aliquem lethaliter vulnerauit,quem postea alius occidit , vel domus corruens oppressit non vllam incurrit irreg.Henr.l.14.c.14.n.2.Sayr.l.7.c.4 n.15

10 Arma occisuro tradens,si futurum suspicabatur,vt ea ad occidendū adhiberet irreg.fit.Mol.disp.33.membro 6.n.8.Vgol.c.17 n.3.

11 Si cū homicidiū ex officio quis impedire teneatur illud non impediat voluntariè,irregularitate afficitur:secus si ex charitate tantum teneatur,non verò ex iustitia,vel promissione,aut pacto;& modo grauis , & lethalis culpa intercedat;proinde non reuelans Caio v.g.fore occidendum,cum certò sciat ipsum occisum iri,non fit irreg si sola charitate reuelare tenebatur.Item non fit irregularis,qui alij,opem ferre volenti,inuaso,consulit ne opem ferat,si ille sola tenebatur charitate ad opem ferendam,Vide Bon.t.1 f 578.mihi,& 579.n.37.

12 Princeps,vel iudex innocentem non defendens,vel liberans cum ex iustitia ad id teneatur,medicus ad curam conductum , nisi suam debitam præstiterit opem,&c.irregulares fiunt morte secuta,Mol.t.4. tr.3.d 3.

13 Se insciente factum,homicidium suo nomine ratum habens non fit irreg. secus de suo nomine Clerici factam percussionem ratificante,etiam id ignorāte: ita lege statuente,Suar disp 44.sect 3.n.14.Sayr.l.7.c.4 n. 17.

14 Casuale omninò homicidium,quod nempe neque in se intenditur,neque in causa

in causa, nullum inducit irreg. v.g. infantium, dormientium, &c. neq; enim eis homicidium imputatur in iure, modò futurum non præuiderint, neq; cauerint mente sani, Valentia t.4.disp.7.qu.19.p.3.f.mihi 1443.

15 Qui operam rei licitę, vel illicitę, & periculosæ dando fecit homicidium, si ne homicidium sequeretur debitam pręmiserit cautionem, nulla irregularitate afficitur. Quòd si sufficiens non fuerit diligentia adhibita iuxta periculi quantitatem, & euidentiam, modo lethaliter in negligendo peccauerit, tunc vtiq; occidens irregularis euadit, nulla quippe irregularitas incurritur ex delicto, nisi lethalem propter culpam, Vide Bon.f.572.t.1.de Irreg.n.8.9.

16 Qui pro sui necessaria defensione cum moderamine inculpatæ tutelæ inuasorem occidit non fit irreg. quòd si venialiter tantum moderamen excesserit, adhuc non fit. Procedit etiam si ex odio occidat, vel si inuasionis causam dederit, vel si ad vulnus graue, vel membri truncationem euadendam occidit, vel ne grauiter vapularet ictu periculoso, vel pro vitę defensione proximi, honoris, vel rerum notabilium, pudicitiæ, seruato semper, vt sup moderamine, adeo vt vltra veniale non delinquat. Ratio dictorum omnium est, nimirum quia voluntarium non censetur homicidium, imo necessarium, neq; culpabile saltem lethaliter; proinde neq; pænæ locus adesse debet, Vide Bon.t.1 f.mihi 570. & 571. punct.6. per totum.

17 Iuxta artis regulas medicinam, vel chirurgiam exercens, si sanitatis gratia aliquod abscindat membrum irregularis non euadit. Item non fit irreg. id agens, licet forte id agere prohibeatur, v.g. si sit Clericus, vel Religiosus: imo necessitate exigente pietatis erit opus, etiam quoad Clericos, &c. secus si artis ignarus medicinæ id agat. Si tamen ob membri abscisionem, vel incisionem à Clerico, vel Relig. factam secuta mors fuerit, irregularis Clericus erit, non verò laicus, Id.ibi f.568.p.5.& Nau.c.27.n.209. Vgol.c 19.

18 Tam iusto, quam bello iniusto occidens aliquem est irregularis, nisi titulo occidat defensionis cum moderamine, vt sup præsertim bello vertēte defēsiuo.

19 Nota irregularitas, quæ in bello contrahitur iusto occidendo, vt pc. fectæ lenitatis censetur, & consequenter ex defectu: quæ verò in iniusto, ex delicto censetur irregularitas.

20 Bellum Principi iustum consulens non fit irreg. licet Clericus Neque si Clericus bello intersit, modo per se non occidat irregularis euadit, iusto tamen bello, licet multorum per commilitones fiat inimicorum strages. Item non fit si ad fortiter Clericus hortetur dimicandum, & occidēdum in generali, & bello iusto, Pro his omnibus à n.18. vide Bon.ibi f.566.&567.

21 Item Duces exercitus, consultores, tympana pulsantes, signiferi, &c. nisi per se aliquem occidant, vel mutilent non fiunt irreg. iusto bello, & modo ad aliquem non hortentur in particulari occidendum. Secus bello iniusto existente, siquidem tunc omnes supradicti irreg. censentur alicuius secuta morte, vel obtruncatione dato per se non occiderint, &c. Ibid. id. & Henr.l.14.c.16. n.4.

22 In causa sanguinis, testis, secuta morte fit irreg. Idem de Aduocato, proc. accusatoris morte secuta, uel mutil. fiunt enim irreg. Nau. de homic. l. 5. cons.18. Reginald.p 30.n.233. apud Bon.ibi loco cit.

23 Idem de accusante, sindico fiscali: neque præmissa protestatione, non sanguinis

guinis intendendi pœnam,excusantur;quippe id solùm Clericis,& laicis pro sua rum rerum defensione accusantibus iure conceditur,vt infra,Henr.c.12.n.8.

24 Non incurrunt,qui mortis metu,aut grauis damni testificantur.Item qui iure naturæ testari tenentur,etiam non vocati.Mol.l.2.c 8.Coninch.dis.18 d 10

25 Qui satisfactionem petendo pro sibi,vel rebus illata iniuria alium accusat non incurrit,sanguinis pęna modo non intendatur,;& de hoc protestatio fiat; dato postea morte reus mulctetur;& hoc procedit ad Clericos accusantes pro se,vel Ecclesiæ rebus.Item si detinent,locum indicent ad latrones capiendos. Vg.c.6 n 1.

26 Si Clericus de leui accuset crimine,& Iudex iniquè mortem infligat,non incidit,vel si postea cætera contingat detegi crimina,obq; ea mors rei sequatur

27 Probabiliter etiam incurrit,si ex obliuione,vel inaduertentia protestatio non præmittatur:nullum tamen committeret p.sine enim vllo hæc irreg.peccato incurritur.

19 Item probabiliter non incurrit,qui fictè protestatur, cum internè sanguinis desideret,& intendat pœnam.Pro his omnibus an.26.vide Bo.t.1.f.mihi 564

29 Singuli communitatis,vel collegii homines, ad eligendum accusatorem suffragio concurrẽtes,irregulares fiunt,morte accusati secuta,vel mutil.Vg.c.10

30 Iustè occidens ex officio publico,vel mutilans,aut cooperans ad hom.&c. fit secuto effectu,irreg ex lenitatis defectu.Item,qui mortem accelerat,aut causam mortis dedit propinquam dicto,vel facto,si ex officio id fecerit. Proinde quicunque(non Papa) Iudex mortis sent.ferens,vel mutilationis, assessores, satellites,scribæ,sententiam legentes,irregulares euadunt, si aliquo sint pacto ad mortem cooperati,vel ad eius accelerationẽ.Idẽ de carcerem custodientibus, ostium reserantibus ad suspendendum aliquem educendũ,si ex officio id egerit.

31 Confessarius ab irreg. excipitur,qui ad veritatem aperiendam pænitentẽ hortatur,dato inde ei mors eueniat,si aperire teneatur in iudicio. Idem dico de eo,qui iudicem,condemnare reum morte dignum,nolentem, ad id efficiendum adegit,dicendo,non te absoluam nisi morte dignos capite damnes,& huiusmodi.

32 Præterea licet Confessario,imo cuicunq;consulere principi,vt legem cõtra malfactores mortem indicentem condat.

33 Prælatus,qui à iudice interrogatur,quid,in casu particulari sententiæ ad mortem ferendæ agere debeat,resp.tutè valet,agas quod leges decernunt, consule legem,vel doctores;vel sic,leges habent esse reos suspendendos, &c. vide omnino ibi Bon.t.1.f.561.& 56v.mihi,pro his omnibus a n.30.

34 Qui ad latrones,clamat,ad latrones,nisi ad res suas defendendas id agat, irreg.fit morte secuta latronis,Vg.c.11.§.6.& c.6.§.10.n.2.Suai.disp.47.sect.2. n.21.Auila disp.5.sect.2.dub.15.Fill.n.252.

Quædam alia de irregularitate. Cap. VI.

1 CLericus,qui scienter, ac seriò quasi ex officio exercet quem non habet Ordinem Sacrum,irreg fit.Laicus verò non ita,Nau.c.17.n.42.

2 Cle-

2 Clericus in minoribus const. Epistolam sine manipulo, vel Euangelium sine stola cantans, nisi serio exercere, & ex officio intendat, non fit irreg. Reg. n. 183.

3 Item irregularis euadit Sacerdos munera exercens Episcopi, v.g. Ecclesiam consecrans, ordinando, Chrisma conferendo, & id genus, Suar. disp. 42. sect. 4. n. 7.

4 Non Sacerdos, sed Clericus absoluens, vel solemniter baptizans, etiam in necessitate fit irreg. debet enim priuatim necessitate vrgente, baptizare; nisi forte de licentia id egerit Parochi, Nau. n. 141 c 27. Fill n. 308.

5 Itē non Sacerdos, qui in choro hebdomadarii exercet munus seriò incurrit.

6 Aliqua trium censurarum innodatus, dato sit occultus, fit irreg aliquem maiorum exercendo ordinem seriò, & quasi ex officio: nisi aliqua excusetur necessitate, vel vitandi ratione scandali. Item aquam benedicendo, aspergendo fruges benedicendo, cereos, & similia. At priuatim baptizans, etiam nulla id exigente necess. non fit irreg. Tol l. 1. c. 67. n. 4.

7 Duabus, vel pluribus innodatus censuris si huiusmodi functiones exerceat, plures incurrit irreg. Vide Alterium c. 4. dub. 5. apud Bon.

8 In irregularitate celebrare nullam inducit irreg. nouam, vel censurarū. Neq; iterare id, quod facit irregularem, nouam inducit irreg. Sà v. Irreg. n. 7.

9 Nullus irregularitatem incurrit, ob opus, quod sine peccato omittere nequit; hoc procedit de irreg. ex delicto, Sà in Aph. v. Irreg. n. 10.

Ab irregularitate dispensatio.
Cap. VII.

1 Vide pro hac mat. Tract. Mor. ad defensam anim. Guazzini l. 2. d. 1. c. 7 num. 134.

2 In quacunq; valet Papa irregularitate dispēsare iure humano inducta.

3 Episcopus in omni valet irreg. dispensarere ex delicto occulto neque ad forum deducto contentioso, præter ex homicidio voluntario nascentem; licet iusto, v.g. Iudicis, &c. alicui mortem iuridicè inferentis, qui lenitatis defectu est irreg. Suar. disp 41. sect. 2. n 2. Tol. l 1. c. 85. n 6. Fill. tr. 20. c 10. q 6.

3 Ex corporis defectu consurgens irregularitas non tollitur probabilius nisi per Papam, vel etiam per Religiosorum Prælatos, quoad suos subditos, Dian. in Comp. v. Irreg. n 97.

4 Per Baptismum omnis tollitur irregularitas, ex proprio consurgens delicto. c. Vna.

5 Per professionem in approbata Relig. natalium irregularitas tollitur, saltem quoad Ordines, non verò Prælaturas. At vniuscuiusq; Relig. spectanda sunt priuil. & consuetudines, Vide Sayr. l. 7. c. 13. n. 9. Henriq. l. 14. c. 17 n. 2.

6 Ex infamia facti irregularitas, per vitæ tollitur emendationem. Ex ignorantia, per scientiam, ex ætatis defectu, per ætatis accessum. Suar. disp. 4v sect. 1. n. 6.

7 Iubilæi virtute nulla tollitur irregularitas, etiam ex delicto, sic communiter.

8 Cum neophitis solus dispensat Papa, Suar. disp 43 sect. 3. n. 6. & 7.

9 Ad tollendam irreg. nulla requiritur certa forma, & determinata, sed quodcunq: sufficit signum, per quod superior indicet se dispensare, Henriq. l. 14. c. 17. n. 4

10 No-

10 Notandum concedi Religiosorum Superioribus, imo & ijs absentibus eorum Vicariis, ad uagandi tollendam occasionem pro irregularitate tollenda per Regulares incussa, ius dispensandi cum subditis in quacunque irreg. ex delicto, præter quam in ex uoluntario homicidio orta, & publico.

11 Excipe secundò, in illa, quę per simoniam in ordinatione contracta est.

12 Excipe tertiò neque in illa, quæ Religiosi ob abortum fætus animati à se procurati publico secuto effectu contraxerunt. His inquam tribus exceptis casib. in quacunque alia ualent irreg. ex delicto suos absoluere subditos. u. g. in orta ex ordinum executione ab excomm. facta, uel cum fuerit suspensus, aut interdictus ministrare præsumpserit, uel non ordinato aliquo ministrante, uel per Bapt. reit. uel ob hæresim, membri obtruncationem. præterea, cum biganis similitudinariis. Huiusmodi autem est auctoritas delegabilis.

13 Præterea, in irreg. ualent disp. ob corporis contracta uitium, u. g. oculi carentiam. digiti, non pollicis, lepram, &c. deformitates siue culpabilles, siue inculpabiles.

14 Tandem disp. valent in irreg. ex facti orta infamia, nempe ex crimine notorio.

15 Denique tollere iure, & eam valent, quæ ex homicidio oritur iuridico, v g. iudicis, & iustitiæ ministrorum ad mortem rei cooperantium, & ex defectu dicitur lenitatis. Vide Diana, Ioannem Cruz, & Emanuelem Rodericum, qui & alia docent de eorum facultate circa censurarum absolutione. Præterea & me in ver. Compendiosa ad fin. Catal. de irreg & eius absolutione, licet quoad irreg. ex hom. vol, mutilat, & abortu fętus animati contrarium docuerim.

16 Super omni irregularitate, in qua Episcopus dispensare valet, etiam Regulares valent Confessarii, Vide Rodriq t. 1. q. 24. a 4. apud Petr. Bell. in prompt. v. Irreg. n. 12. Intellige quoad fratres.

Iubilæum.
Vide Indulg.

1 Regulares iubilæi tempore eligere pro libitó valent sæcularem Confessarium, vel etiam Regularem ab Episcopo non approbatum, sed à proprio Superiore.

2 Item, saltem probabiliter, Moniales quemcunq; præter ordinarium valent eligere Confessarium. Vide P. Bell. vbi sup. v. Iubil. n. 1. 2. & 3. p. 5.

3 Qui prima fuit hebdomada iubilæum lucratus, valet, & in secunda lucrari hebdomada, dato forte in casum labatur reseruatum, &c. modo secus in Bulla nō caueatur, vt semel scilicet tantùm quis valeat lucrari, Dian. in comp. iubil. n. 1.

4 A reseruatio, & votis absolutus, si postea iubil. non lucretur, etiam voluntariè, non reincidit, neque peccat. Ibi n 7. Portell. in dub. regul. v. Indulg. n 20.

5 Quem die vltimo non suscepisse pęnitet iubil. adhuc valet iubil lucrari, modo ieiunia in aliud per Confessarium opus commutentur, & cætera rite præstet. Qui verò, omnibus pro iubilæo paractis suscipiendo, die nequit vltimo communionem sumere, v. g. quia casu fregit ieiunium, à Confessario in aliud valet Cómunio

opus pium commutari, & sic iubilæum suscipiet, Dian. ibi n 5.

6 Qui ex ignorantia inuincibili iubilæum ignorauit publicatum fuisse, eo valebit transacto intra proximas sequentes hebdomadas duas à diæ scientiæ illud acquirere, requisita præstando. Item qui inualidè, imo sacrilegè confitetur, & communicat, si die Dominico, in quo ipsum terminatur iubil. ad Deum cõuertatur conterendo Iubil. lucratur, Botonus in obs Iubil. Sixti. V. f. 131.

7 In Bulla certis non præscriptis præcibus, quaslibet sufficit, etiam alias de præcepto, fundere preces, vel ex voto debitas. Item eleemosynas dare sufficit, aliàs ob votum debitas, vel de præcepto naturali faciendas; & ipso Dominico die dari valet, etiam post Comm. Fill. t. 1. tr. 8. c. 6. n. 164. & 165.

8 Religiosi nihil proprii habentes, vxores, filii, &c. surripere tutè de cõuentus, vel mariti, &c. valent bonis pro eleem facienda, prælato, &c. dare renuente.

9 Dari non valet spiritualis pro iubil. eleemosyna, sed realis requiritur. Excipe ostiatim mendicantes, & nihil habentes. Quæcunq; sufficit parua eleem. nisi in Bulla pro vniuscuiusque præcipiatur facultate. Vide Dian. in Comp. v. Iub. n. 25. 26 Henriq. l. 7. c. 10. n. 6. in Glosa lit. N.

10 Commutanda pueris non communicantibus in aliud opus Communio, alioquin Iubil. non lucrantur, & ieiunent oportet. At infirmis ieiunia, &c. infirmis impossibilia commutanda in aliud pium opus. Idem de tussi laborantibus, aut vomitu, Dian. n. 17.

11 Non confessus nunquam iubil. lucratur. Valet quis hic facere ad iubilæum aliqua requisita, & alibi alia etiã diuersa dioecesi, & lucratur, n. 11. & 8.

12 Qui ob aliquod impedim. nulliter sumit iubilæum, attamen à reseruatis liber manet.

13 Infra eandem hebdomadam iniuncta opera facere non est necesse, ieiunia tamen simul eadem fiant hebdomada necesse erit, maiorem ob carnis mortificationem.

14 Qui aliquando Curatum habuit benefic um, at eo iam priuatus est, non eligitur ualide pro Confessario iubil. tempore. Qui vèrò hic Confessor est approbatus, vbique a quocunque eligibilis est tempore iubilæi. n. 7. 8. & 32.

15 Votorum valet commutatio fieri, & operum præscriptorum extra Confessionem. Dian. in Comp. u. uot. n. 20.

16 Probabiliter saltem, tempore ualent iubil. Religiosorũ prælati ab Ordinario non approbati ad Confessiones eligi à laicis, & sæcularibus. Dian. in Comp. u. Iub. n. 37.

17 Semel a proprio Episcopo diæcesis absolutè approbatus, siue originis sit, siue domicilii, siue beneficii; & siue pænitentis sit siue Confessarii, aut loci, in quo confessio fit; vbique ualet terrarum eligi, & tutè, & a quocunque tandem, in foro saltem conscientiæ, tempore iubil. ibi n. 38 uide p. 5. f. 285. res 52.

18 Spe peccans iubilæi, licet enormiter adhuc virtute valet iub. l. absolui: Item, qui virtute fuit iubil. a pp. absolutus reseruatis, si postea illud non lucretur, adhuc validè manet absolutus, imo si alicuius fuerit reseruati oblitus, cuicunque id valet Confessario aperire, et ab eo absolui. Dare non possunt Cõfessarii absolutionem sub lucrandi conditione iubilæi, neque a censuris, nisi ex Papæ concessione. n. 39. 41. 40.

19 Bullæ

19 Bullæ Cænæ mentione in Bulla non facta, à casibus in ea contentis nullus vi valet iubil. absoluere; imo de ea mentione facta, nisi & hæresis casus exprimatur, nullus ab hæresi absoluere tutè valet; n. 43. ibi in comp.

20 Qui nulla facta Confessione, pote quia nullius recordabatur lethalis peccati, lucratus est Iubilæum, si postea alicuius reseruati recordetur, ab eo absolui non poterit iubilæo transacto; secus si in Confessione illius non fuerat recordatus, vel quia tacendi habebat causam illius reseruati, iuxta sup. de Conf. integritate, v.g. ob complicem non manifestandum, vel aliud graue vitandum in Confessario damnum; eo inquam casu transacto valet iubil. à quocunq; simplici Conf. absolui. Cætera vide v. Indulg. Ibi idem n. 45.

Iudex, Iudicium.

1 IVdex ordinarius, vel delegatus, propter negligentiam iurisdictionem amittit, Petr. Bell. in promp. eid. n 4.

2 Ecclesiasticorum laicus non valet iudex iudicare causas, etiam violentiæ casum prætexentium à suis Superioribus illatæ. Quòd si casus iniuriæ, & violentiæ patens forte detur, & magnę iniquitatis, tunc oppresso licere videtur ad illatam iniuriam repellendam seculari vti adiutorio, non per iurisdictionem quam in Ecclesiasticum nullam habet laicus, sed ad puram defensionē n. 15. At tu ne discedas à supradicto per me v. Cler. n 18. ex auctor. ibi alleg.

3 In materia non valet graui Regularis Prælatus, quocunq; modo procedat ea, quæ de iure sunt diuino omittere, aut naturali. Neque innocentem, nocentem probatum per iniquos testes, condemnare, si id certò sibi constet, n. 10. 11. id.

4 Iudex reum interrogare non valet, nisi vltra accusationem, vel denunciationem, aut inquisitionem vnus saltem oculatus adsit testis omni maior exceptione vel saltem illi inditia ęquiualentia, D. Th. 2. 2. q. 69. a. 1. & 2.

5 Contra aliquem nequit iudex procedere delinquentem per specialem inquisitionem infamia non præcedente, vel insinuatione clamorosa, siue nisi inditia præcedant manifesta, aut probatio semiplena, Nau. l. 1. de rest. c. 4. n. 159.

6 Delegati negligentiam, aut desidiam ordinarius supplere valet, Bell. ibi n. 5

7 Licet, citra saltem scandalum, à Iudicis concubina intercessionem petere apud Iudicem in causa iusta: nihil enim petitur in hoc casu, quod ipsa licitè præstare nequeat, Ant. Diana in Comp. v. Iudex, n. 7.

8 Partium pari existente dubio iuris, ita vt omninò pendulus sit, possidenti fauere iudex debet, neq; ad partem restituendam dimidiam cogere possidentem valet. Neutro verò possidente, diuisio fiat, æquo vtriusque existente iure, ibi n. 6.

9 Causa criminali vertente, iudex sequi probabilem debet opinionem in rei fauorem, relicta etiam probabiliori, idem ibi n. 5 & p. 1. fol. 196. res. 3.

10 Iudex superior, ad quem appellatio fit, secundum valet iudicare opinionē probabilem probabiliori relicta; proinde nedum in criminalibus, verum & ciuilibus licitè fit appellatio, dato inferior iuxta probabiliorem iudicauerit sententiam.

11 Iudex aliquid accipere pro sententia valet ferenda iuxta probabilem tan-

tentiam fert. Idem de sententia à Delegato lata mortuo delegante, si illius ignorabatur mors Vde sup. de Confessario.

27 Qui alii iniuriam facit, nisi per suum puniatur superiorem, & Iudicem, à proprio valet iniuriati Iudice puniri; habet enim in hoc casu iurisdictionem accessoriam in non subditum iniuriantem, Less. l. 2. c. 19. d. 6.

28 Summus Pont. à nemine valet, potestate ordinaria, iudicari in terra; nullum quippe superiorem habet, Valent. t. 3, disp. 6 q. 11. punct. 1.

29 Vtrum verò tutè valeat Iudex innocentem condemnare, etiam morti, si reus in iudicio probetur: vel vtrum Carnifex huiusmodi exequi sententiam tutè valeat, si ipse innocentiæ plectendi probe sit gnarus, vide quæ sup. de homicidio.

30 In ciuilibus, tum iudex, tum & Ministri exequi tenentur iuxta allegata, & approbata contra innocentem, si compellantur; vel si ipse graue pateretur damnũ non iudicando, eo enim casu innocentem quibit condemnare, Vide Fill. tr. 29. c. 2. n. 32. & 33. Em. Sà v. Iudex.

31 Inferior non valet iudex nocentem non conuinctum condemnare, dato id sibi certo constet Supremus valet, præsertim si ob rei potentiam delictum in iudicio probari nequeat. Supremus tamen Iudex curabit pro absente allegari quicquid potest iuridicè, ne ius defensionis vllo modo reo adimatur. Vide Nau. l. 2. c. 3. n. 122. Fill. tr. 28. c. 8 q. 4. n. 131.

32 In conferendis verò officiis, electionibus, &c. quæ ipsius committuntur arbitrio, sequi publicam non tenetur scientiam, priuata certa omissa; non propriè in hoc casu iudex censetur, sed distributor, cui incumbit pro meritis officia distribuere, Salon. 2. 2. q. 67. a. 2.

33 Secundum legis verba semper iudicandum, dum aliquid non sit inconueniens secuturum, vel iniquitas: & modo aliud non exigat Epicheia, aut legislatoris intentio; nam in legem peccat, qui verba amplexus contra legislatoris nititur voluntatem. Val. 2. 2. t. 3. disp. 5. q. 4. p. 2.

34 Sententia contra rei veritatem lata, in conscientia non obligat, v. g. si in falsa fundetur præsumptione dato iuris ordo seruetur, & iuxta approbata feratur; at in foro fori valet, Bon. t. 2. f. mihi 375. n. 6.

35 Ille, cui res per huiusmodi sent. addicta fuit, tuta non valet cõsciẽtia retinere, si res sit veritatis gnarus; non tamen quicquam restituere pro expensis contrariæ tenetur parti, si bona fide litigauit, at sat erit rei cognita veritate rem per sententiam erroneam sibi addictam restituere, ibi.

36 Absque vllis delinquentis indiciis, vel infamia, aut accusatione, vel denunciatione, licitè per inquisitionem generalem proceditur, Mol t. 4. tr. 3. d. 47.

37 A iudice interrogatus, aut per censuras coactus, non tenetur in generali inquisitione delictum manifestare occultum, sed de quo delinquens iàm infamia laborat; limita, nisi criminis manifestatio multum sit delinquenti profutura ad emendationem, vel publico bono, v. g. hæresis etiam non diffamatæ crimen. Multo minus se manifestare tenetur, Ibi Bon n, 9. f. mihi 377.

38 Si v. g furtum constet fuisse commissum, in generali fieri valet inquisitio, non vero in particulari de aliqua persona, licet delictum publicum existat, ni aliqua laboret infamia, vel sufficienter sit indiciatus, vel denunciatus, &c. vt sup. Imò etsi pauci nouerint delictum fuisse à tali commissum, adhuc enim occultum censetur,

itur, Mol.t.3.tr.3.disp.47.n.2.

38 Si inquisitio, vel manifestatio necessaria sit pro futuro impediendo publico malo, aut priuato, præsertim animæ, aperiendum est delictum etiam occultum, & delinquentem infamia non laborantem fore censeo prodendum, v.g. hæresis, proditionis, &c. Val.1.2.disp.5.q 11.p.3. Clau. Regia l.12.n.3.& 10.

39 Præterea, si non ad punitionem procedatur, sed pro beneficio conferendo, vel in voto dispensando, pro matr ineundo, electione facienda, &c.

40 Neque ipsi valent Religiosorum Prælati in grauibus delictis, nisi vt supra, inquisitionem habere contra subditos delinquentes non diffamatos, &c. secus in leuibus delictis, cessisse enim iuri suo Religiosi censentur profitendo, Vide Bon. t.2.f mihi 378.& 379.15.& 16.Sal.2.2 q.67.a.3. Vide Vr. Mor. Petri Pauli Guazzini nouissimi l.2.per totum.

41 Qui suum est crimen confessus, de sociorum non valet crimine interrogari, nisi infamia laborent, &c.vt sup.vel nisi huiusmodi sit crimen, quod & sponte quicunque denunciare teneatur, vt n.35. habetur. Excipio, nisi delictum sit huiusmodi, vt solus quis id committere vllo modo nequeat, v.g. adulterium, sodomia, &c. Vide Azor 3.p.l.13.c.18 dub.3.

42 Excusari valet praxis, & iudicum sæcularium consuetudo, qui sola publici officialis habita denunciatione aut alicuius priuati, vel etiam partis offensæ, quæ tamen probandi non vult onus in se suscipere, ad capiendas procedunt informationes, & indicia, quibus habitis specialem faciunt inquisitionem.

43 Secreta monitio ante delinquentis accusationem non requiritur, vt ante denunciationem requiritur, & hoc generaliter loquendo: nam accusationis finis est punitio, non rei emendatio. Bon. ibi fol. 379. n.4.& 5.

44 Accusare licitè offensus ualet offendentem, non tamen tenetur nisi delictum in commune uergat damnum, uide sup. n.35. Procedit hoc ultimum, licet de non manifestando iuramētum intercesserit, uel si sub secreti sciatur sigillo, modo non Confessionis Imo accusatio uirtutis est actus in se, si recto agatur fine. Fill. tr.40.c 7.q.5.n 210.& seq. Nau.c.25.n.23.

45 Qui tamen non ex officio accusare tenetur, sed sola charitate, restituere nō tenetur damnum, si quis accuset, uel denunciet, dato lethaliter forte deliquerit.

46 Adhuc qui ex officio denuntiare, uel accusare tenetur, nisi id agat pœnam restituere non tenetur, quam fisco, reo accusato, fuisset soluta. At de damnis à delinquentibus illatis, ex eo quod nō accusent, uel denuncient, & ob id ad delinquēdum animosiores euadunt, tenentur, cum id, quod ex obligatione præstare in publicam util. tenebantur, iniuste non præstiterint, Vide Bon.t.2.f.mihi 391.n 7.& 8 Nau.c.25.n.34.

Iudæus.

1 LEthale non erit, probabiliter, in rebus prohibitis cum Iudæo conuersare D.Th.2.2.q.10. a 9. quod intellige periculo cessante subuersionis, & scandali, uel etiam contemptu remoto. Iudæo conuerso bona relinquuntur licitè parta, Vide Soar. in Enchir. l.7.lit. M.

Iu-

Iudicium temerarium.

1 AD hoc ut iudicium fiat temerarium, & mortaliter peccaminosum, requiri comperio, 1. sine indicijs fiat sufficientibus. 2. Ex plena deliberatione, neque enim saltem ad lethalem sufficit culpam suspicio, sine plena deliberatione, vel cum aliquo dubio, aut æsitatione: quæ omnia rarò simul in homine concurrunt timorato, male de proximo cogitante; ob id non facile rei lethalis culpæ a Confessario sunt damnandi, imò de hoc pænitentes admonendi. Vide Diana 3. p. tract. 5. res. 31. fol. 159. & 5. p. f. 137. res. 68.

2 Iidicium non est temerarium, quod rectæ est rationi consentaneum, & & prudentiæ; u. g. si quis noctu aliquem scalam uideat parieti admouentem, ad fenestras inggnediendum, vel domum iuuenem ingredientem in qua solæ habitant meretrices &c. Vide Fill. n. 30 apud Bon. t. 2. fol. 532. mihi, n. 3.

3 Aliquem iudicare temere, ex leuibus iudiciis, esse spurium, vel ex adulterio natum, ant ex Iudæis esse oriundum, forte lethalem continet noxam.

4 Alteri iudicium temerarium manifestans, detractionis committit pecc. cũ oblig. restitutionis. Vide ibi n. 6. & P. Nau. l. 2. c. 4. n. 450.

5 Qui rationabiliter dubitat num quis tale patrauerit, nec ne, delictum, credere non tenetur positiuè non commisisse, satis erit neutri adhærere parti firmiter; proinde blasphemantem audiens hæreticaliter, iudicare eum non potest esse hæreticum; cum nesciat vtrum ex animo fuerit huiusmodi prolata blasphemia; Vide Bon. f. mihi 534 p. 3.

6 Si de damno agatur vitando, aut malo præcauendo, v g. si ego in ædes admisero meas aduenam; eum nequeo iudicare affirmatiuè furem; at mihi valeo præcanere; ac si fur esset, Mol tr. 4. disp. 14. Sanch. in summa l. 1. c. 7. n. 17. Fill. tr. 40. c. 1. q. 12. n. 31.

Iuuenis.

1 SI de continentia agatur seruanda, iuuenis dici solet, qui nondum quinquaginta expleuit annos, Ita inquit Em. Sà in Aphorismis Confess. verbo Iuuenis, ibi.

Iuramentum.
Vide Contractus.
Quid sit iuramentum, & quotuplex. Cap. I.

1 IVramentum inuocatio est diuini nominis in alicuius rei confirmationem.
2 Iuramenta non sunt, in fide mea, in conscientia, in fide Christiani, Religiosi, in veritate &c. nam solùm significant, ita est, seu, verum est; nisi tamen qui profert iurare intendat. At dicere, Deus scit me dicere verum, iuramen-

iuramentum habetur; imo & priora iuramenta habentur, si ut iuramenta accipi solent iuxta loci consuetudinem. Item dicere, Deus scit, coram Deo loquor, &c. si inuocatiue proferantur, iuramenta habenrur: secus si enuuciatiuè, & siue animo Deum inuocandi; at ut sup. consuetudo attendatur tum iurantis, tum & audientis. Vid. Sa Guran. n. 1. Azor. l. 11. n. c. 1.

3 Per falsos iurare Deos, nō est iurā. imo p. est m. si serio id fiat, nēpe blasphæmia. Idem per dæmones iurare, mortale est, nam Deo debitus honor, per iuramentum creaturæ tribuitur, quippe per iuramentum Deo infabilitas tribuitur, & actus est religionis, si fiat rectè. Vide Bonac. t. 2. f. mihi 257. n. 2. & 3.

4 Verum est iuramentum per tacitam Dei inuocationem factum. v. g. per crucis tactum, vel libri, ant si signum aliud fiat, quo se iurare quis ostendat. Itē per creaturam factum, in qua Dei specialiter elucet bonitas, u. g. per Sanctos, per animam rationalem. Item per alias factum creaturas, simul Dei inuocato nomine, u. g. per cælum Dei, vel panem &c. Dei Dicente uero me, iuro me hoc facturum, nisi aliud addam, iuramentum non habetur. Clau. reg. l. 5. c. 1. ibi apud Bon. ubi sup.

5 Iuramentum diuiditur in assertorium, contestatorium, promissorium, execratorium, seu imprecatorium; præterea in absolutum, & conditionale, in solemne, & simplex. Vide Bon. ibi f. 258. p. 2. Suar. c. 12. n. 7.

6 Assertorium, cum verbis, vel signis vt sup. quid esse, vel non esse asseritur, vel negatur; contestatorium, ut cum dicimus, Deum testor, fidem Dei, &c. execratorium, ut si dicatur nisi hoc egero per eam, &c. promissorium, quo aliquid futurum promittitur, ut, per Deum veniam ad te, &c. Absolutum, ut, si dicatur, per Deum hoc est: conditionale, sic, si conualuero u. g. tot dabo Aureos, &c. solemne, cum certa iuris forma factum, ut coram Notario, Iudice, &c. simplex uerò nullam habet iuris formam, sed passim alter alteri iuratur nullo præsente Vide Fill. tr. 25. c. 3. quæst 8.

7 Iuramenta omnia eiusdem sunt speciei; proinde nulla cogit necessitas ad aperiendam in Conf. qualiter sim peieratus. Idem loco cit. n 60. & 73 Iess. l. 2. c. 42. n. 6. dubit. 42.

Cætera de Iuramento.
Cap. II.

1 Materiæ paruitas in defectu discussionis ad veritatem indagandam, à mortali aliquando excusat, aut voluntatis indeliberatio. At quoties iurans falsum credit iurare, etiam bono proposito fine, & necessario, vel si id ex timore faciat, semper lethaliter delinquit, neque ulla datur materiæ paruitas: nam adhuc in falsi testimonium Deum adducit, quod est intrinsicè malum, neque ullo valet bono fine honestari. Thom. 22. q 79. art. 7. Clau. regia l. 5. c. 3. n. 16.

2 Item rem dubiam ut certam asserens, vel certam ut dubiam. Suar. t. 2. de Regl. l. 3. c. 4. Clau. Regia l. 5. c. 5. n. 7.

2 Qui se iurat aliquod malum facturum, licet cum intentione non adimplendi, lethali-

di lethaliter delinquit: item si quid licitum iuret eadem cum intentione,dato quid parum,vel minimum,Sanch.c.4.n.34.Suar.c.7.

3 Qui se veniale facturum iurat cum animo adimplendi,minus pecant,quàm qui iurat cum animo non adimplendi,Sanch.c.3.n.32.

4 Qui extra iudicium iurat,quod à fide digno audiuit non peccat, nam moraliter verum iurat,dato forte re ipsa non sit. Imo & in iudicio tutè iurare valet,modo vnde sciat addat,neq;de visu,vel auditu iuret,Idem l.3.c 4.n 13.

5 Extra necessitatē verū iurare,saltem est veniale,defectu iudicij,Suar.l.3.c.12

6 Se iurans lethale facturum,lethaliter,qui veniale,venialiter peccat:& si adimpleat item venialiter,aut lethaliter delinquit,Suar.l.3.c.18.& 19 Rebin.l.18 n.87

7 Item qui se consilium euangelicum non adimpleturum iurat,venialiter peccat,ob irreuerentiam Deo nempe irrogatam. At si cum animo iuret iuratum non adimplendi etiam consilia,lethaliter. Item qui detrahendo narrata iuramento affirmet dupliciter peccat,nempe inique iurando & detrahendo, Fill.tr.25 c.11.qu.7.n.336.

8 De re illicita non obligat iuramentum,vel si impleri nequeat sine peccato. Si vero iuramenti materia partim licita sit,partim illicita,partim possibilis,& partim impossibilis,licita adimpleatur,illicita omissa parte, & possibilis omissa impossibili,quia vtile per inutile non vitiatur,Bon.t.2.f.260.n 1.

9 Item de re meliori bono contraria factum iuramentum,non adimplendum; limito,quamdiu talis manet;item si sit de re indifferenti,nimirum quæ benè, aut malè fieri quit,dum talis manet,v.g.qui non barbam fricandi iurauit adimplere non tenetur,nisi culpam sciat vanitatis se euitaturum barbam non fricando, & uotum adimplendo.Item si non transiturum se quis iuret per talem viam, se uare non tenetur,nisi forte se nouerit ex uoti adimpletione peccati euitandi nasciturā occasionem;tunc enim amplius indifferens materia non censetur,sed uoti apta. Idem ibi n.2 Nau.c.12.n.ult.

10 Item si in fauorem sit alterius iuramentum emissum,licet de re indifferenti,Bon.eodem n.Suar.l.2.c.12.

11 Iuramentum de re factum licita obseruandum,dato forte contra superioris fiat præceptum. Proinde Religiosus promissione iurata alteri facta de re licita; sed contra Superioris præceptum,obseruationi tenetur licet huiusmodi peccauerit Religiosus contra superioris agens præceptum.Mol.t.1.de iust disp.151.Laym.c.6.n.7.Fil.tr.25.c.7 q 8.n.202.

12 Item qui meretrici se daturum iurauit pro copula pecuniam, dare tenetur copula secuta,quia rem licitam iurauit,dato rem supponat turpem. Prodiga tamen nulla tenet promissio,etiam iuramento firmata saltem quoad excessum, & quatenus solum est prodiga,Sanch.in summa c 9 n.28.Suar.c.23.

13 Non seruanda promissio iurata contra prius iuramentum ualidum, nam de re est illicita Azor.l.11.cap.6.quæst.1.Suar.1.16.

14 Vtrum uerò iuramentum contra legem factum, quæ primariò, & immediatè bonum respicit commune uel particulare, aut priuatum. dico statis de hac mat. me sup. egisse de contractibus, uide ibi. Iuramentum amphibologicum, nempe cum æquiuocatione, quod fit quando quis uerbis tantum iurat iuxta interrogantis mentem, sed mente aliud intendit, utrum licitum sit, uide sup. uerbo

Ff æquiuo-

Aequiuocatio,& Dian.2.p.tr.15.ref.25.f.mihi 225.

15. Iuramenta,blasphemiæ,& imprecationes,ex praua consuetudine non sũt p.m.aduertendi tamen huiusmodi consuetudinarii,quòd nisi diligentiam adhibuerint ad huiusmodi tollendam consuetudinem peccant mortaliter.

16 Principe prohibente,ne fiat iuramentum,si fiat,adhuc obseruandum; neq; ab eo relaxari quibit,sed ab Episcopo,Diana in Comp.v.Iur.n.5.& 6.

17 Non potest qui iurat in materia saltem graui,se obligare sub veniali tantum,n.7.ibid.Less.l.2.c.41.dub.9.n.96.

18. Qui facultatem dispensandi in iuramentis obtinuit, potest & iuramenta promissoria Deo facta dispensare probabiliter.Suar.de Rel.t.2.l.6.c.14,à n.19.

19. Qui alium ad iurandum inducit id,quod verum inculpabiliter putat,licet inducens verum non esse sciat,non peccat;non enim hic actiuum, aut passiuum adest scandalum,formale,aut materiale,Vide Hurtadum de Mendoza t. 2. disp. 173. sect.16.§.199.

20 Vi Iubilæi valet Confessarius soluendi vsuras iuramentum dispensare,& iniusto extorta metu;item vota in alterius fauorem nuncupata, nondum tamen acceptata,Bosius de Iubileo sect.2.cas.6.n 4.Ant.Dian.5.p.f.286.

21. Alii non licet persuadere ad iurandum id,quod verum quidem est,sed id ille ignorat:nisi iuraturus certo sibi persuadeat verum esse,& proinde sibi licitum esse iuramento affirmare.Hurtad.de Mendòza ibi sect.15.§.200.

22 Licet iuramentum exigere ab eo,qui forte falsum est iuraturus, modò nõ petatur ad falsum iurandum,& sufficiens causa petendi subsit, v.g. necessitas, Suarez de Relig l 3. de iuram c.15.n.10. (vtilitas petentis,&c.

23 Ad vota delegata potestas, etiã ad iuramenta adiecta contractui extenditur in quo turpitudo reperitur, v. g. soluendi vsuras,vel iniusto de torta metu vide sup hic n.20.

24 Probabiliter in promissorio iuramento paruitas datur materię à lethali excusans si transgrediatur: at in assertori o non datur. Dian. in Comp.iuram n.13.

25 Quodcunque iuram.Deo factũ,votum includit;quippe huiusmodi iuram. votum censetur iuramento firmatum: & proinde si votum Papæ sit reseruatũ, item & iuramentum, v.g. si de statu sumendo Religionis, vel castitatis fiat iuramentum.

26 Iuramenta metu,aut dolo contractui adiecta inualido,& à iure reprobato,in conscientia probabiliter obligant,& relaxatione indigent,nã talia nul o iure irritãur iuramenta. Nota iuramentum fictæ adiectum promissioni verã non inducere obligationem. Idem ibi n.10.& 9 vide 5.p.to.14.fol.mihi 342.

27 Per creaturas iurare,in Deum nulla facta relatione, peccatum est graue, neque propriè est iuramentum. Em.Sà Iuram.n.2.Nau.c.12.n.5.

28 Falsum iurare,etiã sine iurandi animo est mort.Item promittens sine promittendi animo, addito iuramento: Quippè ipsum obligat iuramentum sine animo se oblihandi factum,modò iurandi adsit intentio.

29 Fraude ad iurandum inductus quam si nouisset, non iurasset,non tenetur. At vi extortum iuramentum de re non illicita obligat, sed facile per superiorẽ relaxabitur,aut si sit de ineundo factum matrimonio, ui,aut metu extortum.

30 Ad

30 Ad carcerem redire iurans;redeat[nisi iniquè detineatur]etiam vitæ existente periculo,Sà n.4.n.9.& 11.Lesſ.l.4.c.42.dub.6.

31 Maiorum iuramento Ciuitas tenetur,non iuramenti vi,ſed pacti,& fidedelitatis,ob id niſi ſeruet periura non cenſetur ; quia iuramenti eſt perſonalis obligatio. Qui alterius factum iurat,niſi faciat,ipſe facere non tenetur, at ſufficit vt faciat,curare.Qui certo iurauit tempore quid facturum: eo tranſacto faciat,niſi debito fecerit tempore:modo tamen ad illud ſolum tempus reſpectum non habuerit.Eatenus tantum iuramenti extenditur obligatio,quatenus ſe obligare intendit,qui iurat,imo ad ea,de quibus ſi cogitaſſet non intendiſſet, non tenetur.Neq;item obligatur,ſi id accidat,quod ſi tempore fuiſſet iuramenti, iurare temerarium fuiſſet,n.12.13.15.16.

32 Matrimonium iurans puellæ,ad copulam extorquendam, tenetur, etiam fictè iurans,conditione admodum diſpari non extante,tunc enim decipi voluiſſe puella cenſetur.

33 Per procuratorem fieri valet iuram.& obligat,ac ſi per ſe factum fuiſſet.

34 Implere tenetur iuramentum Religioſus poſt iuramentũ factus, ſi poteſt, & niſi voti habeat naturum,vt cum ſit ad Dei honorem,Ibi id.n.17.8.

35 De ſecreto obſeruando iuramentum,intellige,niſi in tertii ſit præiudiciũ, vel niſi detegere coactus fuero,Fum.v.Iur.n.25.& Sà ibi n. 23.

36 Non petere iurans iuramenti diſpenſationem,aut voti, vel optenta non vti,id Superiori indicet ratione id poſtulante , quo diſpenſante , ſine ſcrupulo diſpenſatione vtatur.Obligare videtur iuramentum Deo ſaltem actum , nullo ſigno exteriori emiſſo,ſed interiori tantum animo; vt & votum;ſecus de homini facto iuramento,Ibi Sà,n.37.

37 Qui vrbanitatis iurauit gratia,v.g.non ibo,non faciam,accipiam,& id genus,ſi faciat,eat,&c.iuramenti non habetur fracti reus, n.vlt.

38 A ſe factum iuram.ad Dei gloriam,quiſque in rem clare meliorem, vel æqualem commutare valet.Item neceſſitate quis valet vrgente , qua Superior adiri non valet,violare iuramentum,eo putans caſu non teneri.Nulla valet iuramenti diſpenſatio ſine cauſa facta.In iis caſibus, in quibus votum Papæ reſeruatur,& iuramentum item eidem cenſetur reſeruatum:v.g.Caſtitatis,Relig. &c. Idem ibid.n.34.35.36.& n.33.Vide Azor.c.9.q.6.

39 Præterea principum,& Collegiorum publica iuram.Papę reſeruantur.Iuſta de cauſa,etiam in iuramento tertii fauorem ſpectante Papa diſpẽſare valet. Ibi Sa n.33.Azor.c.9.qu.4.

40 Filii valet pater irritare iuramenta,voti ſpeciem habentia , vt & ipſa poteſt vota,& quicunque ſubditorum valet iuram.irritare, de rebus ſibi ſubiectis facta.Item in ſui fauorem factum iuram.quiſque tollere valet,Mol diſ.149 col.4.

41 Infidelium poſſunt iuramenta peti,& recipi,licet per falſos facta Deos, iuſta id cauſa poſtulante,vt ſup.hic.n.22.

42 Per ſe grauius eſt periurium homicidio;ſecus reſpectu damnorum, Sà ibi. num.26.

43 Qui punire aliquem iuſtè iurauit,adimpleat, niſi id maiori obſtet bono, aut cauſa non ſit adimplendi ſublata.Ex ira facto iuramento,aut vindicta,nemo tenetur,Regin.l.18.n.56 apud Bon.t.2.f.mihi 269.n.3.

44 Ad iurantis successores obligatio non transmittitur iuramenti. Cōtractus vero obligatio, supra quo iuramentum cadit, hæredes obligat, si sit validus, Sāch. in opere Mor. l. 3. c. 13. n. 1. Suar. l. 2. de Iuram. c. 31. quòd si non obseruent peccant quidem non periurij peccato, sed iniustitiæ cum oblig restituendi, Ita ibi à D. D. ibi cit.

45 In dubio iuramentum strictè est interpretandum, quantum verba patiuntur: proinde qui non lusurum iurauit, nisi omninò à ludo abstinere intenderit, adhuc modice, & recreationis causa ludere valebit, de ludo enim præsumitur illicito iurasse. Idem de vouente, Nau. c. 12. n. 11.

46 Laica non valet potestas in iuram. dispensare. Condonare, vtiq; valet id, supra quo iuram cadit, quo remisso, & destructo, & ipsum cessat iuramentum, vt pote accessorium. Imo quicunque id valet in iuram. sibi & in suum fauorem præstito, Mol. d. sp. 149. Fill. tr. 25. c. 9. quæst. 11.

47 Si circa rei promissæ substantiam error contingat, aut dolus, iuram. non obligat. Item non obligat si error, vel dolus circa versetur causam finalem, Suar. de iuram. l. 2. c. 11. n. 7.

48 Non puber iurare in iudicio non cogitur, imo in criminalibus non admittuntur 20. annorum ætate minores. Item periuri non admittuntur.

49 Cum animo non adimplendi factum iuram. obligat, Vide pro primo Bon. r. 2. f. 264. n. 1. pro secundo, Vide Azor. 1. p. l. 11. c. 4. qu. 2.

Iurisdictio.
Vide Censura, Dispensatio, & alibi.

1 TRia iurisdictionem dant ordinariam, vid. Canon, Priuilegium, & consuetudo. Concessa iurisdictione, & ea videntur omnia concessa, quæ necessaria sunt ad iurisdictionem exercendam; neque ablata censetur iurisdictio litteris non præsentatis reuocatoriis iurisdictionis. Petr. Bell v. iurisd. n. 4. 6.

2 Iurisdictionis maioritas, dignitatis arguit maioritatē, & præminētiæ. n. 11.

3 Item dat tacita ratihabitio iurisdictionem. Publica iurisdictio valide exercetur à secreto excomm. susp. & interd. dato illicite fortè (nisi necessitas cogat) exerceatur. Sa in Aphor. Confess. u. Iurisdictio n. 1.

4 In casu particulari delegata iurisdictio, morte expirat delegantis, re integra, & mortis notitia delegantis ad delegatum delata. Quando nulla fit ab ullo contradictio, iurisdictio vbique, & semper exerceri valet, etiam extra territorium: huiusmodi enim uoluntaria censetur iurisdictio. idem ibi per totum.

LAICVS.

1 LAicus ad eligendum fieri nequit per Clericum procurator. Neq; Episcopi valet fieri Vicarius, saltem in rebus spiritualibus, quę laico cōmitti nequeunt. Episcopi temporalem habentis iurisdictionem, laicus esse valet,

valet, quoad temporales causas, vicarius, Vide Fum. in Summa Aur. v. Laicus num. 1. 2. & 3.

Legatum.
Vide Testamentum, Legitima.

1 Legato aliquo in genere, vel specie, de mediocribus detur, v. g. legato boue, vel oue, tritico, &c. Re legata de qua lis oriatur, sumptibus litigabitur hęredis. Ad pias legatum causas, priuilegio gaudet relicti Ecclesię.
2 Per legatum creditori factum, in dubio de legantis intentione in compensationem censetur debiti factum. Legatum in communi pro pauperibus, tutè Ecclesiæ dabitur fabricæ, si sit pauper. Etiam sine hæredis institutione validè fit legatum, Fum. v. Leg. n. 24. 21. à v. Legat. n. 46. & 47. 49. 50. & 51.

3 Per legantis manum vltima scripta voluntas ad pias causas, tenet, vel coram testibus non publicata. Legata valent pia à laico peti per legatarium corā Episcopo, vel Ecclesiastico iudice. Legante à legatario magna affecto iniuria, v. g. per vxoris relictæ construpationem legatum amittitur, at iudicis expectanda condemnatio, Sà u. Test. n. 4. & u. Leg. n. ult. in fine.

4 Factum legatum, ut quis cum aliqua matr. ineat, datur etiam alia ducta, aut Religioso legatario facto, vel si per eum non steterit, quin talem duxerit, aut mortua ea, talis enim legantis uidetur intentio. Mille si uxorem ducas legatis, & centū si Clericus fias, adhuc probabiliter mille Clericus habebis. Item ut uestem emas legatum, ueste non empta habebis. Item ut possis nubere legatum, habebis, uel non nubens. Si uerò pro dote legetur, nisi nubas, in simile uertetur opus, Sà ibi n. 37. 38. & 39.

5 Legatum ut cuidam nubas, si ille nolit, & postea uelit, habebis etiam non nubens ei, sed alii. Legatum alicui cum ad annos u. g. 30. peruenerit, si ante moriatur hęredibus dandum. Alicui uiduæ legatum relictum quamdiu uidua erit, & post eius mortem, tibi, si nubat statim fit tuum, n. 40. 41. & 42.

6 Alicui legatum si castè uixerit, si nubat non ammittitur. Legatum verò si honestè, & pudicè uixerit, nisi per copulam amittitur carnalem, non per amplexus, uel oscula probabiliter, Fum. u. Leg. n. 34. Mol. disp. 208. col. antepenult.

7 Legatum conditionaliter, de non nubendo, in ea, quæ nunquam nupsit, & consūmauit, aut de iuxta alterius uoluntatem nubendo, nisi sit uidua, dabitur uel non adimpleta conditione, nam huiusmodi reiicitur per legem conditio. Si dicatur sic, si cum consilio talis nupserit, petendum consilium, licet non necessario tenendū Sà ubi sup. n. 35. Vide Mol. disp. 207.

8 Ad legata pro rata hæredes tenentur, Sà ibi n. 28.

9 Quando rem quis alienam scienter legauit, hæres ualorem det. Item si ignoranter legatur coniunctæ personæ, aut piæ causæ, Sà ubi sup. n. 30.

10 De piis legatis falcidia non detrahitur, nisi id testator dicat, aut prius esset hæres institutus, imoneque Trebellianica. Vt quis incapax legati succedat, sufficit ut mortis sit tempore testatoris, capax. Vide Fum. u. Legatum n. 39. & Sà ibi n. 25.

11 Nisi sint magna, ualent legata nato filio post testamentum, uel si ualere uoluisse

voluisse mens testatoris præsumatur. Res legata per ipsum testatorem tradita; inter viuos fit donatio, Sa n. 25. & 26. v. Legatum.

12 Factum Ecclesiæ legatum, de Parochiali intelligi debet, nisi aliud exprimatur.

13 Quo vero ad quartã legatorũ piorũ Episcopo dandã, consuetudo seruetur.

14 Dato testamentum sit nullum defectu solemnitatum non naturali iure requisitarum, legatarius tute retinet. Spurio ratione alimentorum legari potest; item dotis, at eo mortuo ad patris redit hæredes. Secus de naturali facto legato, ad huius nanq; hæredes transit.

15 Perpetuò exuli legari non potest. In legitimam computandum filio factũ legatum. Annuum legatum peti in principio valet anni; de legantis voluntate alio non apparente, Vide Sa, v. Legatum, n. 17. & v. Test. n. 3. item v. Legat. num. 16. 17. 19.

16 Casu fortuito hæreditate minuita, legata item minuenda, pro rata.

17 Legato crescente, legante uiuo, legatario crescit, u. g. fætus gregi legato natus, uel agro additum per aquarum impetum. si uero pecunia, uel equus legetur, acquisitum per ea ante hæreditatem aditam, non fit legatarij. Veste legata, ea detur, etiam plus ualens quàm testator putabat, aut minus. Vestibus domi existentibus legatis, dandæ etiam apud amicos, &c. extantes. Sa u. legatum. n. legatum. n. 9. 10. & 11. 21.

18 Conditio in legato apposita ut nubat, si nequeat sine dispensatione reiicitur, ut impossibilis de iure. Item contra bonos conditio mores, pro non adiecta habetur.

16 Accessorium sequitur principale legatum, etiam legato preciosius. Sa legat. n 7. 12.

20 Legatario leganti præmortuo, nihil debetur. legatum etiam per nutum reuocatur testatoris, uoluntatem reuocandi exprimentem. Item nutu fit legatum; ut & testamentum.

21 Qui testari nequit, ita neque legare. Sa u. legat n. 4 8. 5. & 6.

22 Ad usum profanum legatum, laicus valet Princeps absolutus in aliud pium, uel profanum commutare opus. Item Episcopus, si non potest adimpleri: imò pecuniam in usum pium non admodum necessarium destinatam, in alium ualet magis pium commutare Vide Sa ibi n. 1. & 23.

23 Papa, & supremus valet princeps testatoris vltimæ derogare voluntati, præsertim ex causa vel si imprudenter fuit dispositio facta, ibi, & Couar. c. cum tua, de sent. 4.

24 Ad vsum pium legatum Summus valet Pont. in alium æque pium conuertere, Episcopus, in magis pium ob necessitatem; & æque pium, & legitima causa, & consentiente hærede. Vide Sylu. legatum 4. n. 11. & 12.

25 Regularibus facta legata ad certum vsum, Prælati valent Religionis in alium permutare, ligantium scandalo præciso. Rodriq. t. 1 q. 27.

26 Legatum S. Mariæ u. g relictum indeterminatè, si sint plures Ecclesiæ, pauperiori dandum, uel Parochiali, si sit huius nominis, licet ditiori, aut Cathedrali.

27 Religioso factum legatum, expressa iniecta conditione, vt dominium, &

& eius proprietas ad Religiosum spectet tantùm, non tenet; cum huiusmodi vt turpis conditio reiiciatur, & pro non adiecta habeatur, neq; legatum vitiat, imo ipsa vitiatur. Item Religiosus quodcunque legatum, superioris absque licentia, acceptans, mort. peccat. Idem de donatione. Vide P. Bell. v. Legat. n. 2. & Mol. t. 1. de iust. disp. 140.

28 Minoribus relictum legatum in perpetuum pro eorum victu nullũ tenet; pro templi ornamento, fabrica, aut Sacristiæ paramentis, tenet. Præterea, ad minus decennium factum ipsis fratribus pro victu legatum, tenet, Bell. n. 8.

29 Nota professo Religioso factum legatum, qui ante professionem, sua quecunque bona quomodolibet sibi spectantia, tum præsentia, tum & futura, in fauorem amici laici renunciauit, non ad sæcularem laicum spectat, sed ad Monasterium talium bonorum, vel legati capax; non enim hoc beneficium in Religionis præiudicium alii renunciare potuit. Pro his omnibus à n. 25. vide P. Bell. ibi per totum.

30 Legatum intra annum Caio dandum, si ipse, eo non elapso, moriatur, & legatum pia sit mente factum, ita vt nisi ei relictum fuisset, alii legans reliquisset, dandum est pauperi, vel pium conuertetur in opus, de Episcopi licentia. Secus de legato non pia mente facto, sed profano. Si dubitetur, num pro anima fuerit factum, de licentia Episcopi, id vt sup est faciendum, in fauorem nimirum Religionis, Fum. v. Leg n. 7. Pal. cap. nos quidem.

31 Ecclesiæ tali tot relictis Aureis, sub condit. si ibi sepeliatur, si v. g. ob excommunicationem sacro non donetur loco, vel aliam ob prop. culpam, adhuc illi Eccl. dandum est legatum.

32 Alicui relictum ut se quocunque anno nouis induat vestibus, nisi se induerit, & ob id accumulare lucrum intenderit, neque exegit ab hæredibus per quatuor v. g. annos elapsos: si nunc totum exigere conetur legatum, etiam pro annis elapsis, non habebit; imputet enim sibi oportet; quia non exegit, vel saltem petiit singulo quoq; anno ad se vestiendum; excipe nisi ob pium fuerit respectum factum legatum, vel in animæ suffragium, Fum. ibi n. 10.

33 Qui importunitate fieri sibi obtinuit legatum, quod alteri relictum erat in testamento, licet forte peccet id ex odio, vel auaritia agens, ad rest. tamen non videtur adigendus, nullum enim alteri ius erat acquisitum, nisi id dolo, mendacis, aut vi fecerit, id. ibi n 22.

34 In genere factum legatum, v. g. relinquo agrum, vel domum tali, si plures habeat agros, vel domos, derisorium videtur, nec tenet; sed in specie fiat oportet specialissima, Idem ibid. n. 23.

35 Legante aliquo certos Aureos, quos in tali dicit scrinnio se habere, v. g. centum, & non fuerunt nisi quinquaginta reperti, non dandi nisi reperti tantum: & pluribus existentibus legatariis, eis pro rata diuidatur. Idem de vino, aut oleo, quæ in tali uase reperiuntur. Item, si legans erret in nomine, aut rei legatę demonstratione, modò de intentione constet, non prę iudicat legatario, sed mens tenenda, Ibi n. 25.

36 Legante dicente, lego tibi decem; quia tale mihi contulisti beneficium, tenet legatum, dato nullum contulerit leganti beneficium. Secus de sub conditione facto legato, n 25.

37 Le-

37 Legaris tibi centum, & si ea ludo perdideris, alia centum, si perdes alia non habebis. n.29.

38 Ioanne petrum usufructuarium talis fundi relinquente, donec Ioannis filius ad 10. annorum ætatem perueniat; petrus usufructuarius ad illud usque durabit tempus, dato filius Ioannis legantis intra annum morte eripiatur. Quod si petrus intra id temporis moriatur, iam usufructus expirat.n.30.

39 Legatis alimentis, dabitur & uestitus, lectus, habitaito, &c. sine quibus quis viuere homo nequit. Ad disciplinam uerò pertinentia non dabuntur. n.31.

40 Relicta uxor domina, & mariti defuncti usufructuaria, sine obligatione rationem reddendi ullam, adhuc reddere tenetur, licet non scrupulosam: neque de leui, aut leuissima culpa tenebitur, de dolo verò, & lata, vtique, n.32.

41 Qui loco legati aliud melius facit, non aliud sed idem facere censetur, quod legatur.

42 Legata non certæ facta personæ, nisi soluantur, cogere executores valent testamenti hæredem ad soluendum. Item certæ facta personæ, sed petere iudicialiter non valenti, vel ad pias causas. Secus si alii fiant personæ, quæ nisi ipsa instet executor cogere hæredem non valet ad soluendum, Fum. vbi sup. n.57.

43 Legans aliquid legandi non expressa causa, vel eo cui legat, pium censetur legatum, videl. pro anima sua legasse. Consanguineo factum legatum causa non expressa, non ob id pium censetur, n.46.

44 Legatum peti nequit nisi hæreditate adita; fallit si ad pias fiat causas, n.40

45 Legatum mortuo factum, quem legans viuum putabat, caducum est, n.42.

46 Dicente testatore, tibi centum lego si Petro nupseris, casu quo Petrus tuis non sit nuptiis dignus, & ob id alii nubas, adhuc legatum habebis Item si dicat, modo ad arbitrium talis nubas, habebis, dato rationabiliter ad eius arbitrium nõ nubas; nam perinde est, ac si huiusmodi non apposita conditio fuisset, id num. 39. Cætera vide sup. de contractibus, & infra de testamentis. Nota me ad iuris Cõsultos quædam consulto relinquere, parum ad meum instit. spectantia.

Legitima.
Vide Filius, Legitima, Parentes.

1 PEr testatorem filii, &c. nequit legitima grauari, nisi in filii vtilitatem, aut propter debita, vel filii consensum. Idem de dote, nisi legitimam excesserit. Item filius eam alienare prohiberi valet, ad tertiam vsque generationem, Sà v. Legit. n. 10.

2 In legitimam computatur filio facta donatio propter nuptias, vel vt fiat Sacerdos. Ex donatione Ecclesiæ facta, filiis debita legitima detrahitur, si post illam fuerint nati; neq; in totum reuocatur, saltem probabiliter. Patre in Religione professionem emittente, statim danda filiis legitima, neque eius mors expectanda naturalis, sed ciuilis sufficit, nempe per professionẽ, L. est. l. 2. c. 41. d. 10

3 Patris donatio ab initio valida, in legitimam regulariter non computatur; bene quę morte confirmatur patris; item dotis, & donatio propter nuptias; aut pro filii liberatione à delicti imposita pœna.

4 Ob

4 Ob patris hæresim damnati, filij legitima priuantur. Secus ob eius læsæ maestatis crimen, secundum aliquos. Vide Em.Sa u.leg.ibi per totum.

5 Dotata filia legitimæ valet supplementum petere, nisi ei expresse renunciauerit. At omnia ei data à patre occasione matrim. sunt computanda, præter ad quotidianus usus solitas vestes. Nulla per metum facta valet renunciatio legitimæ, vel iuramento addito. Imo filius hæreditatem renuncians etiam addito iureiurando, adhuc petere legitimæ valet supplementum; & hæredes, nisi ipse petat, petere iure valebunt, etiam extranei.

6 Statuto tolli filiæ nequit legitima; statui quidem valet vt sufficienti sit dote contenta, citra magnam tamen læsionem. statuto item probabiliter tolli valet legitima, saltem ob causam; at non alimenta, & dos.

7 Pluribus quam quatuor filiis existentibus, legitima erit bonorum dimidium, quæ solutis remanent debitis defuncti, cum funeris impensis. Nisi uerò sint plures quatuor, tertia tantum erit pars; filijs mortuis, nepotibus idem debetur nempe filiorum filiis. A matre filiis etiam naturalibus debetur, non item spuriis. Item parentibus a filiis filios non habentibus debetur legitima. Nota siquis infamem instituat hæredem relicto fratre non ingrato, ex parte patris, legitimā fratri fore debitam. Quod si nihil ei in testamento relinquatur, nullum erit: si minus legitima, supplendum. Pro supradictis omnibus de legitima videndus omnino. Em.sa ibi, breui quidem, at succoso admodum compendio.

Lex.
Cap. I.

1 HVmanæ leges ut vim obligandi habeant, à populo generaliter loquēdo, acceptari debent, alioquin nimis forent onerosæ. Excipio Pontificis Summi leges, qui à Deo immediate accipit iurisdictionem. Quæ tamen siadhuc per contrarium fuerint usum abrogatæ, non amplius vim optinent obligandi: at primi non acceptantes forte peccauerunt. Vide Dian. 1.p.tract. 10.res. 1.f.mihi 146.

2 Dubio extante an lex sit acceptata, necne, valet quis sua uti libertate, & hoc tute Ad hoc autem ut lex non obliget, sufficit eam non obseruari, etiam id principe ignorante. Ibi res. 3. fol. 147.

3 Quæcunque lex, nisi aliud exprimatur, lata sub tacita censetur conditione, si populus acceptet. Item lege lata, licet pro ea reuocanda supplicationem porrigere, & interim eam non obseruare, quatenus suam legislatori declaret voluntatem.

4 Ad hoc, ut per non usum lex abrogetur, certum aliquod non requiritur tempus, imo contrarius sufficit vsus, & actus legi contrarius, u. g. bis uel ter iteratus, sciēte & nō cōtradicente legislatore, vel puniente. Idem. ibi res. 4.6.& 7.

5 Vt Pontificiæ obligent leges, non requiritur, ut in vnaquaque promulgentur prouincia, imo Romæ sufficit publicari: quę tamen nisi a duobus post promulgationem mensibus non obligant. Resol. 8. f. 148. & 5. p. tract. 14. res. 25. f. 358.

6 Ad Episcoporum leges synodales obseruandas Regulares non tenentur nisi ad scandalum vitandum, & ex decentia: quibusdam casibus in iure exceptis. res. 11.

7 Superiorem non habens legislator, legi utique omnes obliganti subditur, etiam à se latæ, u.g. rebus pretium limitanti: at ni non subditur coerciriua, sed dirrectiua; neque (saltem præciso de obseruando iuramento, vel graui scandalo) si non obseruet lethaliter peccare censetur. Id ibi. resol 10. fol. 149 1. p.

8 Aduenæ, & peregrini ad ieiunia, festa, vel consuetudines locorum per quos transeunt non tenentur, nisi ibi manendi intentionem habeant. Vide quæ dixi sup. u festum, ieiunium, & alibi. limito, nisi legum trangressio in illius loci cedat præiudicium, u.g. lege prohibente ne inde frumenta asportentur: imo & seruare contractuum tenentur solemnitates, ibi seruari præceptas. At vagi, nullibique certam habentes habitationem probabilius ad locorum ubi inueniuntur, leges seruandas tenentur: contrarium aliquibus arbitrantibus. Diana.

9 Commune ius ciuile Imperiale, non vbique vim obtinet obligandi nisi per principum locorum legem aliud sit definitum. Pro omnib. vide res. 13. 14. 15. 16. & 5. p. fol. 353. res. 69.

8 Regularium superiores, & fratres à pœnis in quibusdam impositis Bullis Pontif. eximuntur ratione ignorantiæ, & bonæ fidei, etiam in exteriori foro. Ibi fol. 337. res. 24.

9 Ratione circumstantiæ sub mort. valet superior rem præcipere leuem.

10 Lege voce aliquem priuante, de actiua non passiua voce erit intellectio; nisi & de passiua expresse caueatur. Idem ibi f. 152 res. 47 & f 322. res. 91.

11 Imperatiuum verbum lex continens, regulariter sub lethali obligat, in re graui, nisi ex coniecturis aliud appareat. Bonac. t. 2. disp 1. q 1. p. 7. § 4. n. 10.

12 Lex, seu Edictum in foro publicatum, non afficit, etiam præsentes, donec tota afficiatur ciuitas, & obligetur. Qui legis miraculosè sciuit publicationem, cum humano modo id scire fuisset impossibile, non obligatur: nam respectu eius est, ac si non fuisset puplicata. Diana 3 p. fol. 210. res. 75. Castr. Pal. in op. Mor. t 1. trac. 3. disp. 1. p. 1. n 7.

13 Lex, & statutum extra conditoris non obligant territorium. Ibi res. 78.

14 Lex in præsumptione fundata, non afficit in conscientia, si forte in aliquo fuerit præsumptio falsa. Parte 1. f. 154 res. 27. Diana.

15 In particulari aliquo casu legis fine totali, & adæquato cessante, & ipsa cessat legis obligatio. Ibi res. 28. & 5 p. tract. 14 res. 96 fol. 361.

16 Cardinalium declarationes maximi vtique sunt ponderis, neque ab eis sine firmissimo licet fundamento recedere; vim tamen legis non obtinent; non enim promulgantur; cum tamen nulla obliget lex nisi promulgata. Idem p. 1. fol. 155. res 29. ledisma in summa tomo 1. de pænit. c. 13. diff. 7.

17 Regulæ Cancellariæ in foro non cogunt interiori, licet actus contra eas in foro sint exteriori nulli. Io: Valer. in Diffi. vtriusque fori u. donatio diff 6. n 2.

18 Cardinalium Decretum contra Regulares ad loquendum cum Monialibus accedentes obligat sub m. Duard. in Bulla Cænæ, l. 3. §. 8. q. 2. n 45.

19 Lex pænalis ad pænam non cogit subeundam ante iudicis sententiam, nisi

contra-

contrarium de legislatoris mente clarissime appareat. Neque vllam facere tenetur restitutionem, qui in causa est nequis pœnam soluat per legem impositam. Secus de pænis testamento appositis, quæ potius vim habent conditionis: proinde femina, cui si castè viuat, relictum est legatum, id non habet tutè impudicè si viuat. Qui per legem pœnalem ipso facto uoce priuatur actiua, & passiua, subire eam non tenetur cum infamia: quia ius ad famam conseruandam, iuri præponderat cuicunque humano. Diligenter tamen huiusmodi quærere tenetur dispensationem.

20 Num lex aliqua sub m. an veniali obliget dubio extante, valet quis mitiorem sequi opinionem; quia in dubio melior est conditio suam possidentis libertatem. Vide Ant Diana 2 p tract. 17 ref. 67. & 1. p. ref. 2 5. f 154.

21 Pænalis omnino lex, ob rationis identitatem, non ad alios extenditur casus, etiam si in secundo casu eadem concurrat ratio, seu maior, aut ipsius actus grauior malitia Sanch. de matrim li. 3 disp. 42 n 4. & Sà ex parte v. lex. n. 9.

22 Asserere quis probabiliter potest, omnem legem pænalem siue pure sit pænalis, v.g. quæ sic habet, qui arma portauerit, capitalem subeat pænam, exilij, &c. siue mixta, quæ iubet, siue prohibit, & pænam imponit: v.g. si sic habeat, Iubemus, & prohibemus, ne quis arma gestet sub tali pæna, &c. in cōscientia non obligare. Contrarium tutius tenetur. Diana 1 p. f. 152. Nau c. 23. n 55. Item Henric. de Gandauo tom. 1. quod lib. 3 9. 12.

23 Totaliter cessantibus incomenientibus, pro quibus lata fuit lex, & ipsa cessat. Itèm si sit inutilis. Item si casus nascatur, ad quem si legislator aduertisset legem non tulisset, vel casum excepisset. Item in casu scandali, infamiæ, aut metus in virum cadentis constantem; aut casus occurrat, in quo ratio dictet non seruandam; aut si clare sit iniusta; aut commune non concernat bonum; aut magnū afferat damnum; aut tandem si difficillimè obseruanda sit. Sà v lex, n. 1.

24 Quomodo vero, & quatenus obliget, standum omnino ad timoratorum, & communem interpretationem. Num vero ad mor. aut veniale obliget, coniectio fiat ex verbo præceptiuo, eg aui præcepta, vel ex magna proposita pæna. Idem num. 2. 3.

25 Statuente mortuo durat statutum. Non cessat lex per Capitulum condita sede vacante, nisi ab Episcopo successore reuocetur. Statuto etiam per principem confirmato statuentes contraire valent, modo in ipsorum sit potissimum factum fauorem; nam confirmatio est fauor quidam, cui licet renunciare. id n. 32. 33. 30.

26 Lege dicente non possit, non valeat, &c non ob id nullitas habetur actus; probabiliter. Loquens simpliciter statum, rem non comprehendit iuratam. Lege dicente, non gaudeat, aut, amittat non ipso iure amittitur quod habetur, sed iubet auferendum Idem ibi n. 28 29.

27 Posterior generalis, non derogat priori legi speciali, imo hæc per illam limitatur quatenus ei contrariatur, dato dicatur, non obstantibus quibuscunque. Item lege sequenti præteritum non tollitur factum, dato eius effectus ex futuro pendeat. Vide Nau. l. 3. cons. 1 de Cleric. non resid. & Sa ibi n. 21. 22.

28 Menti omnino est legis standum, etiam clarè contra verba: & mens intelligitur ex ratione expressa. Nau cons. de Paroch n. 2. l. 3. & Sa ibi n. 24.

29 Rationabilis consuetudo nulla tollitur lege, si sit certi loci, nisi eius mentio

Aequiuocatio,& Dian.2.p.tr.15.ref.25.f. mihi 225.

15 Iuramenta,blasphemiæ,& imprecationes,ex praua consuetudine non sũt p.m.aduertendi tamen huiusmodi consuetudinarii,quòd nisi diligentiam adhibuerint ad huiusmodi tollendam consuetudinem peccant mortaliter.

16 Principe prohibente,ne fiat iuramentum,si fiat,adhuc obseruandum; neq; ab eo relaxari quibit,sed ab Episcopo, Diana in Comp.v.Iur.n.5.& 6.

17 Non potest qui iurat in materia saltem graui,se obligare sub veniali tantum,n.7.ibid.Less. l.2.c.41.dub.9.n.96.

18 Qui facultatem dispensandi in iuramentis obtinuit, potest & iuramenta promissoria Deo facta dispensare probabiliter.Suar.de Rel.t.2.l.6.c.14,à n.19.

19 Qui alium ad iurandum inducit id,quod verum inculpabiliter putat,licet inducens verum non esse sciat,non peccat;non enim hic actiuum, aut passiuum adest scandalum,formale,aut materiale,Vide Hurtadum de Mendoza 2. 2. disp. 173.sect.16.§.199.

20 Vi Iubilæi valet Confessarius soluendi vsuras iuramentum dispensare,& iniusto extorta metu;item vota in alterius fauorem nuncupata, nondum tamen acceptata,Bosius de Iubileo sect.2.cas.6.n 4.Ant.Dian.5.p.f. 286.

21 Alii non licet persuadere ad iurandum id,quod verum quidem est,sed id ille ignorat:nisi iuraturus certo sibi persuadeat verum esse,& proinde sibi licitum esse iuramento affirmare.Hurtad.de Mendoza ibi sect.15.§.200.

22 Licet iuramentum exigere ab eo,qui forte falsum est iuraturus, modò nõ petatur ad falsum iurandum,& sufficiens causa petendi subsit, v.g. necessitas, Suarez de Relig l 3. de iuram c.15.n.10. (vtilitas petentis,&c.

23 Ad vota delegata potestas, etiã ad iuramenta adiecta contractui extenditur in quo turpitudo reperitur, v. g. soluendi vsuras,vel iniusto de torta metu vide sup hic n.20.

24 Probabiliter in promissorio iuramento paruitas datur materię à lethali excusans si transgrediatur: at in assertorio non datur. Dian. in Comp.iuram n 13.

25 Quodcunque iuram.Deo factũ,votum includit;quippe huiusmodi iuram. votum censetur iuramento firmatum: & proinde si votum Papæ sit reseruatũ, item & iuramentum, v.g. si de statu sumendo Religionis, vel castitatis fiat iuramentum.

26 Iuramenta metu,aut dolo contractui adiecta inualido,& à iure reprobato,in conscientia probabiliter obligant,& relaxatione indigent,nã talia nul o iure irritãur iuramenta. Nota iuramentum fictæ adiectum promissioni verã non inducere obligationem. Idem ibi n.10.& 9 vide 5.p.to.14.fol.mihi 342.

27 Per creaturas iurare,in Deum nulla facta relatione, peccatum est graue, neque propriè est iuramentum. Em.Sà Iuram n.2.Nau.c.12.n.5.

28 Falsum iurare,etiã sine iurandi animo est mort.Item promittens sine promittendi animo, addito iuramento: Quippè ipsum obligat iuramentum sine animo se oblihandi factum,modò iurandi adsit intentio.

29 Fraude ad iurandum inductus,quam si nouisset, non iurasset,non tenetur. At vi extortum iuramentum de re non illicita obligat, sed facile per superiorẽ relaxabitur,aut si sit de ineundo factum matrimonio, ui,aut metu extortum.

30 Ad

30 Ad carcerem redire iurans; redeat[nisi iniquè detineatur]etiam vitæ existente periculo, Sà n.4.n.9.& 11. Less.l.4.c.42.dub.6.

31 Maiorum iuramento Ciuitas tenetur, non iuramenti vi, sed pacti,& fidelitatis, ob id nisi seruet periura non censetur; quia iuramenti est personalis obligatio. Qui alterius factum iurat; nisi faciat, ipse facere non tenetur, at sufficit vt faciat, curare. Qui certo iurauit tempore quid facturum: eo transacto faciat, nisi debito fecerit tempore: modo tamen ad illud solum tempus respectum non habuerit. Eatenus tantum iuramenti extenditur obligatio, quatenus se obligare intendit, qui iurat, imo ad ea, de quibus si cogitasset non intendisset, non tenetur. Neq; item obligatur, si id accidat, quod si tempore fuisset iuramenti, iurare temerarium fuisset, n.12.13.15.16.

32 Matrimonium iurans puellæ, ad copulam extorquendam, tenetur, etiam fictè iurans, conditione admodum dispari non extante, tunc enim decipi voluisse puella censetur.

33 Per procuratorem fieri valet iuram.& obligat, ac si per se factum fuisset.

34 Implere tenetur iuramentum Religiosus post iuramentũ factus, si potest, & nisi voti habeat naturum, vt cum fit ad Dei honorem, Ibi id n 17 8.

35 De secreto obseruando iuramentum, intellige, nisi in tertii sit præiudiciũ, vel nisi detegere coactus fuero, Fum. v. Iur. n.25.& Sà ibi n. 23.

36 Non petere iurans iuramenti dispensationem, aut voti, vel optenta non vti, id Superiori indicet ratione id postulante, quo dispensante, sine scrupulo dispensatione vtatur. Obligare videtur iuramentum Deo saltem actum, nullo signo exteriori emisso, sed interiori tantum animo; vt & votum; secus de homini facto iuramento, Ibi Sà, n.37.

37 Qui vrbanitatis iurauit gratia, v.g. non ibo, non faciam, accipiam,& id genus, si faciat, eat, &c. iuramenti non habetur fracti reus, n. v.t.

38 A se factum iuram. ad Dei gloriam, quisque in rem clare meliorem, vel æqualem commutare valet. Item necessitate quis valet vrgente, qua Superior adiri non valet, violare iuramentum, eo putans casu non teneri. Nulla valet iuramenti dispensatio sine causa facta. In iis casibus, in quibus votum Papæ reseruatur,& iuramentum item eidem censetur reseruatum: v.g. Castitatis, Relig. &c. Idem ibid. n.34 35.36.& n.33. Vide Azor. c.9. q.6.

39 Præterea principum,& Collegiorum publica iuram. Papę reseruantur. Iusta de causa, etiam in iuramento tertii fauorem spectante Papa dispẽsare valet. Ibi Sa n.33. Azor. c.9. qu.4.

40 Filii valet pater irritare iuramenta, voti speciem habentia, vt & ipsa potest vota; & quicunque subditorum valet iuram. irritare, de rebus sibi subiectis facta. Item in sui fauorem factum iuram. quisque tollere valet, Mol disl.149 col.4.

41 Infidelium possunt iuramenta peti,& recipi, licet per falsos facta Deos, iusta id causa postulante, vt sup. hic n.22.

42 Per se grauius est periurium homicidio; secus respectu damnorum, Sà ibi. num.26.

43 Qui punire aliquem iustè iurauit, adimpleat, nisi id maiori obstet bono, aut causa non sit adimplendi sublata. Ex ira facto iuramento, aut vindicta, nemo tenetur, Regin. l.18.n.56 apud Bon.t.2.f. mihi 269.n.3.

44 Ad iurantis successores obligatio non transmittitur iuramenti. Cōtractus vero obligatio, supra quo iuramentum cadit, hæredes obligat, si sit validus, Sāch. In opere Mor. l. 3. c. 13. n. 1. Suar. l. 2. de Iuram. c. 31. quòd si non obseruent peccant quidem non periurij peccato, sed iniustitiæ cum oblig. restituendi, Ita ibi à D. D. ibi cit.

45 In dubio iuramentum strictè est interpretandum, quantum verba patiuntur: proinde qui non lusurum iurauit, nisi omninò à ludo abstinere intenderit, adhuc modice, & recreationis causa ludere valebit, de ludo enim præsumitur illicito iurasse. Idem de vouente, Nau. c. 12. n. 11.

46 Laica non valet potestas in iuram. dispensare. Condonare, vtiq; valet id, supra quo iuram. cadit, quo remisso, & destructo, & ipsum cessat iuramentum, vt pote accessorium. Imo quicunque id valet in iuram. sibi & in suum fauorem præstito, Mol. disp. 149. Fill. tr. 25. c. 9. quæst. 11.

47 Si circa rei promissæ substantiam error contingat, aut dolus, iuram. non obligat. Item non obligat si error, vel dolus circa versetur causam finalem, Suar. de iuram. l. 2. c. 11. n. 7.

48 Non puber iurare in iudicio non cogitur, imo in criminalibus non admittuntur 20. annorum ætate minores. Item periuri non admittuntur.

49 Cum animo non adimplendi factum iuram. obligat, Vide pro primo Bon. t. 2. f. 264. n. 1. pro secundo, Vide Azor. 1. p. l. 11. c. 4. qu. 2.

Iurisdictio.
Vide Censura, Dispensatio, & alibi.

1 TRia iurisdictionem dant ordinariam, vid. Canon, Priuilegium, & consuetudo. Concessa iurisdictione, & ea videntur omnia concessa, quæ necessaria sunt ad iurisdictionem exercendam; neque ablata censetur iurisdictio litteris non præsentatis reuocatoriis iurisdictionis. Petr. Bell. v. iurisd. n. 4. 6.

2 Iurisdictionis maioritas, dignitatis arguit maioritatē, & præminētiæ. n. 11.

3 Item dat tacita ratihabitio iurisdictionem. Publica iurisdictio valide exercetur à secreto excomm. susp. & interd. dato illicite fortè (nisi necessitas cogat) exerceatur. Sa in Aphor. Confess. v. Iurisdictio n. 1.

4 In casu particulari delegata iurisdictio, morte expirat delegantis, re integra, & mortis notitia delegantis ad delegatum delata. Quando nulla fit ab ullo contradictio, iurisdictio vbique, & semper exerceri valet, etiam extra territorium: huiusmodi enim uoluntaria censetur iurisdictio. idem ibi per totum.

LAICVS.

1 LAicus ad eligendum fieri nequit per Clericum procurator. Neq; Episcopi valet fieri Vicarius, saltem in rebus spiritualibus, quę laico cōmitti nequeunt. Episcopi temporalem habentis iurisdictionem, laicus esse valet,

valet, quoad temporales causas, vicarius, Vide Fum. in Summa Aur. v. Laicus num. 1, 2. & 3.

Legatum.
Vide Testamentum, Legitima.

1 Legato aliquo in genere, vel specie, de mediocribus detur, v. g. legato boue, vel oue, tritico, &c. Re legata de qua lis oriatur, sumptibus litigabitur hęredis. Ad pias legatum causas, priuilegio gaudet relicti Ecclesię.
2 Per legatum creditori factum, in dubio de legantis intentione in compensationem censetur debiti factum. Legatum in communi pro pauperibus, tutè Ecclesiæ dabitur fabricæ, si sit pauper. Etiam sine hæredis institutione validè fit legatum, Fum. v. Leg. n. 24. 21. à v, Legat. n. 46. & 47 49. 50. & 51.

3 Per legantis manum vltima scripta voluntas ad pias causas, tenet, vel coram testibus non publicata. Legata valent pia à laico peti per legatarium corã Episcopo, vel Ecclesiastico iudice. Legante à legatario magna affecto iniuria, v g. per vxoris relictæ construpationem legatum amittitur, at iudicis expectanda condemnatio, Sà u. Test. n. 4. & u. Leg. n. ult. in fine.

4 Factum legatum, ut quis cum aliqua matrimoneat, datur etiam alia ducta, aut Religioso legatario facto, vel si per eum non steterit, quin talem duxerit, aut mortua ea, talis enim legantis uidetur intentio. Mille si uxorem ducas legatis, & centũ si Clericus fias, adhuc probabiliter mille Clericus habebis. Item ut uestem emas legatum, ueste non empta habebis Item ut possis nubere legatum, habebis, uel non nubens. Si uerò pro dote legetur, nisi nubas, in simile uertetur opus, Sà ibi n. 3. 7. 38. & 39.

5 Legatum ut cuidam nubas, si ille nolit, & postea uelit, habebis etiam non nubens ei, sed alii. Legatum alicui cum ad annos u. g. 30. peruenerit, si ante moriatur hęredibus dandum. Alicui uiduæ legatum relictum quamdiu uidua erit, & post eius mortem, tibi, si nubat statim fit tuum, n. 40 41 & 42.

6 Alicui legatum si castè uixerit, si nubat non ammittitur. Legatum verò si honestè, & pudicè uixerit, nisi per copulam amittitur carnalem, non per amplexus, uel oscula probabiliter, Fum. u. Leg. n. 34. Mol. disc. 208. col. antepenult.

7 Legatum conditionaliter, de non nubendo, in ea, quæ nunquam nupsit, & consũmauit, aut de iuxta alterius uoluntatem nubendo, nisi sit uidua, dabitur uel non adimpleta conditione, nam huiusmodi reiicitur per legem conditio. Si dicatur sic, si cum consilio talis nupserit, petendum consilium, licet non necessario tenendũ Sà ubi sup. n. 35. Vide Mol. disp. 207.

8 Ad legata pro rata hæredes tenentur, Sà ibi n. 28.

9 Quando rem quis alienam scienter legauit, hæres ualorem det. Item si ignoranter legatur coniunctæ personæ, aut piæ causæ, Sà ubi sup. n. 30.

10 De piis legatis falcidia non detrahitur, nisi id testator dicat, aut prius esset hæres institutus, imo neque Trebellianica. Vt quis incapax legati succedat, sufficit ut mortis sit tempore testatoris, capax. Vide Fum. u. Legatum n. 39. & Sà ibi n. 25.

11 Nisi sint magna, ualent legata nato filio post testamentum, uel si ualere uoluisse

voluisse mens testatoris præsumatur. Res legata per ipsum testatorem tradita ; inter viuos fit donatio, Sa n. 25. & 26. v. Legatum.

12 Factum Ecclesiæ legatum, de Parochiali intelligi debet, nisi aliud exprimatur.

13 Quo vero ad quartā legatorū piorū Episcopo dandā, consuetudo seruetur.

14 Dato testamentum sit nullum defectu solemnitatum non naturali iure requisitarum, legatarius tute retinet. Spurio ratione alimentorum legari potest ; item dotis, at eo mortuo ad patris redit hæredes. Secus de naturali facto legato, ad huius nanq; hæredes transit.

15 Perpetuò exuli legari non potest. In legitimam computandum filio factū legatum. Annuum legatum peti in principio valet anni ; de legantis voluntate alio non apparente, Vide Sa, v. Legatum, n. 17. & v. Test. n. 3. item v. Legat. num. 16. 17. 19.

16 Casu fortuito hæreditate minuita, legata item minuenda, pro rata.

17 Legato crescente, legante uiuo, legatario crescit, u. g. fætus gregi legato natus, uel agro additum per aquarum impetum. si uero pecunia, uel equus legetur, acquisitum per ea ante hæreditatem aditam, non fit legatarij. Veste legata, ea detur, etiam plus ualens quàm testator putabat, aut minus. Vestibus domi existentibus legatis, dandæ etiam apud amicos, &c. extantes. Sa u. legatum. n. legatum. n. 9. 10. & 11. 21.

18 Conditio in legato apposita ut nubat, si nequeat sine dispensatione reiicitur, ut impossibilis de iure. Item contra bonos conditio mores, pro non adiecta habetur.

16 Accessorium sequitur principale legatum, etiam legato preciosius. Sa legat. n. 7. 12.

20 Legatario leganti præmortuo, nihil debetur. legatum etiam per nutum reuocatur testatoris, uoluntatem reuocandi exprimentem. Item nutu fit legatum, ut & testamentum.

21 Qui testari nequit, ita neque legare. Sa u. legat n. 4 8. 5. & 6.

22 Ad usum profanum legatum, laicus valet Princeps absolutus in aliud pium, uel profanum commutare opus. Item Episcopus, si non potest adimpleri : imò pecuniam in usum pium non admodum necessarium destinatam, in alium ualet magis pium commutare Vide Sa ibi n. 1. & 23.

23 Papa, & supremus valet princeps testatoris vltimæ derogare voluntati, præsertim ex causa vel si imprudenter fuit dispositio facta, ibi, & Couar. c. cum tua, de sent. 4.

24 Ad vsum pium legatum Summus valet Pont. in alium æque pium conuertere, Episcopus, in magis pium ob necessitatem, & æque pium, & legitima causa, & consentiente hærede. Vide Sylu. legatum 4. n. 11. & 12.

25 Regularibus facta legata ad certum vsum, Prælati valent Religionis in alium permutare, ligantium scandalo præciso. Rodriq. t. 1 q. 27.

26 Legatum S. Marię u. g relictum indeterminatè, si sint plures Ecclesię, pauperiori dandum, uel Parochiali, si sit huius nominis, licet ditiori, aut Cathedrali.

27 Religioso factum legatum, expressa iniecta conditione, vt dominium, &

& eius proprietas ad Religiosum spectet tantùm, non tenet; cum huiusmodi vt turpis conditio reiiciatur,& pro non adiecta habeatur,neq; legatum vitiat, imo ipsa vitiatur. Item Religiosus quodcunque legatum, superioris absque licentia, acceptans,mort.peccat. Idem de donatione. Vide P.Bell.v.Legat.n.2.& Mol.t.1. de iust. disp.140.

28 Minoribus relictum legatum in perpetuum pro eorum victu nullũ tenet; pro templi ornamento,fabrica,aut Sacristiæ paramentis,tenet.Præterea,ad minus decennium factum ipsis fratribus pro victu legatum,tenet,Bell.n.8.

29 Nota professo Religioso factum legatum,qui ante professionem,sua quecunque bona quomodolibet sibi spectantia,tum præsentia,tum & futura,in fauorem amici laici renunciauit,non ad sæcularem laicum spectat, sed ad Monasterium talium bonorum,vel legati capax;non enim hoc beneficium in Religionis præiudicium alii renunciare potuit.Pro his omnibus à n. 25. vide P.Bell. ibi per totum.

30 Legatum intra annum Caio dandum,si ipse,eo non elapso,moriatur,& legatum pia sit mente factum,ita vt nisi ei relictum fuisset, alii legans reliquisset, dandum est pauperi,vel pium conuertetur in opus,de Episcopi licentia. Secus de legato non pia mente facto,sed profano. Si dubitetur, num pro anima fuerit factum,de licentia Episcopi,id vt sup est faciendum, in fauorem nimirum Religionis,Fum.v.Leg.n.7.Pal. cap. nos quidem.

31 Ecclesiæ tali tot relictis Aureis,sub condit.si ibi sepeliatur, si v.g.ob excommunicationem sacro non donetur loco,vel aliam ob prop.culpam,adhuc illi Eccl.dandum est legatum.

32 Alicui relictum ut se quocunque anno nouis induat vestibus, nisi se induerit,& ob id accumulare lucrum intenderit, neque exegit ab hæredibus per quatuor v.g.annos elapsos:si nunc totum exigere conetur legatum, etiam pro annis elapsis,non habebit,imputet enim sibi oportet,quia non exegit, vel saltem petiit singulo quoq;anno ad se vestiendum;excipe nisi ob pium fuerit respectum factum legatum,vel in animæ suffragium,Fum.ibi n.10.

33 Qui importunitate fieri sibi obtinuit legatum, quod alteri relictum erat in testamento,licet forte peccet id ex odio,vel auaritia agens,ad rest.tamen non videtur adigendus,nullum enim alteri ius erat acquisitum, nisi id dolo, mendacijs,aut vi fecerit,id.ibi n.22.

34 In genere factum legatum,v.g.relinquo agrum;vel domum tali, si plures habeat agros,vel domos,derisorium videtur,nec tenet;sed in specie fiat oportet specialissima,Idem ibid.n.23.

35 Legante aliquo certos Aureos,quos in tali dicit scrinnio se habere, v.g. centum,& non fuerunt nisi quinquaginta reperti, non dandi nisi reperti tantum: & pluribus existentibus legatarijs,eis pro rata diuidatur. Idem de vino,aut oleo, quæ in tali uase reperiuntur. Item,si legans erret in nomine, aut rei legatę demonstratione,modò de intentione constet,non pręiudicat legatario, sed mens tenenda,Ibi n.25.

36 Legante dicente,Lego tibi decem,quia tale mihi contulisti beneficium, tenet legatum, dato nullum contulerit leganti beneficium. Secus de sub conditione facto legato,n.25.

37 Le-

37 Legaris tibi centum, & si ea ludo perdideris, alia centum, si perdes alia non habebis. n.29.

38 Ioanne petrum usufructuarium talis fundi relinquente, donec Ioannis filius ad 10. annorum ætatem perueniat; petrus usufructuarius ad illud usque durabit tempus, dato filius Ioannis legantis intra annum morte eripiatur. Quod si petrus intra id temporis moriatur, iam usufructus expirat.n.30.

39 Legatis alimentis, dabitur & uestitus, lectus, habitaito, &c. sine quibus quis viuere homo nequit. Ad disciplinam uerò pertinentia non dabuntur. n.31.

40 Relicta uxor domina, & mariti defuncti usufructuaria, sine obligatione rationem reddendi ullam, adhuc reddere tenetur, licet non scrupulosam:neque de leui,aut leuissima culpa tenebitur,de dolo verò,& lata,vtique, n.32.

41 Qui loco legati aliud melius facit, non aliud sed idem facere censetur, quod legatur.

42 Legata non certæ facta personæ,nisi soluantur,cogere executores valent testamenti hæredem ad soluendum.Item certæ facta personæ, sed petere iudicialiter non valenti,vel ad pias causas.Secus si alii fiant personæ, quæ nisi ipsa instet executor cogere hæredem non valet ad soluendum,Fum. vbi sup. n.57.

43 Legans aliquid legandi non expressa causa,vel eo cui legat, pium censetur legatum, videl.pro anima sua legasse. Consanguineo factum legatum causa non expressa,non ob id pium censetur,n.46.

44 Legatum peti nequit nisi hæreditate adita;fallit si ad pias fiat causas,n.40

45 Legatum mortuo factum,quem legans viuum putabat,caducum est, n.42.

46 Dicente testatore,tibi centum lego si Petro nupseris, casu quo Petrus tuis non sit nuptiis dignus,& ob id alii nubas,adhuc legatum habebis Item si dicat, modo ad arbitrium talis nubas,habebis,dato rationabiliter ad eius arbitrium nō nubas;nam perinde est,ac si huiusmodi non apposita conditio fuisset,id num.39. Cætera vide sup. de contractibus,& infra de testamentis.Nota me ad iuris Cōsultos quædam consulto relinquere,parum ad meum instit.spectantia.

Legitima.

Vide Filius,Legitima, Parentes.

1 PEr testatorem filii,&c.nequit legitima grauari,nisi in filii vtilitatem, aut propter debita,vel filii consensum.Idem de dote, nisi legitimam excesserit.Item filius eam alienare prohiberi valet,ad tertiam vsque generationem,Sa v.Legit.n.10.

2 In legitimam computatur filio facta donatio propter nuptias, vel vt fiat Sacerdos.Ex donatione Ecclesiæ facta,filiis debita legitima detrahitur, si post illam fuerint nati;neq;in totum reuocatur,saltem probabiliter. Patre in Religione professionem emittente,statim danda filiis legitima,neque eius mors expectanda naturalis,sed ciuilis sufficit,nempe per professionē,Less.l 2.c.41.d.10

3 Patris donatio ab initio valida,in legitimam regulariter non computatur; bene quę morte confirmatur patris;item dotis,& donatio propter nuptias; aut pro filii liberatione à delicti imposita pæna.

4 Ob

4 Ob patris hæresim damnati, filij legitima priuantur. Secus ob eius læsæ maestatis crimen, secundum aliquos. Vide Em. Sa u. leg. ibi per totum.

5 Dotata filia legitimæ valet supplementum petere, nisi ei expresse renunciauerit. At omnia ei data à patre occasione matrim. sunt computanda, præter ad quotidianus usus solitas vestes. Nulla per metum facta valet renunciatio legitimæ, vel iuramento addito. Imo filius hæreditatem renuncians etiam addito iureiurando, adhuc petere legitimæ valet supplementum; & hæredes, nisi ipse petat, petere iure valebunt, etiam extranei.

6 Statuto tolli filiæ nequit legitima; statui quidem valet vt sufficienti sit dote contenta, citra magnam tamen læsionem. statuto item probabiliter tolli valet legitima, saltem ob causam; at non alimenta, & dos.

7 Pluribus quam quatuor filiis existentibus, legitima erit bonorum dimidium, quæ solutis remanent debitis defuncti, cum funeris impensis. Nisi uerò sint plures quatuor, tertia tantum erit pars; filijs mortuis, nepotibus idem debetur nempe filiorum filiis. A matre filiis etiam naturalibus debetur, non item spuriis. Item parentibus a filiis filios non habentibus debetur legitima. Nota si quis infamem instituat hæredem relicto fratre non ingrato, ex parte patris, legitimã fratri fore debitam. Quod si nihil ei in testamento relinquatur, nullum erit: si minus legitima, supplendum. Pro supradictis omnibus de legitima videndus omnino. Em. sa ibi, breui quidem, at succoso admodum compendio.

Lex.
Cap. I.

1 HVmanæ leges ut vim obligandi habeant, à populo generaliter loquẽdo, acceptari debent, alioquin nimis forent onerosæ. Excipio Pontificis Summi leges, qui a Deo immediate accipit iurisdictionem. Quæ tamen si adhuc per contrarium fuerint usum abrogatæ, non amplius vim optinent obligandi: at primi non acceptantes forte peccauerunt. Vide Dian. 1. p. tract. 10. res. 1. f. mihi 146.

2 Dubio extante an lex sit acceptata, necne, valet quis sua uti libertate, & hoc tute Ad hoc autem ut lex non obliget, sufficit eam non obseruari, etiam id principe ignorante. Ibi res. 3. fol. 147.

3 Quæcunque lex, nisi aliud exprimatur, lata sub tacita censetur conditione, si populus acceptet. Item lege lata, licet pro ea reuocanda supplicationem porrigere, & interim eam non obseruare, quatenus suam legislatori declaret voluntatem.

4 Ad hoc, ut per non usum lex abrogetur, certum aliquod non requiritur tempus, imo contrarius sufficit vsus, & actus legi contrarius, u. g. bis uel ter iteratus, sciẽte & nõ cõtradicente legislatore, vel puniente. Idem. ibi res. 4. 6. & 7.

5 Vt Pontificiæ obligent leges, non requiritur, ut in vnaquaque promulgentur prouincia, imo Romæ sufficit publicari: quæ tamen nisi a duobus post promulgationem mensibus non obligant. Resol. 8. f. 148. & 5. p. tract. 14. res. 25. f. 358.

contrarium de legislatoris mente clarissime appareat. Neque vllam facere tenetur restitutionem, qui in causa est nequis pœnam soluat per legem impositam. Secus de pœnis testamento appositis, quæ potius vim habent conditionis: proinde femina, cui si castè viuat, relictum est legatum, id non habet tutè impudicè si viuat. Qui per legem pœnalem ipso facto uoce priuatur actiua, & passiua, subire eam non tenetur cum infamia: quia ius ad famam conseruandam, iuri præponderat cuicunque humano. Diligenter tamen huiusmodi quærere tenetur dispensationem.

20 Num lex aliqua sub mortali an veniali obliget dubio extante, valet quis mitiorem sequi opinionem; quia in dubio melior est conditio suam possidentis libertatem. Vide Ant Diana 2 p tract. 17 ref. 67 & 1. p. ref. 25. f 154.

21 Pœnalis omnino lex, ob rationis identitatem, non ad alios extenditur casus, etiam si in secundo casu eadem concurrat ratio, seu maior, aut ipsius actus grauior malitia Sanch. de matrim li. 3 disp. 42 n 4. & Sà ex parte v. lex. n. 9.

22 Asserere quis probabiliter potest, omnem legem pœnalem siue pure sit pœnalis, v. g. quæ sic habet, qui arma portauerit, capitalem subeat pœnam, exilij, &c. siue mixta, quæ iubet, siue prohibit, & pœnam imponit: v. g. si sic habeat, Iubemus, & prohibemus, ne quis arma gestet sub tali pœna, &c. in cōscientia non obligare. Contrarium tutius tenetur. Diana 1 p. f. 152. Nau c. 23 n 55. Item Henric. de Gandauo tom. 1. quod lib. 3 9. 12.

23 Totaliter cessantibus incommenientibus, pro quibus lata fuit lex, & ipsa cessat. Itèm si sit inutilis. Item si casus nascatur, ad quem si legislator aduertisset legem non tulisset, vel casum excipisset. Item in casu scandali, infamiæ, aut metus in virum cadentis constantem; aut casus occurrat, in quo ratio dictet non seruandam; aut si clare sit iniusta; aut commune non concernat bonum; aut magnū afferat damnum; aut tandem si difficillimè obseruanda sit. Sà v lex, n. 1.

24 Quomodo vero, & quatenus obliget, standum omnino ad timoratorum, & communem interpretationem. Num vero ad mort. aut veniale obliget, coniectio fiat ex verbo præceptiuo, vel graui præcepta, vel ex magna proposita pœna. Idem num. 2. 3.

25 Statuente mortuo durat statutum. Non cessat lex per Capitulum condita sede vacante, nisi ab Episcopo successore reuocetur. Statuto etiam per principem confirmato statuentes contraire valent, modo in ipsorum sit potissimum factum fauorem; nam confirmatio est fauor quidam, cui licet renunciare. id n. 32. 33. 30.

26 Lege dicente non possit, non valeat, &c non ob id nullitas habetur actus; probabiliter. Loquens simpliciter statum, rem non comprehendit iuratam. Lege dicente, non gaudeat, aut, amittat non ipso iure amittitur quod habetur, sed iubet auferendum Idem ibi n. 28. 29.

27 Posterior generalis, non derogat priori legi speciali, imò hæc per illam limitatur quatenus ei contrariatur, dato dicatur, non obstantibus quibuscunque. Item lege sequenti præteritum non tollitur factum, dato eius effectus ex futuro pendeat. Vide Nau. l. 3. cons. 1 de Cleric. non resid. & Sa ibi n. 21. 22.

28 Menti omnino est legis standum, etiam clarè contra verba: & mens intelligitur ex ratione expressa. Nau cons. de Paroch n. 2. l. 3. & Sa ibi n. 24.

29 Rationabilis consuetudo nulla tollitur lege, si sit certi loci, nisi eius mentio

142. Vt præcepto satisfiat intentio non requiritur satisfaciendi, sed opus præceptum præstandi, v.g. sufficit qui die festo Missam audit, Missam intendat audire, licet per aliam auditionem satisfacere intendat, non vero per præsentem, vide quæ sup. de festo Sanctificando. pro his omnibus à n.41. vide Bon t. fol. mihi 52.53. n. 1.3.8 & 2. Azor. p. 1. l. 7 c. 6 q. 1. Henr. l. 9. c. 25. n. 5.

Lex irritans.

Cap. II.

Acta contra legem irritantem ipso facto, sunt nulla: etiam si legem irritantem agens ignoret, & bona agat fide, adhuc enim nulliter facit, at nihil peccat; proinde matr. est nullum, etiam ab ignaro legis irritantis celebratum, si absque Parochi celebretur, & testium præsentia; & sic de reliquis. Less. l. 2. de iust. c. 17. dub. 6. Sal. de leg. disp. 16. sect. 4. num 6.

2 Item qui bona obtinet fide beneficium, per pactum simoniacum, quod ipse ignorat, pote quia à parentibus appositum fuit eo inscio, nulliter obtinet, dato nó quicquam delinquat, cum bona fide excusante. Neque huiusmodi acta per legē irrita obligant in conscientia. Sanch. l. 1. de matr. disp. 7. n. 16.

3 Actus vero qui contra legem prohibentem fiunt, neque irritantem tenent; multa quippe fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Neque si per legem prohibeantur naturalem ideo nulliter fiunt; v.g. Qui sponsalia cum vna inierat, valide cum alia matrim. celebrat, licet illicite agat, & id per legem prohibeatur naturalem. Salas disp 16 sect. 5.

4 Item actus sine solemnitate, vel forma substantiali à lege requisitis celebrati, sunt in vtroque foro nulli. Vide Bon. t. 2. de legib. f. 46. mihi n. 14. Suar. l. 5. c. 32. n. 7. Vide etiam Mol. tract. 1. de iust. disp. 81.

Cætera de Lege.

Cap. III.

1 Non omnes leges humanæ in conscientia obligant, sub saltem mort. vt patet de venationem vetantibus, aut pisc. sine proximi damno. Idem de armorum delationem prohibente noctis tempore, sine periculo, scandalo, & sine prælio. Præter ea legislator, præsertim ciuilis, sub lethali obligare non intendit. Clauis Regia l. 3. c. 7. n. 1. Suar. l. 3. c 27 & lib. 5. c. 4 num. 2.

2 Lex Eccles. sub censura aliquid præcipiens ipso facto incurrenda, ipso facto incurritur, etiam vllam ante iudicis sententiam, ad pœnam condemnatoriā; ad differentiam aliarum legum penalium ciuilium, vel Ecclesiasticarum.

3 Realem

3 Realem soluere tenetur pœnam hæres delinquentis, si fiat condemnatio; secus de corporali pena. Parere non tenemur humanę legi, si Diuinæ legi, vel naturali obuerfetur, aut communi bono Bon. t. 2 f 34 n. 9. N. c. 23 n. 67.

4 Legibus parere tenemur, & sententijs, illius qui tyrannus solo est regimine & administratione, si iuste regnum habeat. Quod si iniuste sibi vsurpauerit, aut per vim, obedire tenemur ei, quamdiu pacifice regnum possidet, & Respublica non resistit: alioqui sequeretur christianos in Turcarum terris nullis debere legibus obtemperare, cum Turca Regni sit vsurpatione tyrannus Less. l. 2. de iust. c. 29. dub. 9. n. 70. Salon. 22. q. 6. ar. 6. Salas de legib. disp. 11 sect. 3. n. 14.

5 Religiosi legi subduntur ciuili contra libertatem non militanti Ecclesiasticam, sed bono publico latæ. Præterea legi contractus irritanti, nisi tali modo fiunt. Præterea, rerum pretia taxanti, venationem prohibenti, aut tritici extrationem extra Regnum. Delinquentes tamen per laicum nequeunt Iudicem puniri. Mol. t. 2 de iust. disp. 31 concl. 6. Bell. as, lex n. 8.

6 Lex de nouo lata, priuilegijs insertis in corpore iuris communis non derogat, positis quibuscunque derogatorijs clausulis generalibus; sed de illis facere specialem debet mentionem. Mirand. t 1. Man. q 45. Artic. 6.

7 Publice Prælato suam legem non obseruante, abrogare censetur; secus si priuatim, & secretè, vel si pro aliqua vice, vel iusta causa tantum id agat. Petr. Bell in Prompt. lex. n. 3. & Peyr. t. 1. de Prælato. q. 1. c. 8.

Libri, Vide hæresis, hæreticorum libri.

1 PRo impressione libri de reb Sacris non agentis, nomen non requiritur auctoris.

2 Addere quid parum dum imprimitur liber, non est p. m. si iam liber fuit approbatus Vide Mart. Bon. t. 3 disp. 2 q 2. p. 16. n. 8. 9.

Licentia.

1 TAcita superioris licentia, vel prudenter præsumpta requiritur, & sufficit ad hoc vt Religiosus teneat, accipere, dare, & innoxie expēdedere possit, & hoc regulariter; nam taciti & expressi eadem est ratio, & virtus. Excipe, nisi superior nihil præceperit dari, vel accipi, &c. sine ipsius expressa licentia. Vide Cordubam in Summa quæst. 169. Rodr. t. 2. c 3 1. n. 7.

2 Non semper tacitè consentit, si sciat & taceat; quippe id vel ex inoditia, proterua, vel propria oriri potest pusillanimitate: neque quicquam licentia suffragatur importunitatibus extorta, metu, fauore, aut dolo. Præterea, licentia Prælati in iis, quę sunt contra ius nulla prodest, nisi is in iure dispensare queat. Vide Graff. 1. p. decis. l. 3. c. 9. à n. 4. Sanch. 7. in Decal. c. 19. à n. 16. Vide Bell in Promp. Reg. licentia n. 5.

Loca-

Locatio, vide conductio suum relatiuum.

Ludus.

1 LVdo ludens prohibito, pecunia credita, in notabili quant. soluere non tenetur in conscientia, cum leges petere solutum concedunt saltem de iure comm. secus si aliqua in contrarium loci sit lex non repetendi, nam eo casu neque exceptio non soluendi conceditur: vel nisi ludentes huic beneficio renunciauerint, nisi soluere iurauerint, solutum tamen tute retinetur. Diana. 2. p. f. 26. ref. 8.

2 Religiosi, vel Clerici Sacris initiati ludo frequenter vtentes vetito probabiliter peccant mortaliter; vetatur autem taxillorum, & alearum ludus. Idē 1. p. tract. 11. ref. 21. fol. 93.

3 Voto adstrictus ad non ludendum, aut aliqua lege, si per totam noctē continuate ludat, & cum multis, semel tantum lethaliter peccat 4. p. f. 98. ref. 45.

4 Pupillus, aut minor qui perdidit ludendo, vel alio contractu se soluturum promittens, soluere non tenetur, sed legis vti potest priuilegio, quæ repetere concedit solutum, nullo soluendi facto iuramento. Solutum vero tutè à collusore retinetur donec repetatur. Quod si vitio iudicis repetere, aut recuperare nequierit, clam recompensare non prohibetur, aut palam. Idem. 3. p. tract. 5. ref. 44. fol. 160.

5 Filio familię multum perdere non valente. & in magna quantitate lucrāte, restituendi non adest obligatio, prȩsertim collusore eius sciente conditionem cecisse enim videtur iuri suo, & volenti & consent. non fit iniuria p. 1. tract. 8. ref. 67. f. 123. Sayr. in Claui Reg. l. 11. c. 12. n. 9.

6 Domum Palam ad ludendum alea exponens, in p. m. permanet, donec desinat. Imo ludentibus non restituentibus si teneantur, restituere in conscientia tenetur. Zanardus in direct. Theol. p. 2. præc. 3. c. 28.

7 Qui ludendo aliquid lucratur, ludo etiam vetito, si postea à collusore minis ad pergendum in ludo cogatur, & nedum, perdidit quod lucratus fuit, sed & maiorem perdidit quantitatem, probabiliter cogere non potest collusorem ad sibi id restituēdum; nam alter, qui cum coegit propriè causa non fuit damni, namque & perdendi se periculo exposuit, cum sine fraude luserit, vt suppono; Lex. l. 2. c. 26. dub. 2. n. 9. Mol. de iust & iure tract. 2. d. 515. n. 2.

8 Qui in sponsione maius exposuit capitale quam alter, qui minus exposuit acceptare valet sponsionem, & plus lucrari τ modo alter id scienter agat, nam scienti, & volenti non fit iniuria. Bon. de contr. d. 3. q 3. p. 2. n. 19.

9 Qui cum animo repetendi perditum, vel non soluendi, vt leges concedunt, ludit, lucrari non valet, & lucratus, soluat oportet. Sa v. lud. n. vltimo.

10 Relig. professus, si exposita ludat pecunia superiore non concedente, lucrari nequit, neque enim perdere quibat. Idem de filio fam. nisi collussor eius sciuerit, vt sup. conditionem. Si tamen huiusmodi aliquid in potestate, vt solet, habent, lucrari tunc vt que valent, & perdere, cum adesse tunc Patris, & superio-

ris

3 Realem soluere tenetur pœnam hæres delinquentis, si fiat condemnatio, secus de corporali pena. Parere non tenemur humanæ legi, si Diuinæ legi, vel naturali obuersetur, aut communi bono. Bon. t.2 f 34. n. 9. N. c. 23 n. 67.

4 Legibus parere tenemur, & sententijs, illius qui tyrannus solo est regimine & administratione, si iuste regnum habeat. Quod si iniuste sibi vsurpauerit, aut per vim, obedire tenemur ei, quamdiu pacifice regnum possidet, & Respublica non resistit: alioqui sequeretur christianos in Turcarum terris nullis debere legibus obtemperare, cum Turca Regni sit vsurpatione tyrannus Less. l. 2. de iust. c. 29. dub. 9. n. 70. Salon. 22. q. 6. ar. 6. Salas de legib. disp. 11 sect. 3. n. 14.

5 Religiosi legi subduntur ciuili contra libertatem non militanti Ecclesiasticam, sed bono publico latæ. Præterea legi contractus irritanti, nisi tali modo fiunt. Præterea, rerum pretia taxanti, venationem prohibenti, aut tritici extractionem extra Regnum. Delinquentes tamen per laicum nequeunt Iudicem puniri. Mol. t. 2. de iust. disp. 31 concl. 6. Bellas. lex n. 8.

6 Lex de nouo lata, priuilegijs insertis in corpore iuris communis non derogat, positis quibuscunque derogatorijs clausulis generalibus, sed de illis facere specialem debet mentionem. Mirand. t. 1. Man. q. 45. Artic. 6.

7 Publice Prælato suam legem non obseruante, abrogare censetur; secus si priuatim, & secretè, vel si pro aliqua vice, vel iusta causa tantum id agat. Petr. Bell in Prompt. lex. n. 3. & Peyr. t. 1. de Prælato. q. 1. c. 8.

Libri, Vide hæresis, hæreticorum libri.

1 PRo impressione libri de reb. Sacris non agentis, nomen non requiritur auctoris.

2 Addere quid parum dum imprimitur liber, non est p. m. si iam liber fuit approbatus. Vide Mart. Bon. t. 3 disp. 2 q 2. p. 76. n. 8. 9.

Licentia.

1 TAcita superioris licentia, vel prudenter præsumpta requiritur, & sufficit ad hoc vt Religiosus tenere, accipere, dare, & innoxie expēdedere possit, & hoc regulariter; nam taciti & expressi eadem est ratio, & virtus. Excipe, nisi superior nihil præceperit dari, vel accipi, &c. sine ipsius expressa licentia. Vide Cordubam in Summa quæst. 169. Rodr. t. 2. c 31. n. 7.

2 Non semper tacite consentit, si sciat & taceat; quippe id vel ex subditi proteruia, vel propria oriri potest pusillanimitate: neque quicquam licentia suffragatur importunitatibus extorta, metu, fauore, aut dolo. Præterea, licentia Prælati in iis, quę sunt contra ius nulla prodest: nisi is in iure dispensare queat. Vide Graff. 1. p. decis. l. 3. c. 9. à n. 4. Sanch. 7. in Decal. c. 19. à n. 16. Vide Bell in Promp. Reg. licentia n. 3.

Loca-

Locatio, vide conductio suum relatiuum.

Ludus.

1 LVdo ludens prohibito, pecunia credita, in notabili quant. soluere non tenetur in conscientia, cum leges petere solutum concedunt saltem de iure comm. secus si aliqua in contrarium loci sit lex non repetendi, nam eo casu neque exceptio non soluendi conceditur: vel nisi ludentes huic beneficio renunciauerint, nisi soluere iurauerint, solutum tamen tute retinetur. Diana. 2. p. f. 26. ref. 8.

2 Religiosi, vel Clerici Sacris initiati ludo frequenter vtentes vetito probabiliter peccant mortaliter; vetatur autem taxillorum, & alearum ludus. Idē 1. p. tract. 11. ref. 21. fol. 93.

3 Voto adstrictus ad non ludendum, aut aliqua lege, si per totam noctē continuate ludat, & cum multis, semel tantum lethaliter peccat 4. p. f. 98. ref. 45.

4 Pupillus, aut minor qui perdidit ludendo, vel alio contractu se soluturum promittens, soluere non tenetur, sed legis vti potest priuilegio, quæ repetere concedit solutum, nullo soluendi facto iuramento. Solutum vero tutè à collusore retinetur donec repetatur. Quod si vitio iudicis repetere, aut recuperare nequiuerit, clam recompensare non prohibetur, aut palam. Idem. 3. p. tract. 5. ref. 44. fol. 160.

5 Filio familię multum perdere non valente, & in magna quantitate lucrāte, restituendi non adest obligatio, presertim collusore eius sciente conditionem cecisse enim videtur iuri suo, & volenti & consent. non fit iniuria p. 1. tract. 8. ref. 67. f. 113, Sayr. in Claui Reg. l. 11. c. 12. n. 9.

6 Domum Palam ad ludendum alea exponens, in p. m. permanet, donec desinat. Imo ludentibus non restituentibus si teneantur, restituere in conscientia tenetur. Zanardus in direct. Theol. p. 2. præc. 3. c. 28.

7 Qui ludendo aliquid lucratur, ludo etiam vetito, si postea à collusore minis ad pergendum in ludo cogatur, & nedum, perdidit quod lucratus fuit, sed & maiorem perdidit quantitatem, probabiliter cogere non potest collusorem ad sibi id restituēdum; nam alter, qui cum coegit propriè causa non fuit damni, namque & perdendi se periculo exposuit, cum sine fraude luserit, vt suppono; lex. l. 2. c. 26. dub. 2. n. 9. Mol. de iust & iure tract. 2. d. 515. n. 2.

8 Qui in sponsione maius exposuit capitale quam alter, qui minus exposuit acceptare valet sponsionem, & plus lucrari modo alter id scienter agat, nam scienti, & volenti non fit iniuria. Bon. de contr. d. 3. q 3. p. 2. n. 19.

9 Qui cum animo repetendi perditum, vel non soluendi, vt leges concedunt, ludit, lucrari non valet, & lucratus, soluat oportet. Sa v. lud. n. vltimo.

10 Relig. professus, si exposita ludat pecunia superiore non concedente, lucrari nequit, neque enim perdere quibat. Idem de filio fam. nisi collussor eius sciuerit, vt sup. conditionem. Si tamen huiusmodi aliquid in potestate, vt solet, habent, lucrari tunc vtque valent, & perdere, cum adesse tunc Patris, & superioris

ris censeatur consensus. Vtroque alterius maiorem in ludo ignorante peritiam notabilem, restituere lucrans tenetur imperitiori. Qui vero se imperitum simulauit, si ob id ab altero lucretur restituat. Ibi idem Sa n. vltimo, & n. 8.

11 Qui cum perdere non valente lusit, & perdidit, potest id quod amisit iterum ludendo acquirere, neque lucratus restituere tenetur. n. 6.

12 Forte necessario restituendum, etiam ante iudicis sent. id quod ludo vetito fuit quis lucratus ab eo, qui perditis opus habebat pro familiæ sustentatione, aut pro publico munere obeundo. Ibi id. Conc. reg. p p. 2.

13 Ludus per se est licitus, imo virtutis est actus, si modeste & honestam ob recreationem fiat, citra fraudem, blasphemiam, & conuicia, vim, irreuerentiam, aut damni periculum tertij Ob id & Clerici, vel Religiosi quid valent parum, recreationis gratia, non nimis frequenter ludere, scandalo remoto. Neque laruis vti sub mortali eis vetatur, si ve sup. modice vtantur, &c. Salas de ludo, dub. 24. n. 1. & seq. Tol. l. 5. c. 27. n 46.

14 Ludi mortaliter peccaminosi spectator non peccat mortaliter, peccati remota delectatione, & cooperatione, imo & scandalo. Lege Anton. 3. p. tomo 8. c. 4. §. 12. Vide & Armill. v. ludus.

Luxuria Vide Concubinarius.

1 Concubinario valente concubinæ (cum qua non amplius peccat) & filijs per alios subuenire de alimentis, &c. & nolenti, sed per se id præstare contendenti, non est absolutio impertienda si aliquod scandalum inde oriatur, vel peccandi periculum euidens. Diana in Comp. lux. n. 41.

2 In luxuriæ actu si quis medijs vtatur insolitis, & nimium impudicis aperire ea in Conf. non tenetur. Item qui tota dormiuit nocte cum meretrice, id exprimere non tenetur, at solum copularum exprimat numerum habitarum. Item copula adulterij cum Matrimonii promissione, non necessario exprimitur Matrimonii circumstantia promissi.

3 Neque forte necessario quis confitetur cum muliere Turca, Infideli, vel Iudea, &c. se carnaliter fuisse copulatum, nam forte speciem peccati infedelitas non mutat, sed tantum peccatum aggrauat. Item, qui in Sacristia Eccl. loci non tenetur aperire circumstantiam, non enim is locus sacer habetur. Idem ibi v. lux. num. 38. 39. 3. & 34.

4 Meretricem adiens, animo solis eius frui tactibus, sine fornicandi intentione, si postea fornicetur, tactus aperire tenetur fornicationem præcedentes; non enim ad copulam ordinati fuere. id ibi n. 37.

5 Cuiuscunque temporis circunstantia in Confess. non est necessario aperienda, v. g. se fuisse die Iouis Sancti fornicatum, vel die confessionis, aut Comm. quippe tantum peccatum aggrauat, non ei speciem aliquam addit. n. 29.

6 Virgine raptori consentiente, necessario circunstantia raptus non est aperienda, dato parentes dissentiant; nisi actu repugnent; tunc enim præter mulieris furtum, & fornicationem simplicem, particularis fit parentibus, vel tutoribus

bus iniuria,& differt specie rapina à simplici furto. Idem 3. p.tract. 14. ref.67. fol.82.vers. in ref.37.

7 In Oratorio alicuius domus habita copula, in quo de Episcopi licentia Missa celebratur, non est loci circunstantia explicanda. Item si à parte externa in Templi porta, aut Monasterio, vel Religiosorum cellis, dato ibi altare sit ad celebrandum. In comp.n.26.

8 Impudici tactus in Eccl.habiti, citra tamen pollutionis periculum, specialem non habent malitiam, loci ratione sacri. Item in cæstum cum matre, vel filia, Sorore, vel nepte commitens, gradus non tenetur consanguinitatis, aut affinit. exprimere: sed satis erit incæstum se patrasse confiteri. Parte 1. idem, fol. 94.ref.25.& in comp.n.27.v. lux.

9 Sacerdos, vel Religiosus professus votum priuatum castitatis emittentes, circunst. non tenetur fateri simplicis voti post solemne emissi. Item virgo circunstantiam sui floris amissæ virginitatis non tenetur confiteri prima vice qua fornicatur, simpliciter enim fornicatur. p 1.f.91.ref 9 Idem.

10 Qui per luxuriam votum fregit castitatem castitatis non tenetur dicere votū esse solēne, vel simplex; est enim vtrunque eiusdem speciei. Ibi ref.4.fol.90.

11 Copula inter sponsos de futuro habita, simplex est fornica. io.ref.5. ibi.

12 Amasiæ si reliquiæ, vel res dentur sacræ ob gratitudinem, & beneuol.& non tanquam turpis rei pretium, nulla fit eis irreuerentia; ob id circunstantia hæc non est in Conf. aperienda Idem ibi ref.18 fol 92. p.1.

13 Nouitii cum nouitia, vel soluta copulam habentes, simplicem commitūt fornicationem. Idem de nouitia cum soluto fornicante. ibi ref.7. f 91.

14 Sacerdos professus fornicans, se dicere non tenetur esse Religiosum, & Sacerdotem Itē Mulier cum Religioso professo, & Sacerdote fornicans, satisfaciet commisisse dicere fornic.cum habente vot. castitatis, tacito de Sacerdotio, vel Professione. Ibi ref.4 fol 90.

15 Tactus, & oscula inter sponsos de futuro à m.excusantur, nisi sint impudici tactus, &c.& cum pollutionis periculo. Huiusmodi autem tactus sponsis de futuro sub conditione, si Papa dispensauerit, non permittuntur; non enim vere hi sunt sponsi de futuro 2 p.f.267. ref.6

16 Ex delectatione venerea facta oscula, etiam alia sinistra intentione copulæ remota, & admixtione alius delectationis de alio luxurioso actu, pp sunt mortalia, & omnino vitanda; neque enim in rebus venereis parua datur materia à m.excusans, si sit deliberata, & omnino volita; hocque probabilius. Idem.4. p.tract.4 ref.136.f.128.

18 Graui damno imminente, famuli apponere scalas valent, vel dominum sustinere dum ad fornicandum vadit per fenestram: imo conducere concubinam in heri domum, modo hac intentione id non agant vt peccet; sunt enim ex se huiusmodi actiones indifferentes, quibus herus male vtitur ipse viderit, Vide.5.p f.160 ref 27.& p.3.f 188.ref 11. & 46.

19 Christianus cum Infideli copulam habens, eius quamcunque, etiam matrem, in coniugem habere valet: nullam enim per fornicationem induci cognationem probabile est, vel affinitatem, lege naturali, at canonica tantum.

20 Femina à masculo vi oppressa, si resistere nequeat per clamorem, vel cor-

poris nisum, ad mortem potest vitandam, externam pati corruptionem intus nō consentiendo, sed mere se passiue habendo, neque aliquid positiue agendo ad copulam ordinatum; potius enim mori deberet, quam aliquam positiuè actionem ad copulam ordinatam pręstare.

21 Vidua de præterita, & sponsa de futura copula delectantes carnaliter peccant mortaliter.

22 Mulier, quę in choreis se tangi aduertit intentione mala, si ex se tactus sit licitus, vt manuum consertio, non peccat huiusmodi tactus admittendo palam aliis. Id. p. 3. f. 231. ref. 21. vers. & pro coronide.

23 Qui sine aliqua necessitate ho minis cum muliere concubitum aspicit licitum, vel illicitum, mortaliter delinquit, eo quòd nimium carnis commoueat sensualitatem. Item qui ex proposito alterius sexus personam inspicit nudam, aut verenda illius; quippe nimis honestati id repugnare censetur. Secus si casu, vel per modum transeuntis quis ea inspiciat. Viri autem, vel fæminæ tangere pudenda, vel corporis alias secretiores partes, pecc. videtur mortale. Idem de propria tangente verenda, nisi id breui, & leuiter fiat. Item amplexus, & oscula, tactus cruris, vel vberis lethalia videntur Vide in Comp. v. lux. n. 11. & 12.

24 In motibus sensualitatis camplacentia debet esse positiua vt ad m. imputentur; si enim voluntas neque dissentiat, neque consentiat positiuè, sed tantùm se negatiue, habeat non impediendo, neque motus reprimendo venereos ab his animum auocando, non adest p. m. modo formalis, & expressi consensus periculum non adsit; ratio est, quia negatiuum pręceptum, Non concupisces, tantum ad non consentiendum obligat, non vero ad motus sensualitatis comprimendos. Ibid num. 1.

25 Attrectare chirurgus infirmi, vel infermæ valet pudenda curationis causa cum pollutionis periculo, animo determinato non consentiendi. Id. n. 2.

26 Coniugati, per morosam delectationem non solum peccant contra castitatem, verum & contra in matrimonio datā fidem, & Religiosi contra Religionem. n. 4.

27 Dubitatur num peccet Magistratus, qui turpium permittit comediarum recitationem. Probabile tamen habetur non esse p. m. comediis turpia turpiter repræsentantibus interesse curiositatis gratia. An vero quis mortaliter peccet, saltem quia ex eius stipendio histriones alantur peccantes, res turpes repræsentando, non satis constat. Vide Dian. ibi n. 5. & 2. p. f. 277. ref. 34. vrs. nota.

28 Brutorum genitalia confricare etiam sine delectatione, sed ob solam semen inspiciendi curiositatem, lethale videtur, ob pollutionis magnum periculum, aut alius inordinati affectus. Idem in comp. loc. cit. n. 6 & 1. p. f. 278.

29 Fæmina quæuis, & mas pro corporis vsu pretium valet accipere, & petere, & qui promisit soluere tenetur. Nota, ante copulam quid pro futura copula accipere non posse meretricē; quippe acceptatio in crimen dirigeretur: imo neque post, si fiat cum criminis approbatione patrati. Vide Sa, v. lux. n. 16.

29 Cum consanguinea incestus, non differt specie ab incæstu cum affine, at solum est grauius p. Contrarium placet Em. Sa v. lux. nu. vlt. nempe differre specie.

30 Morosè delectari de futura, vel præterita copula, pollutionis præciso periculo,

riculo, licet coniugatis viuentibus viris, & è contra. Vide Sà ibi n. 11.

31 Optare vt in somnis pollutio accidat ad tentationem veneream, & ardorem leniendum libidinis, non est p. Idem dico, si pro sanitate desideretur; modo tamen non quęratur, neque procuretur; neque abstinere à certis teneor cibis, ne pollutio sequatur modo non intendatur. Vide Fum v. poll. n. 4.

32 Quis non tenetur in somno cęptam reprimere pollutionem expergefactus, sat erit non placere. Non tenetur quis opus relinquere honestum ad inuolontariam euitandam pollutionem inde sequi solitam, nisi consentiendi sit periculum: v.g. Confessarius se pollui expertus inter audiendum conf. officium non tenetur relinquere, dato non sit Parochus. Imo etsi aliquando se consentiisse sciat, si propositum de futuro adsit non consentiendi firmum, forte relinquere non tenetur officium; & hoc certum est quoad Curatos, at quoad alios non ex officio Confessiones audientes, non ita certum. Sa ibi n. 10 & 8.

33 Est fornicatio furto grauior, ex se; incestus, saltem in primo gradu, adulterio. Sà v. lux. n 1.

34 Bestialitas cum quocunque bruto, eiusdem est speciei, neque in Confessione aperienda speci es bestiæ, sed sufficit dicere, concubui cum bruto, vel dęmone; nam ad bestialitatem etiam cum dæmone concubitus reducitur. n. 6.

35 Peccatum carnale contra naturam quadruplex est, Mollities, inordinatus concubitus ex quo sequi non potest generatio, Sodomia, & bestialitas. Vide ex parte Sa ibi n 7. Diuum Thom. & Caiet. 2 2. p 154. art. 1. Tol. l 5 c. 10 n. 4.

Quædam alia de Luxuria.

Cap. II.

1 EX se non est sensualitas vllum p. aut concupiscentia, sed causaliter tãtum, quia ad peccatum inclinat Imo concupiscentiæ motus primo primi, qui repente consurgunt, rationemue opprimunt nullum continent peccatum, non enim in nostra sunt potestate. At secundò primi motus, qui caueri, & præuideri potuere, si admittantur peccatum continēt; tunc vero non sunt peccata, si ex causa proueniant honesta, & vtili, v g. ex licita peccatorum carnalium cogitatione in confess. auditorum, nam huiusmodi motus facile ex naturæ infirmitate oriuntur. Vide Bon. t. fol. 365. n. 1. & seq. Vasq. 1 2. disp. 106.

2 Delectatio cum sit inefficax, suam totam à motiuo sumit malitiam; proinde de actu delectatio carnali p. est mort. si delectatio capiatur de carnali actu ab eo, vel ea, quę non est matrimonio coniunctus, vel coniuncta. ibid. & f. 366.

3 Probabiliter aliqui affirmant delectationem de re venerea illius tantum esse speciei, cuius est motiuum, proinde de aliena vxore, moniali, &c. ex solo libidinis affectu habere tantum simplicis malitiam fornicationis, quia delectatio sumit speciem à motiuo. Excipe coniugatos, & votum castit. habentes. f. 368. num 19.

4 Fęminam aspicere ob curiositatem, vel pulchritudinem, non est p. m. etiam

si propter delectationem inde captam, remoto tamen turpis delectationis venereæ periculo. Nau. de pen. disp. 1. c. si cui. n. 11. Les. l. 4. c. 4. n. 63.

5 Præbentes se puellę, dedita opera, adolescentibus conspiciendas sine vlla necessitate, sed ex vanitate, si sciant turpiter amari, lethaliter peccant scandali peccato. Secus si se in publicum exhibeant, ne sua priuentur libertate, vel iure domo exeundi, vel ad ostium standi, &c. nā peccare non censeo lethaliter; quod si inde aliquis peccandi sumat occasionem, id eis non imputatur, est enim non actiuum, sed passiuum & acceptum scandalum. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4.

6 Turpia loqui, animo se in rebus delectandi ipsis venereis narratis, lethale est. Si absque venereo affectu fiat turpiloquim, veniale, modo adstantium non adsit, & audientium scandalum. Tol. l. 4. c. 14. Graff. 1. p. decis. l. 2. c. 73. n. 9.

7 Iuxta consuetudinem loci pectore seminudo incedere, non est p. praua remota intentione. Item fucis fæmina faciem illiniens, non peccat, prauo remoto fine, & affectu. Item, superfluo vtens in vestibus ornatu, venialiter tamen leuitatis peccato peccat, si, vt sup. prauus remoueatur animus. Vide Bon. t. 1. fol. mihi 371. n. 23. vers. Quinto patet.

MARTYRIVM.

Vide Baptismus.

Materiæ lęuitas Vide peccatum.

1 MAteria leui existente, sub quacunque verborum forma Prælatus præcipiat, etiam in virtute Sanctæ obedientiæ, vel Sp. Sancti &c. subditus sub mortali non tenetur parere: si enim paruitas excusat materiæ in diuinis quibusdam præceptis, cur non in humanis: præciso tamen contemptu. Ledisma de stat. Rel. concl 8.

2 In proprietate, materiæ excusat paruitas Religiosum. Lezan. t. 1. cap. 6. n. 56.

3 Superiore se declarante velle sub veniali tantum obligare, etiam in rebus grauibus, veniale tantùm est non parere Suar. de leg. l. 3. c. 27. & t. 5 de Rel. lib. 1. cap. 2.

4 Nulla paruitas datur materiæ in Deiodio, blasphemia, simonia, iuramento falso assertorio, & quibusdam alijs, vt rebus venereis, hæresi, &c. Vide Ant. Diana 3. p. tract. 5. r. 146. res. 1. Castr. pal. t. 1 tract. 2. d. 2. p. 10. §. 2. n. 4.

MATRIMONIVM.

Quid sit, & vtrum infidelium matrim. sit Sacramentum. Cap. I.

1 MAtrimonium est legitimus, & indissolubilis cōtractus inter virum, & fęminam quo mutua corporum traditur potestas, & acceptatur, hominem sanctificans per gratiæ collationem. Mart. Bon. tomo 1. fol. 292.

292 num 2. Sanch. lib. 2. disp 10.

2 Matrimonij nomen significat, matris munium, eo quod fæmina per matrimonium fiat mater, eique munus imponatur prolis educandæ. Item, quia vir vxorem munit, & tuetur. Ita Vasquez de Matrim. disp. 1 c. 1 Henriq. l. 11 cap. 1 num. 1.

3 Inter B. Virg & Ioseph. verum fuit matrim. ratum, non consummatum. Neque B. V. per Matrimonij contractum quicquam peccauit, dato virginitatis votum antea emiserit: quippe quæ per reuelationem probe non fore sciebat consummandum; neque enim ad verum matrim. consensus ad copulam requiritur, imo mutua sufficit corporum traditio, & dominium ab vsu separari valet. Sot. in 4. disp. 26. q 2 art. vlt.

4 Infidelium Matrimonium est quidam contractus, per quem licitè operam proli dare tute valent, quod sine eo minime efficere quirent, imo fornicarij censerentur; non tamen est Sacramentum, cum Baptismo, qui omnium est ianua Sacramentorum, non sint initiati Petr. Ledisma, q. 59. artic 2. dub. 1. vers. quo.

5 Si vero, Papa dispensante, fidelis cum, v.g. cathecumena matrim. iniret, tunc ex fideli parte Sacramentum fieret, modo facere intenderet: at respectu catechumenę vxoris non foret. Infidelium vero matrimonium si conuertantur statim fit Sacramentum, modo nouus accedat consensus, vel præteriti ratihabitio per aliquod signum externum exhibita, vel per copulam affectu habitam maritali; neque Parochi, vel testium vlla requiritur præsentia. Sot. l. cit.

6 Matrimonium infidelium etiam consummatum per professionẽ in approbata Relig. dissoluitur, nõ vero fidelium. Sot. ibi dist. 39. q. vnica, artic. 4. & Corn. t. 2. in 3. p. tract. de Matrim. disp. 6. dub 3.

De obligatione ad Matr. Materia, forma, & ministro. Cap. II.

1 IAm hoc tempore nulla contrahendi matrim. adest obligatio; in Mũdi vero principio aderat, pro genere humano propagando. Quod si casus daretur vt cæteri homines essent extinti peste, v.g. vel bello Præter Religiosos, hi ad contrahendum tenerentur. Præterea si sit periculum sedetionis, nisi Principis filius Religiosus vxorem ducat, ducere sub lethali tenetur. Sanch. l. 2. disp. 3.

2 Materia, & forma Matrim. ipsa sunt contrahentium verba: nam quatenus contractum inchoant, materiæ rationem habent; quatenus perficiunt, formæ. Sanch. l. 2.

3 Minister, sunt contrahentes; qui si in p. sint mortali, non peccant dupliciter, nempe vt male suscipientes, & administrantes: non enim ministri sunt ad id specialiter deputati, vel consecrati: peccant vero male suscipientes Suar to. 1. de Sacr. d. 16 sect. 4.

4 Probabiliter inter fideles esse posset matrim. quod non sit Sacramentum, vt & inter infideles: si enim contrahentes nolle Sacramentum facere intenderent

nullum

nullum fieret, cùm Sacramenta ex intentione constent ministri; attamen huiusmodi valeret Matrim. ita vt nullus alteri nubere posset; puto tamen per alterius posset professionem dissolui, etiam post consummationem, vt sup. dictum est de Matr. infidelium. Diana p. 5. f. 133. res. 255.

5 Si de vtriusque consensu constet, non peccat mor. Parochus sponsos non interrogans super consensu. Item non peccat mort. verba, ego vos coniungo, &c. omittens, materiæ paruitate excusante. Ibi f. 145. res 294.

6 Tenet Matrim à potentibus ad copulam, ante pubertatẽ initum. Sa Matr. num. 7.

7 Sacerdos Matrimonio assistens in p. m. nullum p. committit, non enim est minister.

8 Per Procuratorem contrahi potest Matrim. quatenus etiam est Sacramentum. Præsentia tamen Parochi, & testium necessario requiritur dum Procurator nomine alterius contrahit; præterea mittens sit meminerit in gratia, eo instanti, quo probabiliter credit procuratorem matrim. Suo nomine inire: quippe tunc, siue vigilet, siue dormiat Sacramentum suscipit. Vide Ant. Diana. 3. p. f. 131. res. 250. Sanch. de matr. lib. 2. t. 1. disp. 11. q. 2. n. 20.

Matrimonium Clandestinum.

Cap. III.

1 Sine Parocho, & testibus saltem duobus initum matr. etiam bonafide putantibus sponsis ad essentiam non requiri Parochum, &c. nullum est, & in quacunque casu, vel necessitate. Sine public. tenet, at sic celebrans lethaliter peccat, licentia saltem præcisa, & inculpabili ignorantia, vel graui causa. Quod si ob causam sine public. celebretur, non copulentur, sed celebrato iam matrim. fiant denuntiationes, & hoc ad detegendum si forte aliquod dirimens adsit impedimentum, antequam consummetur, & ne forte fornicatio committatur.

2 Contrahentibus diuersarũm Parochiarum existentibus, in vtraque fiant publicationes. Quòd si plura habuerint domicilia in duersis parætijs, ibi publicentur, vbi principalius habitant, & diutius. Vide Dian. in comp. Matr. n. 13. 9. & Bon. t. 1. f. 29. n. 11. Sanch. l. 3. d. 6. à n. 4.

3 Etiam in die non festo fieri valent public. modo populi magnus ad Eccl. fiat concursus, v. g. futuram ob prædicationem, Musicam, &c. Bon. ibi, f. mihi 300. n. 18. Sanch. disp 7. n 9.

4 Spõsi rus profecti oblectandi causa animi, probabilius ibi coram illo rusticola Parocho contrahere non valent; proprii parochi licentia saltem non obtenta. Ad valide contrahendum tum sponsæ, cum & sponsi sufficicit præsentia Parochi, etiam in quocunque loco extra Diœcesim; vtrum vero licite agat teneo quod non, sufficienti causa præcisa: ad sponsæ enim spectat Parochum matrimonio assistere, Superioris non habita licentia, vel commissione Diana in comp. mat. num. 10. 11.

5 Impedi-

5 Impedimentum sciens, detegat, dato probare nequeat, citra tamen scandalum, vel magnum incommodum; nullum excusat secretum naturale promissũ. Bon t.1. f.30.n 20.

6 Parochus excomm. irregul suspensus, &c. denunciatus valide assistit Matrim. & alteri assistendi licentiam dat. Dian 3.p.f.127. res.233. Sanch.l.3.disp.21. num 8.

7 P. non videtur m. vnam omittere de tribus denunciationibus sine licentia. Quando sponsi diuersarum sunt Diœcesium, altero dispensante Episcopo in denuntiationibus, & in alterius etiam Diœcesi omitti valent denunciationes. Diana in compend. v. Matr. n.15.16.

8 Sine Parocho, & testibus initum matr. ne vim quidem habet sponsalium; dato iuramẽtum intercesserit, proinde altero inconsulto alter libere valet nubere. num.17.

9 Parochus necessario non debet esse Sacerdos pro valide assistendo: at qui ab eo licentiam assistendi habet, Sacerdos sit oportet. Sanch. disp. 20. Nau. l.4. consi 30.

10 Assistendi licentia per fraudem extorta, & mendacia circa causam finalem versantia, nempe sine quibus non concessisset non tenet. Secus si per dolum obtineatur circa causam impulsiuam tantùm versantem, vel per mendacia Sanch. l. 3. disp. 39. n. 15.

11 Assistere prohibitus à superiore, valide assistit, quatenus officio priuetur. Dare etiam valet cuicunque Sacerdoti quecunque censura irretito, vel irreg. aut degradato licentiam assistendi: Item iniustum habens beneficii titulum, vel si ob aliquod sit delictum ipso facto beneficio priuatus, modo in iudicio re ipsa eo expolliatus non sit, nam adhuc est Parochus, cum beneficio, & titulo colorato, ob id valide assistit. Bon. t.1 f. mihi 304. & 305. n. 18 19. 20. 21. &c.

12 Quicunque esse valet in Matr. testis, si rationis habeat vsum. v.g. mas, fœmina, Pater, Mater, infidelis, excomm. &c. cuiuscunque conditionis. Ledism. q. 45. art. 5

13 Impuberum nullum matrim. & clandestinum, vim sponsalium habet; non vero puberum vt sup n.8. Vide Rod. c 220. n. 1. Em. Sà Matr. n.42.

14 A parentum non pendet voluntate matrimonii validitas; neque filii parentibus in iis, quæ ad proprium vitæ statum pertinent parere coguntur. Sanch. l.4. de matr. disp. 22. Nau. c. 14. n 15.

15 Qui modo habitare in aliquo cepit loco, ibi facere non debet public. sed eas ibi facere sufficit vbi prius habitauit principalius Sanch. l.3. dis.6 à n.4.

16 Valet matr. presente parocho initum, & testibus etiam per violentiam ibi detentis, vel attractis, modo quid agatur aduertant. Secus si inde casu aliquo tantum transeant. Vide Sà v. Matr. n. 1. & Ledism. q. 45. art. 5. dub. 5.

17 Ille valide assistit matrimonio, cui parochus ficte concessit assistendi facultatem; vt patet de eo, cui Episcopus sola uoce facultatem absoluendi concessit, absque animo vere concedendi: hic enim defectus ab Ecclesia suppletur. Vide Bon. t. 1. fol. mihi 306. n 34. Sanch. de matr. l.3. disp. 22. n. 64.

De

De Matrimonio nullo validando, & eius in dissolubilitate. Cap. IIII.

1 QVi ficte matrimonium contraxit, non tenetur iterum uerè, & ex animo contrahere, nisi aliquod graue damnum, uel infamia alteri sequatur non contrahendo. Diana. 3. p. f. 131. ref. 247.

2 Ad ualidandum matrim. nullum ob dirimens impedimentũ, nouus requiritur utriusque consensus dispensatione obtenta, vel impedimento cessante; quippe prior cõsensus nullius fuit ualoris, & irritus resp. impedimenti. Quod si impedimentum alteri tantum fuit notum, alteri manifestetur, vt denuo ualidum prǽstet consensum, modo citra graue periculum fieri possit. Validari tamen potest alteri non detecto impedimento, modo verè ignarus consentiat per nouum consensum, & ita sit affectus, ut uelit Matrimonium ualere si sciret esse nullum.

3 Si defectu alterius consensus matrim fuit nullum, uel grauem ob metũm, ad ualidandum sufficit consensus denuo ab eo præstetur, qui non prǽstitit, modo alter Suum non reuocauerit. Sufficit autem solum interius præstetur, absque ullo exteriori signo: neque amplius Parochi, & testium requiritur præsentia, cum iam huiusmodi fuerint solemnitates adhibitæ, modo impedim. adeo fuerit secretum, ut in iudicium unquam uenire non possit. Dian. in Comp. v. Matr. n. 20. 21. 22.

4 Vtroque est iure Matrimonium (consummatum saltem) indissolubile, nempe naturali, & diuino, neque ob adult. quoad vinculum quit dissolui, etiam per Papam. Sanch. l. 10. d 2.

5 Grauissima uero de causa in nõ consumato dispẽsare ualet Papa D. Anton. 3. p. tit. 1. §. Sanch. l. 2. disp. 13. Fill. tr 10. c. 2. q. 2. n. 40.

Matrim, sub conditione initum. Cap. V.

1 SI matrimonium sub conditione celebretur necessaria, ualet, etiam ante conditionis aduentum, nisi contrahentes suspẽdere intendant matrim. donec conditio adimpleatur: nam necessaria apposita conditio pro adimpleta habetur, si necessaria cognoscatur, non uero si contingens credatur. Bon. t. 1. f. 310. n. 6.

2 Proinde conditione hac apposita, Duco te, si cras Stellæ erunt in Cælo, statim valet.

3 Qui sub hac conditione contrahit, Duco te, si Pater morietur, hic solum inire intendit patre mortuo. Ibi n. 6. in fine. Perez §. 26. fol. 6.

4 Item, qui sic dicit, Contraho tecum si Antichristus nascetur, statim ualet Matrim. nam conditio necessario uentura est, uel saltem certissimè ueniet, ut est de fide Sanch. l. 5. disp. 2. n. 3 & Bon. ibi n. 7. per totum.

5 Contra Matrimonii substantiam addita conditio, uel turpis, aut, quæ tribus

bus Matrimonii præcipuis bonis contraria est, irritat matrimonium, modo vt de futuro præstanda addita fuerit, & in ipso contractu, non vero post. Sanch. l. 5. disp. 10. n. 3.

6 Qui dicit, contraho tecum si adulterium patrauisti, tenet statim Matrim. si fuerit adulterata, quia conditio non est de futuro, sed præterito. Idem ibi disp. 9.

7 Qui sic dicit, Contraho tecum si prolem necaueris, tollit matrim. ratio quæ sup. n. 5. nam contra est matrimonii bonum. Lop. de Matr. c. 42.

8 Valet Matrim. si dicatur. Duco te si ad Perpetuam castitatem te voto obliges, vel ad professionem in Relig. faciendam. Ledisma. q. 47 art. 5.

9 Item valet Matrim. Si dicatur, tecum contraho, eo pacto, vt nunquam à te debitum petam Matrimoniale, tamen tibi petenti reddam. Item si dicatur tecum contraho, hoc pacto, vt mihi debitum neges si illicitè petiero. Syl. matr. 4. dub. 6.

10 Nullum vero erit, si cum pacto nunquam simul cohabitandi celebretur, nam prosi repugnat huiusmodi conditio, præcisa saltem iusta causa. Sanch. disp. 10. num. 5.

11 Sub turpi conditione initum, tenet; modo non sit contra substantiam matrim. v.g. si dicatur, Contraho tecum si patrem occideris; vel si montem transferas, est enim impossibilis, et pro non adiecta habetur, modo contrahentiū absolutus adsit consensus, neque suspendendi matrimonium intentionem habeat donec conditio adimpleatur. Item valet si dicatur, contraho tecum, si pro dote dederis v. g. decē millia Aureorum, cum sit muliercula pauperima, & id sciat alter, modo consensus adsit absolutus, neque suspendere intendat donec det. Mar. Bon. tomo 1. f. 310 & 311. per totum. Sanch. l. 5. disp. 3. n. 8.

12 Sub honesta condit. celebratum matrim. & de præsenti, vel præterito, tenet si se ita res habet, v.g. si dicatur, contraho tecū si es diues, patri placet, &c. si vero non sic res se habet, nullum est. Si sub conditione celebretur de futuro, ante conditionis euentum non valet: qua verificata, statim tenet, etiam id ipsis contrahentibus ignorantibus, modo consensum non retractauerint; neque parochi, vel testium requiritur præsentia post adimpletam conditionem, nam vt supponitur, tempore contractus adfuerunt; & hoc probabiliter. Vide ibi Bon. & fol. 312.

13 Qui sic contraxerint, contraho tecum si Papa dispensauerit, validè contrahunt, & statim fit Matrim. dispensatione concessa, modo interim non fuerit consensus retractatus. Coninch. disp. 29. n. 18. Sanch. lib. 5. disp. 5. n. 24.

14 Non tenet Matrim. celebratum sub cond. impertinente de futuro, antequam conditio verificetur, at adimpleta, statim valet; v.g. si dicatur, contraho tecum, si te inuenero morigeratam, pulchram, &c. Quod de matrimonio sub conditione celebrato dictum est, idem & de sponsalibus dicendum, vt inf. suo loco. Sanch. ibi disp. 18 n. 3. Fill. tract. 10. c. 4 q. 1 1 n. 156. ap. Bon. ibi fol. 312.



ii Matri-

Matrimonij impedimenta dirimentia Error.
Cap. VI.

1 SVmmus valet Pontifex Matrimonij inducere dirimens impedimentum, imo, & Episcopus in sua diœcesi, licet quoad Episc. non sit in vsu. Bon. ibi f. 314. n. 4.

2 Neque ob id dicitur Papa Materiam mutare Sacramentorum, quod non potest, sed contrahentes tantum inhabiles reddit ad contrahendum, si aliquibus affecti sint impedimentis per ipsum statuendis, sicuti & laicus facere valet princeps in cæteris contractibus, & re ipsa aliquando facit.

3 Nota, dirimentia dici impedimenta, non quia iam contractum dirimant Matr. Sed ideo, quia tali prius extante impedimento, nulliter contrahitur, quantumcunque secretum, & nulla bona fides quicquam suffragatur, vel necessitas Idem ibid. n 9. Nau. c. 22. n. 19 & sic communiter.

4 Aperire suos non tenetur defectus contrahens, si sic nuptiæ minus fiant appetibiles, non tamen perniciose; præsertim cum aliqua infamia. Proinde vti aliquo valet sponsa artificio, ne à viro corrupta deprehendatur; imo se valet asserere virginem. Secus si aliquo Sanitatis graui laboret defectu. Diana 3. p. fol. 142. res. 287. Coninch. de Sacram. disp. 23. d. 12. n. 91.

5 Quando sponsi falso impedimentum putant dirimens adesse, & tamen cōtrahunt, si facere intendunt quod valent, tenet matrim. præsertim si forte se dubitent solum eo teneri impedimento. Ibi res. 293.

6 Matrimonium cum errore contractum circa qualitatem tenet: modo qualitas circa quam error versatur non fuerit quasi conditio apposita, v. g. dicente sponso, Duco te in vxorem si es diues, iuuenis, &c. eo enim casu vt sup. diximus est conditionatum Matrim. & conditione non verificata, non fit matrim. Secus si ducatur pauper, putata diues. Con disp. 31. c. 39. n. 11.

7 Quando qualitatis error in substantiam refunditur personæ, v. g. sponsa ducere putat Antonium Regis Galliæ filium, cum non sit, sed alius. Secus si in genere filius Regis credebatur cum alius sit filius priuati.

Conditio.

1 Quando conditio melioratur errantis, valet matrim. Item si non deterioretur: modo solam circa conditionem erretur, v. g. si quis putat seruus ducere seruam, cum sit libera, vel etiam serua. Sanch. l. 7. disp. 19. n. 31.

2 Qui aliquam seruam liberam putatam, duxit, at si eius sciuisset seruilem conditionem adhuc eam duxisset, ob amorem in eam, & affectionem, probabiliter non fit matrimonium, respectu nimirum ignorantiæ comitantis; sed contrarium item est probabile; quod si cognita seruitute ad eam affectu maritali accesserit, nullus validari matrim. dubitat. Speculum. 1. p. art. 29.

Vo-

Votum.

Cap. VII.

1 VOtum solemne Relig. aut Sacri Ordinis dirimit Matrim. post votum initum. Probabiliter post votum castitatis priuatum, aut Ordinis Sacri suscipiendi, si quis matrim. ineat, ante matrim. consummationem votum tenetur adimplere, cum adhuc possit, ingrediendo Religionem, & in ea profitendo; proinde consumando lethaliter peccat, etiamsi reddat, neque petat debitum: & hoc prima tantum vice, cum tunc inhabilem ad votum fiat adimplendum. Sà, v. Matr. imp. n 3. Nauar. 22. n. 73.

2 Si vero ad Relig. vel Clericatum aptus non sit, vel si cum vxore caste valeat viuere, ingredi non tenetur Religionem. Sà ibi, & Led q. 53. art. 1.

3 Qui voto castitatis nuncupato, aut Relig. virginem cum matrimonij promissione deflorauit, eam ducere probabilius tenetur, quam votum adimplere. Dian. in comp v. Matrim. n. 29.

4 Professio in Relig. approbata emissa, matrim. ratum dirimit, non consummatum. Proinde qui in sęculo manet post alterius profess. libere cui vult nubere valet. ante prof. minimè. Concil. vide Trid. Sess. 24. c. 4. Less. l. 4. c 41. d. 8. n. 69.

5 Notandum vtriqui coniugi contracto matrim. & non consummato, duos concedi temporis mẽses, ad deliberandum de ingressu Religionis, quo toto tempore alter valet alteri debitum negare coniugale, & Relig. fieri altero inuito. Mensibus vero binis elapsis reddat oportet petenti. Quod si post duos menses matrimonium non fuerit consumatum, vterque valebit donec consummetur valide Religionem ingredi, & ibi professione emissa matrim. dirimitur. Sanch. de 27. lib. 2.

6 Matrim. vero ante bimestre consummato etiã per vim, iam amplius neuter ad Relig. confugere valet, & hoc certissimum respectu vim inferentis, nam respectu vim passi forte Religionem ingredi fas erit, & profiteri.

7 Ab altero coniugum professio emissa, credente alterum perijsse, inualida est: propterea cognito eum viuere, ad illum reuertatur si petat, eique debitum reddat. At ipse petere nequit. Perez, §. 18. Regin. l. 13. n. 39. Rebell. l. 3. q. 4. n. 15.

8 Vterque valet, coniuge consentiente, consummato etiam matrim. Religionem ingredi, & profiteri, aut votum cast. emittere; sed post alterius professionẽ & alter ingredi tenetur, & profiteri; non enim in sæculo manere valet, nisi prouectæ sit ætatis, & continentiæ uotum uoueat de Episcopi consensu. Sanchez l. 7. disp. 34. & 35. n. 1. Bon. tomo 1. f. mihi 319. n. 11.

Cognatio. Cap. VIII.

1 CArnalis dirimit cognatio usque ad quartum inclusiuè gradum. Sà v. M. imp. num. 4.

2 Nota ad remotiorem gradum rationem esse habendam: proinde si quis sit

in tertio uel secundo gradu altero in quinto existente, nullum cognationis adesse impedimentum. Ibi. & Nau. c. 22. n. 43. Armilla uerbo Matrim. n. 25.

3 Eo gradu duo sunt inter se coniuncti quo à communi stipite distant; si inequali, eo gradu, quo remotior distat à stipite. Ibi Armilla, & Sà n. 4.

4 In Linea, tot sunt gradus, quot personæ, dempto stipite, Ibi Sà.

5 Papa in omni ualet cognatione dispensare, parentis excepto, & fratris, Ibi.

6 Affinitas non parit affinitatem, proinde filiam quis ducere ualet nouercæ ex alio uiro sumptam; & Antonius relictam Petri fratris defunctæ uxoris. Ibi & Reginald l. 31 n. 145. Henriq l. 12. c. 10. n. 1. Sanch. l. 7. d. 67.

7 Cognatio legalis ex adoptione ortum habet, quæ cognatio dirimit matrim. inter adoptātē, & adoptatū, & adoptati descendētes ad quartū usque gradum. Præterea inter uxorem adoptantis, & adoptatum, & uice uersa inter adoptati uxorē, & adoptantem. Tandem inter fil. adoptantis, & adoptatum.

8 Per adoptantis Patris mortem uel filiorum emancipationem omnis cessat cognatio legalis. Vide Armillam Auream Fumi uerbo Matr. n. 17.

9 Ab eodem Patre adoptati, inter se inire ualent matrim. Item adoptatus cum filia illeg. adoptantis ualide contrahit. Nota, sponsalia per superuenientē dirimi cognationē legalē. Vide eundem ibi n 18 & 19. & D. Ant. 3. p. t. 1. c. 13. Cognatio spiritualis, ex Bapt. & Confirmatione coulurgens, quatenus, & quas personas afficiat, uide de Baptismo ibi de Patrin. ad Bap. adhibendo.

Crimen.

Cap. VIIII.

1 ADulterium, ad hoc ut matrimonium dirimat, requiritur ut adulterās matrimonium promittat adulteræ post uiri mortem, ex animo, & serio, non enim ficta sufficit promisso. Præterea mutua debet esse. Sufficit autem ad impediendum, & dirimendum vel si post adulterium fiat promissio. Item necesse est ut promissio acceptetur. Ant. Diana 3. p. tract. 4 res. 198. fol. 118.

2 Promissio etiam sine adult. alteri facta coniugato de contrahendo matrim. post dissolutionem presentis est mortalis & nulla. Criminis non oritur impedimentum si v. g. Petrus Bertæ copuletur uiuente uiro, et post eius mortem ei promittat Matrimonium. Item non contrahitur imp. si duo sibi matrimonium promittant durante matrimonio, sed postea à promissione recesserunt ante copulam secutam, quæ postea sine noua promissione subsecuta est Bon. t. 1. f. 327. num. 11, 12 & 13.

3 Vt solius homicidij crimen inducat impedimentum, sufficit quod per aliū fiat occisio, & sufficit quocunque modo occidatur. Item ratihabitio homicidij non sufficit, nisi ad homicidium cooperetur. Item requiritur vt vterque, contrahens in homicidium conspiret: modo tamen cum homicidio non intercedat adulterium. Item requiritur ut conspiratio ad finem matrimonij fiat contrahendi, ex una saltem parte. Item homicidij crimen incurritur, si vxor uirum occidat,

dat, vel in mortem conspiret. Bon ibi f. 316. Coninch disp. 31 d. 5. n. 54.

4 Adulterii crimen hoc impedimentum inducit, si ante, vel post adulterium matrimoniũ inter adulteros publicè, aut clandestine ineatur. Preterea, si vterque adulterium sciat committi, & formaliter adulteretur. Item criminis non contrahitur impedimentum, quando duo matrimonium inierunt priore durante matrimonio sed postea ducti pænitentia, a matrimonio resilierunt ante adulterinā secutam copulam, quę postea habita fuit, neque aliud matrimonium fuit antè mortem coniugis initum.

5 Infideles, qui se superioribus inquinarunt sceleribus ante susceptum Baptismum conuersi sine disp. contrahere simul valent, nempe complices homic. vel adulterii, &c. Quod si alter complicum esset fidelis, & alter infid. fidelis hoc teneretur impedimento, cum sit Ecclesiæ subditus Ibi à Bon. f. eod. & 328. Henriq. l. 12. cap. 14. num. 2.

6 Supradicta procedunt etiam si prius matrim. ratum & non consummatum fuerit, vel si coniuges quoad torum, & habitationem separati fuerint.

Cultus disparitas.

Cap. X.

1 BAptizati cum non baptisato nullum est matrimonium; valet si sit etiam hæretici cum catholico, excomm. &c. at non licet cum huiusmodi contrahere. Sponsalia tamen cum non bapt. tenent, sub conditione, si baptizetur Sà imp. Matrim. n. 8.

2 Ad fidem, conuersus infidelis coniugatus, si infidelis ad fidem conuerti renuat monitus, tutè fidelis cum alia valet persona matrim. contrahere, vel Religiosus fieri, aut Sacrum recipere Ordinem Prius tamen matrimonium non dissoluitur, nisi per fidelis initum matrimonium, aut Professionem. Quod si ordinem recipiat Sacrum amplius conuerso non restituitur; & hoc probabilius. Idem ibi n eod.

3 Si conuersi plures sint vxores, & omnes conuertantur, quam prius duxerat solam retineat. Non adulti filii, conuersum sequuntur, adulti, quam maluerint partem id. ibi.

4 Si conuersus coniugis speret conuersionem si admoneatur, priùs admoneat quàm Religionem suscipiat. Saltem de consilio. Eo vero conuerti nolente, dato sine Creatoris velit iniuria simul habitare, adhuc fieri conuersus valet Religiosus, aut Clericus, vel castit. vouere Sanch. disp. 76. n. 1. & 2. Sà ibid.

5 Dissoluto per professionem fidelis, vel per Matrim. priori matrimonio, infidelis statim alii valet nubere, dato prius fuerit Matrim. consummatum: per ordinum autem Sacrorum susceptionem infidelium non tollitur matrim. consummatum Sanch. disp. 77. apud Sà.

Vis,

Vis, & Metus.

Cap. XI.

1 IVre tantũ Ecclesiastico inualidum est matrim. metu celebratum graui, à causa libera, iniustè, & ad extorquendum cõsensum incusso Nau. c. 22. n. 5.
2 Si in stupro v.g. quis deprehendatur, & ob timorem consanguineis puellæ matrimonium offerat cum puella, vel is, qui in adulterio deprehensus matrimonium exhibeat cum consanguinea viri, ne accusetur, promissionem adimplere tenetur metu non obstante, iustè enim huiusmodi incutitur metus. Secus si parentibus ei mortem minitantibus mattimonium promittat ne occidatur; iniustè enim mortem ei propria inferrent autoritate. Diana 3. p. res. 228. f. mihi 126.

3 Matrimonium per metum celebratum, licet in genere incussum, non ad aliquam particularem personam ducendam, sed in genere ad contrahendum, nullum est: nam libera requiritur voluntas ad talem statum eligendum. Idem. 4. p. f. 94. res. 33.

4 Si iustè v. g. ob pænam stupri aliquem iudex cogat ad ducendam vim passam, tenet matrim; secus si iuxta allegata, sed falsò, cogatur matrimonium inire, v.g. post sponsę fornicationem iudici ignotam. Ibid. vers. & Tandem.

5 Metu graui, & in virum constantem cadente contractum matrim. est nullũ, neque iuramento firmatur, aut copula, durante metu. Sanch disp. 20. n. 12 Sà n 9.

6 Qui cum ęgrotaret neque medicum medentem haberet, matrimonium cuidam medici filiæ promisit vt sibi Pater mederetur, tenetur ad matrim. nam ab intrinsica fuit causa metus incussus, non extrinsica quæ tantùm tollit matrimonium. Sanch. disp. 12. n. 15 l. 4. Coninccus disp. 28. dub 1. n. 11.

7 Reuerentialis metus, præsertim si cum metu sit grauis mali, tollit matrim. Sà ibi n. 9.

8 Contractum Matrim. ad malum animæ euadendum, tenet, est enim à causa libera incussus, & non ad hoc vt contrahatur, vt si æternę metu damnationis quis Matrim. ineat cum concubina. Item metu infamiæ, naufragii, vel mortis naturalis Petr. Sot 4. disp. 9 q. 1. art. 3. Sanch. l. 4 disp. 12. n. 4.

9 Metu Matrimonium nulliter contractum, neque sponsaliorum vim retinet.

10 Sponsalia per metum celebrata grauem nulla sunt, etiam iurata. Vide. Ledismam q. 47. art. 3. Sà vbi sup. n. 9. Bon. t. 1. f mihi 333. n. 28.

Ordo. Cap. XII.

1 ORdo Sacer impedit, & dirimit; quod si quis coniugatus, sine vxoris ordinetur consensu ordine vti nequibit, neque debitum petere, vel ad superiorem ascendere Ordinem, nisi Religiosus fiat ante matrim. consummationem. Sà de imped Matr num. 10. Henriq. lib. 12. cap. 5. n. 9. Sanch. l. 7. disp. 28.

2 Qui

2 Qui falso per minorum Ordinum susceptionem cõtrahi obligationem putat ad castitatem, adhuc ratione voti ad castit. non tenetur. Imo sine p.m. libere adhuc matrim inire valet. Sanch. ibi, disp. 31. n. 5 Fill. tract. 10 p. 2. cap. 4 quæst. 4. num. 129.

3 Qui cum animo non suscipiendi Maiores, minores suscipit Ordines, non pecc. m. v. g si ad forum euitandum sæculare ordinetur. Sanch. l. c. n. 17. Nau. cap. 7 num 15.

4 Nota, vxorem, quæ voto emisso castitatis licentiam viro dedit Sacros suscipiendi Ordines, neque licitè, neque validè mortuo coniuge ad alium per matrimonium conuolare virum posse tum ratione voti, tum legis ita statuentis; nulliter enim contraheret, si contrahere tentaret. Fill. tract. 10. p. 2. c. 4. qu. 7. nu. 151, Sanch. l. 7. disp 40. n. 2. Azor t. 2. l. 14 c. 14 q. 11.

Ligamen.

Cap. XIII.

1 Ligamẽ, priore durante matrimonio nullum valet posterius matrimoniũ: neque ipse valet summus Pontifex in hoc impedimento dispensare, est enim naturali iure, & diuino inductum. Henriq. l. 12. c. 15. n. 3. patet ex Trid. sess. 24 cap. 3.

2 Item naturali est iure nullum matrim. vnius fæminę cum pluribus viris, neque in hoc dispensatum vnquam fuit, neque dispensari valuit. Bon. fol. 336. tom. 1. num. 5. & c.

3 Ad hoc vt tutè superstes cum alio contrahere possit, moralis requiritur de coniugis obitu certitudo; hoc autem prudentis viri iudicio remittendum censeo. Ibi fol. 337. n. 12.

4 Quòd si secundo contracto matrimonio socium adhuc viuere comperiatur, cum eo redire alter tenetur, secundo relicto coniuge; quippe nullum secundum fuit matrim. Quod si viuere dubitetur, dubitans petere non valet, ad reddendum tamen debitum tenetur, quatenus sufficiens fuerit diligentia ad veritatem inueniendam adhibita. n. 17. 18.

5 Qui Matrimonium init falsò putans coniugem viuere, valide contrahit, modo facere quod potest intendat, probabiliter. Nau. c. 22. n. 56. Sà de imp. Matr. num. 11.

6 Quando alter coniugum benedictione aliàs non fuit donatus, ex consuetudine receptum videtur vtrunque benedici: præsertim sponsa nunquam benedicta. Idem.

7 Ligaminis oritur impedimentum, etiam priori non consummato matrimonio, sed rato tantum. Ex sponsalibus vero non oritur, sed tantum impediens impedimentum inde nascitur vt infra suo loco Fumus verbo Matr. n 43.

8 Notandum, quando vxor secundo nubserat viro, eo quod prior decessisse legitimè credebatur, comperto superstitem esse, ad eum redire, vt sup. dixi tenetur; & vice versa, vir eam recipere tenetur, modo non constet secundo fuisse

se copulatam viro, scito Priorem adhuc viuere, tunc enim eam, vt adulteram, admittere non cogendus.id. n.45.

Publica honestas.

Cap. XIIII.

1 PVblica honestas matrimonium dirimit vusque ad quartum affinitatis gradum, si ex matrimonio oriatur rato, at non consummato Quæ vero ex sponsalibus ortum ducit, vsque ad secundum exclusiuè tantum. Nullis sponsalibus existentibus, nulla adest publica honestas. Bon.t.1. f.338.339.2.&c.

2 Ex sponsalibus mutuo dissolutis consensu, nulla item publica oritur honestas. Dian.3 p:f. 124.res.221.Rebell.p.2.l:3.q.14.

3 Ex Matrim. nullo, hoc non oritur impedimentum, probabiliter. Sà v. imp.mat.

4 Nota huiusmodi impedimentum non dirimire matrimonium cum affinibus initum sponsæ, etiam in primo gradu;at solum cum consanguineis sponsæ vel sponsi:proinde qui cum vna sponsalia celebrauit, validè cum vxore fratris eius defuncti matrimonium inire quibit. Item ex sponsalibus sub conditione initis, ea non adimpleta, nullum oritur imp Item, hoc impedim. infideles non afficit, quippe quod iure est inductum Ecclesiastico. Item, hoc non cessat impedimentum per mortem alterutrius nempe sponsi respectu sponsæ, vel huius respectu sponsi. Bon.ibi fol.338.n.2.5.6.7.

5 Cum vna sponsalibus initis, sponso cum eius matre, vel sorore copulam habente, amplius sponsalia cum sponsa adimplere nefas, affinitate prohibente; imo neque cum sorore matrimonium fas erit celebrare, publica rimum um honestate vetante. Ibi n 8 Nau.c.22.n.57. Henriq.l.12.c.10.Sanch de Matrim.l.7.disp. 68.ad finem.

Affinitas.

Cap. X V.

1 CVm affine vsque ad quartum gradum inclusiuè matrimonium vetatur, ex legitima tamen copula; quod si ex fornicaria affinitas oriatur, vsque ad secundum dirimit inclusiuè gradum. Sanch.disp. 97. apud Sà ibi num. 13.

2 Affinitas cum eo contrahitur, cuius consanguineo quis fuit copulatus, & eodem gradu, quo ille est consanguineus coniunctus. Nota requiri intra fæmineũ vas viri seminationem: neque fæminei uasis sufficere penetrationem in eo seminatione non secuta; nullam tamen fæminæ seminationem requiri communiter tenetur. Vi cognita muliere probabiliter nulla gignitur affinitas matr. dirimens Em. Sà ibi; & Sanch. de matr disp.64.

3 Noto

3 Nota, posse, qui vnam duxit, ea mortua, fratris vxoris ducere vxorem viduam; nullam quippe affinitas gignit affinitatem, vt sup. de cogn.

4 Iure tantùm Ecclesiæ matrimonium cum patris concubina, vel fratris mortui relicta nefas contrahere: non vero naturali, vel diuino Idem de patris vxore, nempe nouercæ respectu filij viri. Vide Sanch. l.7. disp.66. n.7.

5 Spadone cum aliqua congrediente, nulla inde affinitas gignitur: Sanch. disp.64.

6 Cum dormiente, ignara, insana, aut ebria copula habita carnalis aff. gignit. Bon. ibi f.341. n.17.

7 Ex Matrim. rato tantum, non consummato, nulla item aff. oritur; sed publica inde nascitur honestas, vt sup. n. 1.

8 Nota, coniugem, qui cum alterius coniugis consanguineo in cæstum patrauit intra tertium exclusiuè gradum, amplius petere à socio debitum non posse; reddat tamen omnino oportet affinitate non obstante. Vtroque autem eo crimine deuincto, neque petere, aut debitum reddere fas erit. Bon t. 1. fol. 342. n. 10. Sanch. l.7. disp. 15. Guttier. de Matrim. c 87. n. 18.

Impotentia.

Cap. XVI.

1 AD coeundum Perpetua impotentia (Matrimonium tamen debet præcedere) nedum impedit, verum, & dirimit Matrim idque naturali iure, & Ecclesiæ. Sufficere, aiunt aliqui, ad copulam potentiam, licet ad semen emittendum adsit impotentia. Senectute cõfecti certè contrahere solent; at quoad hoc Sixti consulatur quinti Constitutio. Sà imp Matrim. n. 14.

2 Quæ sine miraculo tolli, aut peccato, vel certè vitæ periculo nequit, perpetuo habetur impotentia. Quæ vero orationibus, exorcismis, aut tandem tempore tolli posse speretur, perpetua non censetur, ob id neque dirremptio vlla fit Matrimonii Idem ibid.

3 Ex maleficio quod tolli posse speratur, vel alia quauis impotentia triennium datur pro tollendo impedimento. Nullo fructu sperato, statim coniuges diuidantur. Sanch. disp. 107. 110 & 111.

4 Quæ respectu vnius Potens fuit inuenta, non est alii priori reddenda cum quo impotens simpliciter inuenta fuit. Led. q 59 art. 1.

5 Quę sine vitę peric. concipere valet, dato parere nequeat, impotens non habetur Sà ibi n 14.

6 Cum impotente scienter initum, probabiliter saltem, tenet Matrim: probabilius quibusdam negantibus; ab impudicis tamen huiusmodi matrimonio coniuncti abstineant actibus, sed vt Fratres simul viuant, officio adinuicem debito opitulantes. Sanch. vbi sup. & Sà ibi.

7 Ita impeditus, vt arte iuuari valeat, aliqualem tenetur pati molestiam, vt potens euadat: Magnam non tenetur subire. Magica tolli arte nullo pacto de-

bet impotentia quæcunque Sot. disp. 34. q. 1. art. 2.

8 Nulliter ob impot. contracto Matrim. & per Iudicē valido declarato iuxta allegata, coniuges ab omni abstineant impudico actu; imo periculo incontinentiæ imminente, alter ab altero omnino secedat. In foro vero animæ valere inuẽto, at Matrim. nullo in foro fori existente, denuo in facie debent Eccl cõtrahere. Ledisin. q 55. art. 11.

9 In mortis artic. initum tenet matrimonium, nulla etiam salutis data spe, vel futuræ consummationis. Sanch. disp. 105. lib. cit. & Sà ibi ad fin.

10 Coniugi nullitate Matrimonii ob dirimens impedimentum probe nota, in nullo prorsus valet casu, vel ad mortis euadendum periculum matrimoniale reddere debitum nullitatem ignoranti, & petenti; dato in foro fori validum iudicatum fuerit. Lid. loco cit.

11 Matrimonium inire tute valet hermaphroditus iuxta validiorem, quo magis viget sexum, item iuxta æque valentem sexum. Nota, sexu electo alterum iam amplius eligere nefas esse, & iuxta eum Matrim inire; at si de facto alium eligat validè facit, sed magnæ se culpę reũ constituit. Henriq. l. 14 c. 8. n. 6.

12 Matrimonio ab Ecclesia dirẽpto ob nullitatis falsam præsumptionem, cum impotentia non fuerit perpetua, licet talis à Iudice habita, simul iterum diuisi coniungantur, dato alii forte alter nubserit. Excipe nisi in Rel. fuerit professus, neque Matrimonium fuerit consummatum; quippe Matrim. non consummatum per alterius professionem omnino dirrẽptum habetur. Sanch l. 7. d. 99. num. 40.

13 Sterilum coniugum tenet Matrimonium. Secus de vtroque teste carente, & omnino ad semen emitendum inepto, dato fœmineum uas ingredi queat. Fill. tr. 10. p. 1. c. 3. q. 5.

14 Raptus sine ui puellæ illata, aut sine animo Matrim. incundi probabiliter non dirimit Diana 3. p tract. 4 res. 261. fol. 135.

Matrimonij impedimenta non dirimentia.

Cap. XVII.

1 TEmporibus, quibus ab Ecclesia interdici constat Matrimonii contractum sine lethali probabilius nefas contrahere culpa, & solemniter nuptias celebrare: probabiliter quibusdam non esse lethale asserentibus, consuetudine excusante, quæ num adsit non satis mihi constat, ob id tene prius vt tutius, Dian. 4. p. f. 100. res. 266.

2 Probabilissimum habetur absque vllo saltem mortali pecc. matrimonium cum impedimentis Catechismi, & criminis, iam sine vlla disp contrahi posse, eo quod per consuetudinem in contrarium, nempe sine dispensationis vlla petitione contrahendi, excusari videatur; secus de imped. interdicti, uoti necnon sponsaliorum, iam cum alia rite, & valide initorum, necdum dirremptorum. Sanch. l. 2 disp. 17. n. 18. Ledisma qu. 50. ar 1. concl. vltima.

3 Temporibus uetitis cum solemnitatibus uetatur, v. g. nuptiarum, benedictionis,

ctionis, conuiuii, solemnis sponsæ ad domum traductionis, & id genus; sine vero eis contrahi sine lethali iam probabiliter posse sunt qui putant: imo & consummari. Sà, v. Imp non dirim. n. 2. Sanch. l. 7. disp. 7.

4 In Baptismo cognatio per catechismum intercatechizatum, & respondentem contrahi solita, iam per Conc. Trid. ablata quibusdam creditur, aliis negantibus. Ibi n. 4 Vide pro hac opin. Sanch l 7. disp. 10. n. 12.

5 Voti impedimentum priuati castitatis, vel Religionis per Papam, non Episcopum tollitur; de ordine suscipiendo, vel non nubendi, dispensat Episcopus.

6 Criminis impedimentum, nempe vxoricidium, incæstus cum vxoris viuentis consanguineis ad secundum vsque gradum inclusiuè, alienæ raptus sponsæ; presbytericidium, solemnis pænitentia, propriæ susceptio in Baptismo prolis, ne propter cognationem petere vxori debitum valeat Matrimoniale, iam vt sup. in disuetudinem abiisse videntur; quod si forte vigeant Episc. tollit, neque ad mortale sine disp. contrahentes obligant. Sanch. l. 7 d 17. n 8. Nau. c. 22 n. 85.

Impedimenta quis tollat. Cap. XVII.

1 Aliquando valet Episcop. in impedimentis dirimentibus dispensare, nempe impedimento occulto, & Matrimonio publico, neque ita facile coniugibus abinuicē separari valētib. absque scandalo: vel nisi Papalis, nimia urgente egestate, optineri dispensatio valeat. Itē in impedimentis dispensare valet dirimentibus etiam ante Matrimonii celebrationem, si v. g. iam omnia pro nuptiis parata sint eo die celebrandis, & ex confessione dirimens impedimentum aliquod deprehendatur, neque graui sine infamiæ nota, aut grauis suspitione delicti differri nuptiæ tutè valeant. Bon. t. 1. f. 349. n. 4. 5. 6. Vasq 1. 2. disp. 178. c. 9 n. 16.

2 Item in impedimentis Matrimonii dirimentibus dispensare tutè valet, quādo, ipsi superueniunt Matrimonio celebrato, debitiue impediunt petitionem, vt si vir cum vxoris copuletur consanguinea intra secundum gradum. Cætera sup. de dispensatione Sanch. l 8. disp. 12. n. 16 Henriq li. 11. c. 15. Item l. 12. c. 3. n. 2. f 707 qui omnes videndi omnino pro Supradictorum exacta scientia, & cognitione.

Ad Matrimonii vsum quædam spectantia. Cap. XVIII.

1 Altero alterius coniugis voto castitatis consentiente, dato ipse non vouerit, licite debitum reddi vouenti non valet, nempe ne corū alter cooperetur peccato; hoc per quosdam DD. sustinetur, at contrarium est tutius, nempe nedum reddere posse, imo teneri, vt inf. num. 25.

2 Qui non vouit tute à vouente petit, licet voto consenserit. De communi vero consensu vtroque vouente, à neutro reddi, aut debitum innoxiè peti quibit.

3 Vtroque coniuge in amentiam lapso, ab inuicem separandi, nempe ob prolis periculum, neque copulę vacare permittantur. Item mente sano fatuę non licet misceri vxori: quippe ex conceptione abortus sequeretur probabile periculum. Bon. f. 354. t. 1. n. 10. Ledisma q. 58 art. 3. Sà v. deb. coniug. fine.

4 Amentia, vel furia Matrimonium præcedens omnino illud tollit, omni rationis vsu si coniuges priuet. Nuper enixæ vxori copulari ven. est p. Led. q. 83.

5 Indiscretè, & molestè petenti non reddere lethale non censeo; vel si ad mortale obligare petens non intendat; vel si iam supra facultates sit proles multiplicata; semper tamen omni incontinentiæ periculo remoto respectu petentis.

6 Præcedenti nocte copula habita petendo, aut reddendo, sequentem neque sub veniali impedit sacri Pabuli sũptionem. Viro amenti vxor soluere debitum tutè valet, periculo præsertim incontinentię in alterutro extante: imo tenetur dãni periculo notabilis præciso. Copulam abrumpere inceptam licet ante seminationem, pollutionis tamen præciso periculo extra vas, imo & respectu vxoris: & modo vterque tali sit copula contentus: secus probabiliter aliquibus asserentibus Lop. c. 8 Nau c 21. n. 51. Tol. l. 7. c. 21. n. 4.

7 Nulla lethalis interuenit culpa, si modo copula fiat insolito, at intra vas fiat seminis emissio, impediendę tamen generationis remoto periculo. Item si die solemni, vel passionis, aut Communionis, &c. fiat. Item cum vxore si habeatur grauida, abortus periculo præciso, imo ne veniale quidem, priore dempto casu, puto huiusmodi copulam continenere peccatum. Tol. l. 7 c. 20. n. 1.

8 Vxore viri semen ad generationem necessarium attrahente, lethale puto non esse peccatum copula vti venere aduersa, aut fæmina virum supergrediendo incumbente: Secus si experta sit emittere suum, & non attrahere virile semẽ. Lop. 1. p. q 82.

9 Ab obligatione eximit reddendi, morbi periculum contrahendi, imo infectionis aliquo extante periculo, à simul cohabitandi onere coniuges abstringuntur. q. 79. & 83 l. c.

De in loco sacro copula habita, vide verbo Ecclesia, n. 5.

10 A coniuge menstruata sine lethali fas erit petere debitum, reddere petenti, necesse, morbi contrahendi remoto periculo. Item coniugi pudore petere non audenti, si constet petituram nisi pudore suffunderetur, sub mortali reddatur.

11 Item fas erit reddere, & petere, coniuge adultero etiam publico existente; excipe nisi inde in delicto fore timeatur confirmandum, vel confirmandam. Item adultero ab innocente petere licet, sed hic negare sine crimine valet, nisi & ipse forte eodem sit crimine inquinatus, vel adulterij causam dederit. Sà Loc. cit. n. 11, 10. 8. Nau. c. 16. n. 28.

12 Benedictione non obtenta Matrim. consũmare, non plusquam veniale existimo probabilius; non desunt mortale existimantes, hoc uerum quidem erit ex contemptu omissa benedictione Viuald. de Matr. n. 254. Comit. l. 1. q. 136.

13 Vtroque non petendi uoto adstricto, copula adhuc tutè fiet non petendo, cum alter animaduertit alterum si qui et petiturum. Item voto castitatis deuinctis, uel non petendi, adhuc in alterius gratiam tutè petet, v. g. quando alterum

petiturum

petiturum animaduertit, at præ pudore abstinere; quippe id quoddam reddere censetur, non debitum petere. Nau c.16.n.32 apud Sà ibi n.3.& 10.

14 Matrimonium non ineundi uoto emisso, si contrahatur reddat omnino qui uouit, imo, & petere tutè & innoxiè ualebit; & qui Religionis uotum nũcupauit, si nubat, & Matrim. consummet, deinde innoxiè debitum exiget. Nau.c.12.n 80. & n 59. & c.16.n.30. Sylu. Matr.7.q.5.

15 Voluptatis tantum causa copulari probabiliter nullam continet culpam; ad probabilius, & communius uenialem continet Dian.3.p.f.122.res.216.

16 Alter alterius seminationem expectare non tenetur, etiam si possit, saltem sub lethali; imo uxor animo sine crimine uagari potest dum uiro copulatur, neque naturam excitare, per mentis ad uenerea applicationem, tenetur, ut cum uiro in seminatione concurrat: at vas præstando sufficienter agit. Dian. 5 p.fol. 342.res.37.

17 In coniugatis si morosè de aliquo libidinoso delectentur obiecto, coniugii non est circumstantia in Conf. necessario aperienda, probabiliter saltem, at tu contrarium sequere tutius. Ibi res 99.f 327. Vid. Castr. Pal. penes Diana.3.p.tr. 6.res.73.

18 Se tangere, quando per uirum iam semine in uase effuso femineo, à copula recedit uir, non licet vxori, libidine incitata neque expleta: nam tactus illi in uxore ad seminationem prouocandam intrinsecè mali habentur, cum muliebre non sit semen ad generationem necessarium. Dian.p.2.f.278.

19 Viro in fine copulæ semen extra uas voluntariè effundente, neque uxore consentiente, ille graui utique se adstringit scelere, hæc nulla se culpa onerat reddendo, imo & debitum petendo Idem ibi 2.p.tr 15.res.64 f.245.

20 Oscula, quicunque tactus, uerba impudica, necnon pudendarum aspectus, peccata in coniugibus non sunt lethalia, pollutionis extra uas periculo remoto. Imo tactus, & oscula, &c cum poll. periculo, uel ipsa pollutione quandoque mortalia non uidentur, u g. si patienti accidat pollutio, uel etiam petenti, si copula intendatur, & per accidens pollui contingat: vel si ad excitandum fiant amorẽ, aut ad eius conseruationem, dato citra intentum pollutio sequatur. p.3.f 122. res.215.216.

21 Voluptatis, aut diuitiarũ caũsa Matrim. contrahere nullum continet pecc Item si ob pulchritudinem. Diana 3.p.f.122.res. 216.

22 Per uiri tantum in fœmineo vase seminis emissionem, nisi & ipsa seminet, Matrimonium probabiliter non consummatur. Quamobrem uterque in Relig. profiteri tutè valet, & in sæculo manens aliud inire Matr.5 p. res.54 f.309.

23 Vtrum sit lethale debitum negare ne proles multiplicetur, incontinentiæ cessante periculo, vtrumque habetur probabile, at tene quod sit.3. p.res.213. fol. 122.

24 Cum peccato ueniale uiro debitum petenti reddat vxor oportet, v. g. quoad situm ut retrogredienti, aut succumbere uolenti, &c. citra effund periculum ut sup. Idem Diana 1.p.tract.7.res.35.f.98.uers. notandum.

25 Notandum uxorem reddere teneri uiro coniugale debitũ, uoto ab eo castitatis emisso, dato ille lethaliter peccet. per uotum siquidem in uxoris corpus ius quod habet non amisit: idem de uiro respectu uxoris votum cast. habentis.

tis. Item probabiliter sustineri valet non peccaturam debitum viro incæstuoso petenti reddendo, v.g. si cũ vxore, aut matre sit vxoris copulatus, & nulla dispensatione obtenta debitum iniquè petat; ipsa valet tamen innoxiè petere, vt sup. mariti enim non cooperatur peccato, imo illud iure permittit. Henriq. l. 11. c. 15. n. 8. Rodr. c. 90. Fill. tract. 10. c. 9. q. 3. n. 309.

26 Regulariter coniux credere non tenetur coniugi in Matrimonium non consensisse asserenti, etiam iuramento addito; vel aliud subesse impedimentum asserere conanti Nau. c. 22. n. 82. Sanch. l. 2. disp. 45. n. 3.

27 Ab onere debiti reddendi abstringitur vxor, si fore videat vt lac valdè sit proli nociturum, aut vbera exiccanda. Item non cogenda ad debiti redditionem viro in loco petenti publico, vel Sacro: imo non reddere tenetur; quippe huiusmodi loci circumstantia actum vtrique coniugum illicitum reddit. Cætera vide verbo luxuria. Vide quoad primum Fill. tract. 10. c. 9. q. 10. n. 337. quo vero ad secundum, Ledismam. q. 64. art. 7.

Medicus.

Vide Irregularitas.

1 MEdicus ęgroto confessionis faciẽdę admonito, nisi faciat non ob id deserendum esse sciat eum. Non tenetur de confessione admonere, nisi morbo existente graui. Souar in Enchir. l. 7. lit. m.

2 Medicus diuitem tenetur curare, etiam pretio non soluto ex infirmi auaritia; at infirmitate ablata, vel infirmo e viuis decedente, per iudicem cogere valet ad soluendum eum vel hæredes. Ibi idem.

3 Medicus plus debito accipiens, etiam libenter datum restituat, ex Nau. c. 25. n. 63. hoc præsertim si à communitate forte sit sufficienter cõductus: nisi gratis, & spontè omnino detur. Soar. ibi.

4 Sub lethali medico non tenetur parere ęgrotus, nisi in ipsius notabile damnum contumacia redundaret. Anchar. in Cap. Tua nos, de homicidio, n. 7. apud Franc. Soar. vbi sup. l. m.

Mendacium, vide Iuramentum, Contractus

1 MEndacium quodcunque, etiam officiosum, noxam continet saltem venialem, etiam nullo addito iuramento, neque vnquam sua valet expoliari malitia, est enim intrinsicè malum, quocunque tandem bono fine dicatur, modo sciente, & deliberatè. Bon. t. 2. f. 356. n. 1. Clau. Reg. l. 12. c. 2. n. 6. t. l. de. 7. p. mort. c. 54.

2 Sine proximi graui damno etiam in iudicio prolatum mendacium plusquã venialem non continet culpam. Bon. ibi n. 37. Less. l. 2. c. 31. d. 3. n. 13.

3 Petenti

3 Petenti quæ reddidisti, te accipisse innoxie vales negare, in mente retento videlicet, vt ei debeas. Vel si partem reddidisti, & totum petatur, te recepisse negare vales, retento in mente, quantum petis. Vide sup. de æquiuocatione

4 Qui vno continuato sermone pluries idem mentiendo asserit, unum tantũ peccatum committit. Dian. 3. p. ref. 163 f. mihi 110 Azor. t. 1. l. 4. c. 4. q. 5.

MISSA.

Vide Communio, Anniuersaria, cætera hic.

Cap. I.

1 MIssæ Sacrificium non confert primam gratiam ex sui institutione, & per se immediatè, sed mediante aliquo modo, nempe quatenus Deus Sacrificii intuitu auxilium dat ad contritionem, qua peccata delentur mortalia Suar. d. 79. sect. 3. concl 4.

2 Probabile tamen habetur ex se peccata delere venialia, & ex opere operato, pote quia ad delenda peccata ordinatum est, sed non mortalia, ergo ve.1.

3 Ex suæ institutionis vi prodest ad obtinendum id, ad quod obtinendum offertur, suumque habet effectum ex opere operato Id. sect. 5. Fill. tr 5 cap. 3. q. 3. num 64.

4 Primarius huius Sacrificii effectus est pro peccatis debitam remittere pœnam Proinde pro animabus in purg. detentis piè offertur, vt citius à debitis abstringantur pęnis, alias per ignem ibi lui debitis. Suar. ibi sect. 6.

5 Missæ non est Sacrificium infiniti valoris, si consideretur quatenus à Sacerdote offertur; Secus quatenus Christum continet. Bon. t. 1. fol. mihi 100. num. 3.

6 Huius Sacrif. generalis valor infiniti est valoris extensiuè: proinde non tot prodest quin pluribus prodesse possit. Valor autem qui dicitur medius, finiti est valoris, & limitati, proinde eo minus prodest singulis, quo pro pluribus offertur; & plus quo paucioribus. Nau. q 83. art. 1.

7 Pro vel perditissimis valet hominibus applicari, nisi sint excommunicatione adstricti; imo & pro infideli, & pagano, nempe vt resipiant Vasq. 3. p. disp. p. 227. car. 1.

8 Pro defuncto suffragiis indigno, v. g. damnato, Sacrificium oblatum, ipsi prodest offerenti, si velit, & sibi applicet, alioqui in Ecclesiæ reconditur thesauro. Bon. vbi sup. f. 1. 3. n. 12. Fill. tract 5. c. 3. q. 7 n. 78. Vide etiam Molfesium tr. 3. c. 15. num. 38.



Sa.

Sacrificii applicatio.

Cap. II.

1 IN ipso non est necesse Sacrificio actualiter, vel uirtualiter fieri applicationem, tempore videlicet Sacrificii, imo valet pridie à Sacerdote applicari, modo vuluntate non retractata. Diana.2.p tract.14 ref.47.f.351.

2 Sacerdotis valet Regularis facta applicatio, dato contra superioris applicet voluntatem, & præceptum; graui tamen se scelere astringit contra votum obedientie nuncupatum: at sua non caret probabilitate contraria sent. nempe non valere asserentium. Id.ibi ref.72.f.214.

3 Omnium defunctorum die, quicunque valet Sacerdos alias obligatus, cui voluerit applicare: at sanius, & consultius fecerit iuxta Ecclesiæ applicando intentionem, nempe pro vniuersis defunctorum in Purgatorio tortis animabus 4.p. fol.114.ref.86.

4 Vnico (probabilius) non valet Sacerdos Sacrificio pluribus idem petentibus satisfacere, dato uullum accipiat pro eo stipendium, sed gratis pluribus Sacrificium promittat. Idem ibi 4.p.ref.196.f.146.vers. Notandum.

5 Item, sibi debitum fructum specialissimum alij non valet Sacerdos, etiam dato sibi stipendio, applicare Sacra id Congregatio vetat.2.p.ref. 14.fol.202.

6 Conuentualis valet Missa pro stipendium offerente applicari. 5.p.ref.51. fol.308.

7 Nedum debet ex opere operato fructus applicari stipem datori, verum, & fructus ex opre operantis, & orationes, &c.ref.80.fol.356.

8 Missæ S.Greg.dici debent 30.dieb.continuis, sed non omnes de Requiem: & dici valent à diuersis Sacerdotibus, at vnica in die vno Gauant. apud Pelliz. t.1.tract.4.c.9.n.82.

Cæteræ Missę S.Greg.quæ erant omnes diuersæ, fueræ anno 1629.prohibitæ. Pelliz.t.1.f 743.n.82.

Minister.

Cap. III.

1 MAli ministri Sacrificium prodest, quatenus Christi, & Ecclesiæ nomine offertur. Secus quatenus ab ipsius celebrantis orationibus priuatis valor procedit. Sibi tamen nullo respectu prodest Sacrificanti, imo iudicium Sacrilegè sibi manducat, & bibit. De ab excommunicato oblato Sacrificio, vide Sup.de excomm.& Conc.Trid.Sess.22.can.2.Victoria de Euch n.91.

2 Duabus ante solis ortum Sacra facere innoxiè quis valet. Religiosis id licet vel tribus ante horis. Pro vero morituro Communione Sacra reficiendo, vel de

media

media licet nocte celebrare. Paulo post meridiem Sacrum tutè licet inchoare, infra tamen vnius horæ spacium. Ratione vero futuri itineris Sacerdos vna valet hora post meridiem Sacra facere. Religiosi tribus id valent horis post meridiem.

3 Natiuitatis die tutè valet Sacerdos trium quam maluerit Missarum vnam tantum celebrare, & ante auroram Dian. in Comp v. Missa, n 13. 14.

4 Sacerdos ante Missam confessus, si postea alicuius omissi lethalis recordetur actum non tenetur elicere contritionis. Ibi n. 17. & 5. p. res. 5. f. mihi 330.

5 Confessarij non suppetente copia, Sacerdos iter habens, nisi alius sit qui celebret, contritus innoxiè celebrabit, si culpa irretiatur lethali, si dies sit festus vt præcepto Missæ audiendæ satisfaciat. Item vt alij tantum satisfaciant Vega in summa t. 2 c. 41. casu 4. Tol. l. 2. c. 15. §. maior diffic.

6 Verius est non dari casum, vt si Sacerdos in Altari alicuius lethalis recordetur ob quamcunque temporis angustiam conteri non valeat, vt digne sumat; quippe Deus semper præbere suum est paratus auxilium facienti quod in se est. Proinde nunquam debet Sacerdos ab Altare Sacrificio non confecto, & Communione peracta, discedere, prætextu noxæ alicuius lethalis, de qua ibi solum fuit recordatus, at peragat omnino oportet, contritionis actu elicito. Dian. p. 4. tract. 4. res. 98. f mihi 118. Ochagau. de Sacramentis, tract. 2. de Euch. effectibus q. 8. num 4.

Cætera Missæ Sacrificium spectantia.

Cap. IIII.

1 Linteum vnum sufficit super altare duplicatum. Item necessitate vrgente, Prophanum adhiberi sine crimine quibit: neque enim necessario lintea benedicenda. Item stolam adhibere loco cinguli, & stolę licet loco manipulum adhibere: etiam iuxta aliquos, non benedictum. Ex stola cingulum confici tutè valet. Cingulum si nectatur benedictionem amittit; si altera sufficiat cinguli fracti pars, adhibeatur. Em. Sà v. Missa, n 7. 8 9. 10.

2 Nunquam fas esse, vel ad mortem euitandam, sine paramentis Missam celebrare sunt qui aiunt, ast probabilius quidam existimant licere, Ecclesiæ præceptis cum tanto incommodo non vrgentibus: Idem ibi n. 13. & v. Metus, n 2.

3 Episcopo dispensante quis ex necessitate operto valet capite vsque salte ad consecrat. celebrare. Nau. cons. 4. de celebrat miss. & Sà ibi n. 17.

4 Quacunque vrgente necessitate Missam nefas celebrare fœmina ad Altare Sacerdoti inseruiente; at potius ipse debet sibi celebrans respondere, & ministrare.

5 Extra valet Ecclesiam Missa aliquando celebrari, Episc. licentia non habita, v. g. in itinere, aut Ecclesia Populum capere non valente; adsit tamen portatile altare, vel petra Sacrata, &c. Imo extra necessit. Scandalo remoto, & contemptu plusquam non est veniale. Nau. c. 25. n. 8. Trid. Sess. 22.

6 Non facta oblatione aliqua de causa Sacrum valet iam ceptum omitti, & iterum repeti Sà vbi sup. v. Missa. n. 21.

7 Feria sexta Maioris hebdomadæ quidam licere dicunt, celebrare, at contrarium teneo ex vsu. Die Cęnæ licet, Sabbato item Sancto. Sà ibi n. 23.

8 Bis eodem die nefas celebrare, nisi forte idem Sacerdos duabus Parochialibus præficiatur Ecclesiis ob paupertatem Cæteri casus, in quibus olim bis celebrari fas erat, iam in dissuetudinem abiisse videntur, ob id consuetudo seruanda Vide eum ibi n. 24. Nau. c. 5. n. 88. Suar. de 80. sect. 3.

9 Peregrinus valet Sacerdos celebrare permitti, si vllum non habere credatur impedimentum, dato cõmendatitijs non fulciatur litteris. Trid. sess. 13. cap. 16 in fol.

10 Onere quotidie certas dicendi Missas detentus, v. g. pro defunctis, tute Missam valet illius diei celebrare; imo diebus quibus duplex, aut semid. celebratur officium, de eo celebret, non pro defunctis. Rodric. t. 1. q. 9. Reg. q. 43. art. 10.

11 Nullus quotidie celebrare tenetur, & obligatio non tenet, nam salua intelligitur honestate huiusmodi obligatio. Excipe, nisi sit obligatio per se, vel per alium celebrandi, tunc enim per alium suppleat oportet Tol. l. 2. c. 3.

12 Habens pro Missis per se dicendis acceptam pecuniam, alios minori dato stipendio conducere valet adiuuantes, sibi quod superest retento. Secus si vt curet dicendas per alios acceperit. Nau. c. 25. n. 91. Sot. l. 9. q. 3. art. 1.

13 Sacrificio adestantes, offerentes dicuntur: item qui pro Missa stipem dedit. Quidam aiunt fore vtilius Missæ deuote adstare, quàm pro se offerri curare. Probabiliter pro excommunicato contrito offerre fas erit Missæ Sacrificiũ. Item si forte inualidè quis excommunicetur. Sà v. Missa n. 42. & 41.

14 Pontificis præcisa dispensatione, ob quamcunque necessit. cæco nunquam Missam fas erit celebrare. Dian. 5. p. res. 41. f. mihi 103.

15 Missalis rubricas non obseruans, lethaliter non censetur peccare; non enim sub leth. obligare censetur. Idem in 2. p. res. 55. fol. mihi 210.

16 Aliquo Missam v. g. Assumptionis, &c. petente extra proprios dies, vel de Passione, quæ in hebdomada Sancta dicitur, tute de communi dici Missa valet: indiscreta huiusmodi censetur petitio, & laicorum deuotio. Citra tamen peccatum huiusmodi valent dici extra tempus proprium Missę, remoto tamen scandalo. 3. p. res. 101 & 103. fol. 217.

17 Nisi Sacerdos in Missa maiori, quę cantatur, Epistolam, aut Euangelium legat, nullo se peccato adstringit. Item qui Dominico, vel alio festo die votiuam celebrat Missam, letaliter non peccat. 2. p. res. 42. f. 107.

18 Missa non de Requiem, in altari pro defunctis priuilegiato celebrata, defunctis non prodest. Notandum, Missam de Requiem in altari priuil. dici non posse, festo duplici, & de præcepto in die priuiligiato incidente.

19 Die Annunc. B. V. in Sabbato Sancto incidente, plures valent Missæ celebrari. 4. p. res. 233. f. 157.

20 Regularis in Missæ canonæ nomen Episcopi, non Generalis sub præcepto ponere debet. p. 2. f. mihi 207 res. 40.

21 Si quis ex diuotione in Missa paruam addat secrete orationem à lethali excipitur, paruitate excusante materiæ, Dian. 5. p. f. 136. res. 63.

22 Notandum Sacerdotem, qui in aliqua tenetur Eccl. pro illius cultu celebrare, vel populi commoditate, citra Sacrificij obligationem applicandi non posse

posse pro illius applicatione aliunde stipendium accipere. Vrb. VIII.

23 Sine lethali notabiliter differri Missarum celebratio non valet, quas Sacerdos celebrandas suscepit p.2.id.f.204.res. 25.

24 Pro certo Missarum numero celebrandarum stipendio relicto, si postea per Episcopum stipendium pro Missis augeatur, hæredes ad supplendum adigātur Ibid.2.p.f.202.res.17.

25 Non admodum se recte gerit Sacerdos, qui cùm hodie nullum acceperit pro Missa stipendium, pro primo stipendium daturo, quem ignorat, hodie offert, deinde eleemosynam danti dicit se celebraturum iuxta eius intentionem, sed non celebrat, cū iā anticipatè satisfecisse intendat. 2.p.f.ibi, res. 15.16.

26 Abbates, & Religionum Generales cum Capituli valent consensu Missarum minuere numerum anniuersariorum, & officiorum modo non post Conc. vel in ipsa fondatione certus non sit num. statutus. Dian.p.1.t.14.res.4. Non amplius Regularibus licet, Generale dispensante, vnius Missæ celebratione nouem additis collectis pro nouem satisfacere Missis. S. Congr. Item nefas Sacerdoti pro vnica Missa tot accipere stipendia, quot ad debitam sustentationem sufficiant; dato etiam iustum non sit oblatum stipendium à petentibus, iuxta Episcopi, vel consuetudinis legem. Diebus tamen festis duplum tutè posse accipere stipendium sunt qui aiunt. Qui amicitiæ intuitu pro Missa duplum habuit stip. tutè per alium quibit satisfacere Sacerdotem, ei iusto dato stipendio. Secus si pro Missa simpliciter duplū acceperit, nisi id ille alter concesserit, & solito dixerit fore stipendio contentum. Vide pro his omnib Ant. D. in comp. v. Missa, n 42. 43. 44. 45. 46. Vide verbo, Missarum reductio, ex Barbosa, & Sacra Congreg.

27 Qui per se celebrare tenetur, si per alium id præstet, peccat, at nullam facere tenetur restit. Itē simplici potienti beneficio Missarū, onere addito, licet per alium, nisi ipse sit Sacerdos satisfacere; imo & Sacerdoti idem fas erit. Aliter modo in fundatione non disponatur. Item Sacerdos quotidie celebrare deuinctus, semel in hebdomada Missam tutè omittet; at pro stipendio eo non valet die celebrare; pro se vtique valet celebrare, amico, vel parente. Vide pro primo Bon. t 1 fol. 106 n.2. pro secundo, &c. Dianam in Comp. v. Missa, num 40 39.

Item nequit Episcopus Capellanum ad per se celebrandum obligare, nisi & id in fundatione exprese caueatur per testatorem. Item nota, simplici Clerico. 14. annorum Capellaniam iure conferri pose: non enim est Sacerdotalis.

Item sunt qui probabiliter putant Sacerdotem, etiam nullo detentum impedimento, mortalis non ese culpæ reum, per totum annum non celebrantem; in Pascha tamen Sacro Pane refectum; omni item contemptu; imo & scandalo remoto. Vide eundem ibi in Comp. n. 35. &. 36.

28 Per mensem Capellano ægrotanti, vel duos, tutè per alium Missas supplere valet omittere: in contrario tamen consuetudo seruetur, vel pactum, institutio, &c.

29 In certo obligatus loco celebrare, si alibi aliquando Sacra faciat peccat at nullam cogitur facere restitutionem: excipe, nisi defunctum, vel defunctos aliquo defraudauerit suffragio. n.38. Azor t.1.l.10.c.24.

30 Dum se Sacris induit Sacerdos vestibus, sub m. præscriptas non tenetur

orationes recitare: præciso tamen contemptu; nullum enim ad id adest præceptum. Item in casu valet necessitatis cum stola, manipulo non benedictis, vel sine illis celebrare. Item in Calice conficere non benedicto, & patena, imo & reliquis paramentis, si bona fit fide alius eis Sacerdos ad Missam vsus. Item cum vnico fas erit lumine, vel ex oleo celebrare; aut ex adipe, saltem sine lethali, imo in necessitate, ullo prorsus sine peccato. Item sine missali, nisi adsit, in necessit. innoxiè celebrabit: modo se probe omnia memoriter recitaturum confidat. Dian. in Comp. v. Missa n. 29. 30. & 31.

31 Iàm tute quisque valet Sacerdos, horis non recitatis Mattutinalibus, Sacra facere; nullam quippe inter se Officium, & Missa habent connexionem. num. 12.

32 Paulisper fas erit Sacerdoti Missam interrumpere, quatenus paruulus à se baptismo donetur, alio non extante id præstare valente, & alioqui morte infanti imminente. Henriq f 9. c. 30. n. 3. Posseu. de Sacrif. c. 2. n. 11.

33 Dubio extante, num extinctus ad Altare Sacerdos consecrauerit, alia ab alio debet Sacerdote, etiam non ieiuno, hostia sumi, & consecrari simul cum alia conditionaliter, de qua dubitatur. Item post nouam Hostiam consecratam, & sumptam, valet dubiam sumere, purificatione adhuc non sumpta. Ante consecrationem Sacerdote deficiente, nulla perficiendi adest Sacrificij necessitas. Bon. t. 1 f. 124. num. 24.

34 Qui alicubi celebrare tenetur, Sacrificium item pro institutore applicet, alio in contrarium non apparente. Vide sup. n. 22.

Missa Audienda.

Cap. V.

1 PEr Missæ à Greco celebratæ auditionem quis precepto ualet Ecclesie satisfacere, etiam latinus dato nihil intelligat. Sà v. Misse auditio num. vlt.

2 Qui ex uoto, vel pænit duas audire tenetur Missas, etiam die festo, satisfacit duos eodem tempore Sacerdotes Missam celebrantes audiendo. Id. n. 8.

3 Ob concionem Missa non omittenda, improbabiliter quibusdam negantibus. excipe nisi iam præcepto fuerit satisfactum: uel nisi quis in grauissima sit constitutus sciendi necessitate res ad salutem necessarias. n. 7. id.

4 Priuilegio tempore interdicti Missam audiendi fruens, probabilius audire tenetur. Peregrini audire Sacrum ibi, vbi transeuntes inueniuntur non tenetur. num. 4. 6.

5 Cogere non ualet Episcopus subditos ad Missam in Parochia, vel prædicationem audiendam, aut ad doctrinam ibi addiscendum Christianam Tol lib. 6. cap. 6.

6 Ab Euangelio inclusiuè Missam audiens, satis precepto facit. Item qui post Euang. ad Eccl. accedit, si per se, vel alium Euangelium legat, &c. non audita Item qui pro rebus ad Missam spectantibus huc, vel illuc discurrit. Item

corpore

corpore,& mente præsens,licet nihil percipiat audit 1. Item qui partem vnius Sacerdotis,alterius vero aliam audit Missæ partem. Item qui simul horas recitat canonicas,vel sibi iniunctam pænitentiam. Sà ibi n. 2.

7 A Missæ excusat auditione legitimum imped.rationabilisue causa, v. g. marito vxorem; Patre,filium; hero,famulum &c. impedientibus Item si femina sit alicui futura peccandi occasio,si domo prodeat. Item consuetudo puellas, domo se vsque ad certam ætatem solitas continere,à mortali excipit. Item domus custodia,custodes eximit Item ueste decenti,aut pedissequa carens honesta mulier,à precepto Missæ eximitur audiendæ. Præterea,debilem Ecclesiæ excusat nimia distantia. Tandem excommunicatio,interdictum excipit,dato in quærenda absolutione adsit negligentia. Tol.l.c c.9 Sà ibi n.3. Suar d. 18.sect. 6.

8 Ebrius tempore non tenetur ebrietatis Missæ interesse, dato aliud non sit futurum Sacrum. Pueri item septennali minores ætate non tenentur. Item qui Missam audiuit,sed animo non satisfaciendi pro tunc,imo aliam audiendi, alij non tenetur sacro interesse,sed mutata valet uoluntate, per eam velle auditionem satisfecisse, vt sup. de horis Canonicis. Qui confitendo peccata,simul & Missam audire sufficienter intendit, probabilius est non satisfacere. Vide Reginaldum l. 19.n.14.in fine, & sic fere Molf.tract.3.c.17.n.45.Bon.t.1. f 127.

9 Cuiuscunque Sacerdotis fas est Missam audire:excipe nisi excõmunicatus, suspensus,aut interdictus sit vitandus,publicus,& denunciatus; idẽ de degradato. Concubinarij licet Missam audire. Suar.sect.6.n.13.

10 Ille,in cuius Parochia dies festus colitur,Missam non audiendo non peccat,si forte ante meridiem à propria debeat abire Parochia: nam ad illam vsque horam Missæ poterat auditionem differre,sed in ea iam est hora ab obligatione Missæ audiendæ abstrictus. Henriq.l.9.c.25.n.2.

11 Cursores,nautæ,muliones, & id genus ab Missæ auditione eximuntur,si forte aliquod magnum passuri sint incommodum,vel expensas,si ad Missam morentur audiendam. Bon.t.1.f.mihi 129.n.6.Suar.sect.6.

12 Ille,qui vi,morbo aut carceris titulo domi morari cogitur, dato habeat in domo horatoriũ ad Missas celebrandas approbatum,iuxta probabiliorem quęrere non tenetur Sacerdotem,vt domi Missam audiat Item uiduę, quæ maritis defunctis se domi ad certum solent tempus continere, ab huius eximuntur præcepti obligatione Idem de puerperis per aliquot dies se domi ex honestate,iuxta consuetudinem,continentibus. Vide Bon ibi f. 129.

13 Beatæ V. Annunciationis festo die Parasceues, feria nempe sexta Maioris hebdomadæ incidente,illius diei Missam audiendi nulla est obligatio. Dian.2.p. f.212.ref.62.

14 Sine interna attentione Missam audiens probabiliter satisfacit: quandoquidem interior non cadit deuotio sub humano præcepto ref.107.f.110.4.p.

15 Probabiliter qui maiorem Missæ nequit partem audire, aliam audire non adstringitur. Paul.Laiman.l.1.tract.4.c.19.n.6.

16 Ex domi fenestra Missam audiens, pręcepto haud satisfacit, quippe qui pręsens non censetur. Qui duplici festo non audit, vnicum peccat peccatum.

17 Cęci,muti, & surdi,non eximuntur obligatione Sacro interessendi.

18 Qui consecrationis tantum,& communionis tempore abest, dato reliquo inter-

interfuerit Sacro ; probabilius non satisfacit. Dian. in Comp. v. Missa, num. 77. 79. 80.

19 Qui debet v.g. per mensem singulis Sacrum audire diebus ex iniuncta pænit. diebus non tenetur festis duobus interesse Sacris. Ibi n. 82.

20 Statim à Sacramenti sumptione abiens reus non habetur noxę le thalis.

21 Ex cęmeterio, vel Ecclesię atrio Missam audire, ad pręcepti valet adimpletionem. Diana in summæ summario v. Missa, n. 21. & 23.

Monialis

1 Monialis vidua forte ex consuetudine in Abbatissam assumi valet ; de iure non valet, vel si sit corrupta, &c. uide v. Abbatissa. n. 1. Quod si dispensatio requiratur, Monialium dabit tutè Prælatus. Dian. 3. p. res. 99 fol. mihi 50.

2 Valet ab hæresi externa Monialis per Episc. vel ab eius deleg. abstringi. 4 p. res. 89. fol. 115.

3 Infirmæ moniali fas erit licentiam dare monasterium axeundi vt morbus ita periculosus curetur, ut alias monialis sit disperata salus. v. g. nisi ad Balnea accedat. 5 p. res. 137. f. 96.

4 Ad Monialium Monasteria accedens Regularis nulla Episcopi munitus licentia, nulla afficitur excommunicatione per Episc. lata; quandoquidem priuilegio ab Episcopi eximuntur iurisdictione. Quòd si contra Sacræ Congr. decreti formam accedant, lethaliter delinqunt, pænisue ibi contentis afficiuntur. Neque peculiari valet statuto Episcopus Regularibus sub excomm. interdicere cum moniali allocutionem. Dian. 3. p. f. 51. res. 103. 104. & fol. 37. res. 48.

5 Monialem alloquens non respondentem, adhuc excommunicatione adstringitur. Secus si alloquentem tantum audiat, etiam cum se ipso. Vel solis nutibus, aut signis Monialem alloquens excommunicationem non euadit; excipe Abbatissam & materiæ paruitatem Item per aliam alloquentes Personam, vel scripturam excipiuntur. Item quatuordecim annorum ætate minores, uel duodecim, si sint fæminæ. Item peregrini, & aduenę. Item Episcopi. Item nouitiam alloquentes Dian. in Comp. v. Monialis, n. 6. & 5. & p. 3 res. 48. f. 37.

6 Cum Moniali secretus valet incæstus per Episcopum absolui, etiam in Monasterio patratus, Conc. Trid. vigore 2. p. res. 35. fol. 256 & in Comp. v. mon. num. 3.

7 Qui cum licentia, & iusta causa Monialium ingressus fuit Monasterium, si peracto peragendo statim id non eggrediatur, sed ibi curiose uagans detineatur, nullam incurrit excomm. peccato tamen se graui deuincit, modo materiæ paruitas non excuset. Bon tomo 1. fol. mihi 758. num 22. Rodriq. to. 1. quæst. 47. art. 11.

8 Clausuram Monialium irrumpens, vt se de satellitum manibus eripiat, ad mortem si sit quæsitus, nulla excommunicatione deuincitur, aut peccato. Excipe nisi ibi diutius nulla necessitate moretur, tunc siquidem à pecc. non abstringitur, data materiæ tamen grauitate; proinde expelli transacta necessitate debet,

bet, etiam per viros de licentia Abbatissæ & discretarum. A iudice tamen laico examinari nequit, vel incarcerari, nisi talia patrauerit, quę merito delinquentē immunitate priuent. Rodr. t. 1. q. 47. art. 4 ad fol.

9 Monialium Regularibus subiectarum ingrediendi monasteria licentiam dant Generales, Prouinciales, vel alij immediati Monasterij Prælati, non vero Episcopi. Rodr. t. 1. q. 46. art. 2. Nau comm. 4. n. 60. Sanch. l. 6. c. 16.

10 Regibus, Imperatori, eorum uxoribus, & filiijs Monialium monasteriorū non interdicitur ingressus, saltem probabiliter. Rodr. t. 1. q. 48 art 1.

11 Monasteriorum vetita frequentatione Monialium, accessus non prohibetur non frequens. v. g. semel, vel bis quis accedere non prohibetur. Excommunicatio ab Episcopo lata in accedentes ad Monialium monasteria, etiam exempta, afficit omnes laicos ad exempta etiam accedentes; siquidem accessus in loco fit non exempto, nempe Episcopo subdito, fit enim per ciuitatem, &c Secus si contra alloquentes lata sit excomm. nullus enim eo casu secularis alloquēs exemptas Moniales excommunicatus euadit Barbos. de Offi & pot. Ep. 3 p. alleg.

12 Nulla in iure communi adest excomm. contra accedentes, vel moniales alloquentes. Adest tamen comminatoria; cum per Episcopū admoniti desistere à frequentatione nolunt. Bon t. 1 fol. mihi 749. n. 1.

13 Onus cogendi Moniales ad clausuram, si sint Regularium exemptorum, eorum competit superioribus, non Episcopis. Idem de iure vesitandi. Sanch in opere mor. l. 6. c. 15. n. 21.

14 Monialium ingredi potest monasterium, qui ingrediendi dare valet facultatem.

15 Ingredi Episcopi in Monast. exemptarum iure non valēt. Bon. t. 1. fol. 753. n. 1. 2 & 3. Rodr. t 1. q. 46. art. 2 Nau. comment. 4. n 60.

Mulier.

1 PEccans mulier carnaliter cum eo, cum quo scit matrem, Sororem, vel fil. suam rem habuisse carnalem; vel scienter cum patre, filioque rem habens, capitis mulctari dedet pæna Sixt. V. Const. 54. Non. April. 1587 apud Barb. in Coll. Bull. v. Mulier.

Mutuum. Vide Vsura, & Contractus.

1 MVtuum ab vsurario acceptum, in alium tranferre quibis, pacto addito, vt ille soluat, quam tu debes soluere vsuram; modo adhuc causa, ob quam sub vsura accepisti duret; secus si cessauerit. Sà v. mut. n. 10. mol. dist 314 n. 7.

2 Mutuo redimi valet tutè vexatio. Sà ibi in fine. Sot. l. 6. q. 5. art. 2.

3 Mutuum est Expressum, cum quis pecuniam actualiter mutuo dat, tacitum vero vel paliatum, cum quis quid vendit pretio aucto, soluendi concessa dilatione; quippe mutuare venditor censetur virtualiter pretium emptori, donec soluat. Vide verbo, vsura.

Mutuum

Naufragium, Vide Restit.

1 REm statim naufragio certò mergendā rapiēs quæ sine illo salua nō haberetur omnino restituat, modo id sine quocunque vitæ periculo egerit: ad hoc quippe præstandum charitatis tenebatur præcepto; laboris tamen tutè sibi pretium retinebit. Secus si cum aliquali suæ vitæ id egit periculo, neque ad dominum alioqui certò reditura erat, pote quæ vt supponitur statim erat ad maris abitura profundum, neque inde vnquam eripienda: cum huiusmodi enim vitæ non tenebatur periculo alterius de naufragio rem eripere. Quod si alioqui verisimiliter eius erat dominus eam habiturus, dato se mortis exposuerit periculo, restituat, & sui laboris, & periculi habebit æstimationem: eo quippe casu pro derelicta non habebatur. Summa Fumi, v. Naufrag.

Negligentia.

1 LIcet negligentia in consuetudinem redacta ex se peccatum aggrauet, v. g. in eo qui ex consuetudine aliquod patrat veniale peccatum; si officium debitis non persoluat, & statis horis, vel interpolatè recitet, &c. attamen ex se vnquam letale non adæquat, vel tangit peccatum; neque enim quod ex se est veniale mortale facit negligentia; intelligo dempto contemptu. Fum. v. negligentia.

Nundinę. Vide Festum, Cambium.

1 PRætextu nundinarum, vel mercatorum nullo modo præceptum de Festis Dominicarum obseruandis violari debet: licet his tamen diebus agasonibus, mulionibus, & aliis iumentarijs, aut mercium conductoribus, baiulis, & huiusmodi seruiētibus, & ministris sarcinas, & nundinarū exonerare merces; necnon iter arreptum continuare, sacro tamen audito, & prosequi; non item sarcinas componere, ac iumenta onerare ad iter incipiendum: neque mercatoribus, aut alijs etiam viatoribus ijs diebus, etiam clausis apothecis, merces vendere, emere aut asportare fas erit, exceptis ad victum necessariis, & minusculis ac modici valoris: opera iam cōflata & laborata pro transeuntibus, aduenis, & necessitate præssis licite vendi, & emi quibunt. In hoc Episcopi erunt partes per edicta proposita prouidere, vt festi debita colantur obseruatione dies, vel non dominici, at alias de præcepto: & vt simul eo populo confluenti (quantum fieri speditius, & sanctificatione retenta) consulatur, eiusue necessitatibus prospiciatur. Vide Aug. Barb. in Coll. Bull. v. nundinę, ex Sacra Rit. Cong.

Nuptiæ

Nuptię, Vide Benedictio.

1 NVptiarum non fiat benedictio nisi inter Missarũm solemnia ex S. Cõg. 13. Iulij. 1630. apud Aug Barb. in Coll: Bull. v. nuptię Nuptijs prohibitis, non prohibentur publicationes id. v. Matrim.

Obedire. Vide Propositum.

1 OBedire non tenetur Religiosus in omnibus Prælati mandatis, etiam licitis, at solum in ijs, quæ in Regula etiam implicitè habentur: & hoc intellige ex necessitate, ex perfectione enim tenentur. In iis vero quæ contra Regulam noscuntur, vel diuinam legem, nedum obedire non teneri certum est, imo non obedire vi tenentur Constitutionis, Regulæ, aut diuini mandati; excipe, nisi in iis, in quibus Prælatus dispensare circa Regulas valet. Præterea, quandoque supra id quod in Regula præcipitur valet Prælatus Religioso quid mandare, proinde Religiosus obedire iure cogendus, v.g alicuius delicti ratione, in cuius tenetur Pænam subditus Prǽlato morem gerere, id autem non ex se, sed ex accidenti præstare tenetur: vt patet vel inter seculares, qui iure coguntur optimo, alioqui non debita, in delicti pœnam præstare.

2 Episcopo Sacerdoti mandante vt aliquem excommunicet, quem probe scit Sacerdos esse innocentem, non obediat, modo id notoriè sciat, sed de eius innocentia Episcopum admoneat; quod si id probare non queat apud Episcopum, cũ sit eius innocentia tantum sibi nota, vel si de innocentia forte dubitet, Episcopo oportet obediat; & eo casu si sit ille innocens, nullam patiebit censuram in foro conscientiæ, & apud Deum, quicquid de foro sit exteriori., in quo respectu scandali se vt ualidè excommunicatus geret, donec, &c. Noto si forte sic præsumptus excommunicatus, aliquem exerceat, etiam solemniter, Sacrum ordinem nullam incurrere irregul. in foro interno, dato quod in externo vtique incurrisse sit censendus quod si secretè celebret, nihil delinquet, cum vere non sit excomm. Vide Fum. v. obedientia; & alibi me de censuris, &c.

3 Prælatis laici non tenetur in temporalibus parere, excipe in Baptismo promissa; quippe in cæteris eis non sunt subditi, at dominis tantum temporalibus: quibus parendum est prout iustitia exigit tantum, secus in contra iustitiam; nisi alias forte magnum nisi pareatur sit scandalum euenturum, aut pericumlum. Vide S. Thom. 2 2. q. 104. art. vlt.

4 Vel si Papa quid iniustum, si constet, mandet, vel hęreticum, continens peccatum, vel Ecclesiæ magnum continens turbationem aut alias aliquod magnum futurum malum, non obediendum, vel excommunicatione non parenti proposita; pro quo facit quid sup. hic n. 2. in fine. Circa spiritualia tenetur Papæ etiam parere laicus, & sęcularis, iuxta sup. dicta. Clericus vero, vel Religiosus, etiam in temporalibus, iniustitiam clare non continentibus præceptis. Prælato

Sacrificii applicatio.

Cap. II.

1 IN ipso non est necesse Sacrificio actualiter, vel uirtualiter fieri applicationem, tempore videlicet Sacrificii, imo valet pridie à Sacerdote applicari, modo vuluntate non retractata. Diana.2.p tract.14 res.47.f.351.

2 Sacerdotis valet Regularis facta applicatio, dato contra superioris applicet voluntatem, & præceptum; graui tamen se scelere astringit contra votum obedientie nuncupatum: at sua non caret probabilitate contraria sent. nempe non valere asserentium. Id. ibi res.72.f.214.

3 Omnium defunctorum die, quicunque valet Sacerdos alias obligatus, cui voluerit applicare: at sanius, & consultius fecerit iuxta Ecclesiæ applicando intentionem, nempe pro vniuersis defunctorum in Purgatorio tortis animabus 4.p. fol.114.res.86.

4 Vnico (probabilius) non valet Sacerdos Sacrificio pluribus idem petentibus satisfacere, dato uullum accipiat pro eo stipendium, sed gratis pluribus Sacrificium promittat. Idem ibi 4.p.res.196.f.146.vers. Notandum.

5 Item, sibi debitum fructum specialissimum alij non valet Sacerdos, etiam dato sibi stipendio, applicare Sacra id Congregatio vetat.2.p.res. 14.fol.202.

6 Conuentualis valet Missa pro stipendium offerente applicari. 5.p.res.51. fol.308.

7 Nedum debet ex opere operato fructus applicari stipem datori, verum, & fructus ex opre operantis, & orationes, &c.res.80.fol.356.

8 Missæ S. Greg. dici debent 30.dieb.continuis, sed non omnes de Requiem: & dici valent à diuersis Sacerdotibus, at vnica in die vno Gauant. apud Pelliz. t.1.tract.4.c.9.n.82.

Cæteræ Missę S.Greg. quæ erant omnes diuersæ, fueræ anno 1629 prohibitæ. Pelliz.t.1.f 743.n.82.

Minister.

Cap. III.

1 MAli ministri Sacrificium prodest, quatenus Christi, & Ecclesiæ nomine offertur. Secus quatenus ab ipsius celebrantis orationibus priuatis valor procedit. Sibi tamen nullo respectu prodest Sacrificanti, imo iudicium Sacrilegè sibi manducat, & bibit. De ab excommunicato oblato Sacrificio, vide Sup. de excomm. & Conc. Trid. Sess.22.can.2. Victoria de Euch n.91.

2 Duabus ante solis ortum Sacra facere innoxiè quis valet. Religiosis id licet vel tribus ante horis. Pro vero morituro Communione Sacra reficiendo, vel de

media

media licet nocte celebrare. Paulo post meridiem Sacrum tutè licet inchoare, infra tamen vnius horæ spacium. Ratione vero futuri itineris Sacerdos vna valet hora post meridiem Sacra facere. Religiosi tribus id valent horis post meridiem.

3 Natiuitatis die tutè valet Sacerdos trium quam maluerit Missarum vnam tantum celebrare, & ante auroram Dian. in Comp v. Missa, n 13. 14.

4 Sacerdos ante Missam confessus, si postea alicuius omissi lethalis recordetur actum non tenetur elicere contritionis. Ibi n. 17. & 5. p. res. 5. f. mihi 330.

5 Confessarij non suppetente copia, Sacerdos iter habens, nisi alius sit qui celebret, contritus innoxiè celebrabit, si culpa irretiatur lethali, si dies sit festus vt præcepto Missæ audiendæ satisfaciat. Item vt alij tantum satisfaciant Vega in summa t. 2 c. 41. casu 4. Tol. l. 2. c. 15. §. maior diffic.

6 Verius est non dari casum, vt si Sacerdos in Altari alicuius lethalis recordetur ob quamcunque temporis angustiam conteri non valeat, vt digne sumat; quippe Deus semper præbere suum est paratus auxilium facienti quod in se est. Proinde nunquam debet Sacerdos ab Altare Sacrificio non confecto, & Communione peracta, discedere, prætextu noxæ alicuius lethalis, de qua ibi solum fuit recordatus, at peragat omnino oportet, contritionis actu elicito. Dian. p. 4. tract. 4. res. 98. f mihi 118. Ochagau. de Sacramentis, tract. 2. de Euch. effectibus q. 8. num 4.

Cætera Missæ Sacrificium spectantia.

Cap. IIII.

1 Linteum vnum sufficit super altare duplicatum. Item necessitate vrgente, Prophanum adhiberi sine crimine quibit: neque enim necessario lintea benedicenda. Item stolam adhibere loco cinguli, & stolę licet loco manipulum adhibere: etiam iuxta aliquos, non benedictum. Ex stola cingulum confici tutè valet. Cingulum si nectatur benedictionem amittit; si altera sufficiat cinguli fracti pars, adhibeatur. Em. Sà v. Missa, n 7. 8 9. 10.

2 Nunquam fas esse, vel ad mortem euitandam, sine paramentis Missam celebrare sunt qui aiunt, ast probabilius quidam existimant licere, Ecclesiæ præceptis cum tanto incommodo non vrgentibus. Idem ibi n. 13. & v. Metus, n 2.

3 Episcopo dispensante quis ex necessitate operto valet capite vsque saltē ad consecrat. celebrare. Nau. cons. 4. de celebrat miss. & Sà ibi n. 17.

4 Quacunque vrgente necessitate Missam nefas celebrare fæmina ad Altare Sacerdoti inseruiente; at potius ipse debet sibi celebrans respondere, & ministrare.

5 Extra valet Ecclesiam Missa aliquando celebrari, Episc. licentia non habita, v. g. in itinere, aut Ecclesia Populum capere non valente; adsit tamen portatile altare, vel petra Sacrata, &c. Imo extra necessit. Scandalo remoto, & contemptu plusquam non est veniale. Nau. c. 25. n. 8. Trid. Sess. 22.

6 Non facta oblatione aliqua de causa Sacrum valet iam ceptum omitti, & iterum repeti Sà vbi sup. v. Missa. n. 21.

7 Feria sexta Maioris hebdomadæ quidam licere dicunt, celebrare, at contrarium teneo ex vsu. Die Cœnæ licet, Sabbato item Sancto. Sà ibi n. 23.

8 Bis eodem die nefas celebrare, nisi forte idem Sacerdos duabus Parochialibus præficiatur Ecclesiis ob paupertatem Cæteri casus, in quibus olim bis celebrari fas erat, iam in dissuetudinem abiisse videntur, ob id consuetudo seruanda Vide eum ibi n. 24. Nau. c. 5. n. 88. Suar. de 80. sect. 3.

9 Peregrinus valet Sacerdos celebrare permitti, si vllum non habere credatur impedimentum, dato cómendatitijs non fulciatur litteris. Trid. sess. 23. cap. 16 in fol.

10 Onere quotidie certas dicendi Missas detentus, v. g. pro defunctis, tute Missam valet illius diei celebrare; imo diebus quibus duplex, aut semid. celebratur officium, de eo celebret, non pro defunctis. Rodric. t. 1. q. 9. Reg. q. 43. art. 10.

11 Nullus quotidie celebrare tenetur, & obligatio non tenet, nam salua intelligitur honestate huiusmodi obligatio. Excipe, nisi sit obligatio per se, vel per alium celebrandi, tunc enim per alium suppleat oportet Tol. l. 2. c. 3.

12 Habens pro Missis per se dicendis acceptam pecuniam, alios minori dato stipendio conducere valet adiuuantes, sibi quod superest retento. Secus si vt curet dicendas per alios acceperit. Nau. c. 25. n 91. Sot. l 9. q. 3. art. 1.

13 Sacrificio adestantes, offerentes dicuntur: item qui pro Missa stipem dedit. Quidam aiunt fore vtilius Missæ deuote adstare, quám pro se offerri curare. Probabiliter pro excommunicato contrito offerre fas erit Missæ Sacrificiũ. Item si forte inualidè quis excommunicetur. Sà v. Missa n. 42. & 41.

14 Pontificis præcisa dispensatione, ob quamcunque necessit. cæco nunquam Missam fas erit celebrare. Dian. 5. p. res. 43. f. mihi 103.

15 Missalis rubricas non obseruans, lethaliter non censetur peccare; non enim sub leth obligare censetur. Idem in 2. p. res. 55 fol. mihi 210.

16 Aliquo Missam v. g. Assumptionis, &c. petente extra proprios dies, vel de Passione, quæ in hebdomada Sancta dicitur, tute de communi dici Missa valet: indiscreta huiusmodi censetur petitio, & laicorum deuotio. Citra tamen peccatum huiusmodi valent dici extra tempus proprium Missę, remoto tamen scandalo. 3. p. res. 101 & 103. fol. 217.

17 Nisi Sacerdos in Missa maiori, quę cantatur, Epistolam, aut Euangelium legat, nullo se peccato adstringit. Item qui Dominico, vel alio festo die votiuam celebrat Missam, letaliter non peccat. 2. p. res. 42 f. 107.

18 Missa non de Requiem, in altari pro defunctis priuilegiato celebrata, defunctis non prodest. Notandum, Missam de Requiem in altari priuil. dici non posse, festo duplici, & de præcepto in die priuiligiato incidente.

19 Die Annunc. B. V. in Sabbato Sancto incidente, plures valent Missæ celebrari. 4. p. res. 233. f. 157.

20 Regularis in Missæ canonæ nomen Episcopi, non Generalis sub præcepto ponere debet. p. 2. f. mihi 207 res. 40.

21 Si quis ex diuotione in Missa paruam addat secrete orationem à lethali excipitur, paruitate excusante materiæ, Dian. 5. p. f. 136. res. 63.

22 Notandum Sacerdotem, qui in aliqua tenetur Eccl. pro illius cultu celebrare, vel populi commoditate, citra Sacrificij obligationem applicandi non

posse

posse pro illius applicatione aliunde stipendium accipere. Vrb. VIII.

23 Sine lethali notabiliter differri Missarum celebratio non valet, quas Sacerdos celebrandas suscepit p.2.id.f.204.res. 25.

24 Pro certo Missarum numero celebrandarum, stipendio relicto, si postea per Episcopum stipendium pro Missis augeatur, hæredes ad supplendum adigãtur Ibid.2.p.f.202.res.17.

25 Non admodum se recte gerit Sacerdos, qui cùm hodie nullum acceperit pro Missa stipendium, pro primo stipendium daturo, quem ignorat, hodie offert, deinde eleemosynam danti dicit se celebraturum iuxta eius intentionem, sed non celebrat, cũ iã anticipatè satisfecisse intendat. 2.p.f.ibi, res. 15.16.

26 Abbates, & Religionum Generales cum Capituli valent consensu Missarum minuere numerum anniuersariorum, & officiorum, modo non post Conc. vel in ipsa fundatione certus non sit num. statutus. Dian.p.1.t.14.res.4. Non amplius Regularibus licet, Generale dispensante, vnius Missæ celebratione nouem additis collectis pro nouem satisfacere Missis. S. Congr. Item nefas Sacerdoti pro vnica Missa tot accipere stipendia, quot ad debitam sustentationem sufficiant; dato etiam iustum non sit oblatum stipendium à petentibus, iuxta Episcopi, vel consuetudinis legem. Diebus tamen festis duplum tute posse accipere stipendium sunt qui aiunt. Qui amicitiæ intuitu pro Missa duplum habuit stip. tute per alium quibit satisfacere Sacerdotem, ei iusto dato stipendio. Secus si pro Missa simpliciter duplũ acceperit, nisi id ille alter concesserit, & solito dixerit fore stipendio contentum. Vide pro his omnib Ant. D. in comp. v. Missa, n 41. 43. 44. 45. 46. Vide verbo, Missarum reductio, ex Barbosa, & Sacra Congreg.

27 Qui per se celebrare tenetur, si per alium id præstet, peccat, at nullam facere tenetur restit. Itẽ simplici potienti beneficio Missarũ, onere addito, licet per alium, nisi ipse sit Sacerdos satisfacere; imo & Sacerdoti idem fas erit. Aliter modo in fundatione non disponatur. Item Sacerdos quotidie celebrare deuinctus, semel in hebdomada Missam tutè omittet; at pro stipendio eo non valet die celebrare; pro se vtique valet celebrare, amico, vel parente. Vide pro primo Bon.t 1 fol.106 n.2.pro secundo, &c. Dianam in Comp. v. Missa, num 40 39.

Item nequit Episcopus Capellanum ad per se celebrandum obligare, nisi & id in fundatione expresse caueatur per testatorem. Item nota, simplici Clerico. 14. annorum Capellaniam iure conferri posse: non enim est Sacerdotalis.

Item sunt qui probabiliter putant Sacerdotem, etiam nullo detentum impedimento, mortalis non esse culpæ reum, per totum annum non celebrantem; in Pascha tamen Sacro Pane refectum; omni item contemptu; imo & scandalo remoto. Vide eundem ibi in Comp.n.35.&. 36.

28 Per mensem Capellano ægrotanti, vel duos, tutè per alium Missas supplere valet omittere: in contrario tamen consuetudo seruetur, vel pactum, institutio, &c.

29 In certo obligatus loco celebrare, si alibi aliquando Sacra faciat peccat at nullam cogitur facere restitutionem: excipe, nisi defunctum, vel defunctos aliquo defraudauerit suffragio.n.38. Azor t.1.l.10.c.24.

30 Dum se Sacris induit Sacerdos vestibus, sub m. præscriptas non tenetur

orationes recitare: præciso tamen contemptu; nullum enim ad id adest præceptum Item in casu valet necessitatis cum stola, manipulo non benedictis, vel sine illis celebrare. Item in Calice conficere non benedicto, & patena, imo & reliquis paramentis, si bona sit fide alius eis Sacerdos ad Missam vtus. Item cum vnico fas erit lumine, vel ex oleo celebrare; aut ex adipe, saltem sine lethali, imo in necessitate, ullo prorsus sine peccato. Item sine missali, nisi adsit, in necessit. innoxiè celebrabit: modo se probe omnia memoriter recitaturum confidat. Dian. in Comp. v. Missa n. 29. 30. & 31.

31 Iam tutè quisque valet Sacerdos, horis non recitatis Mattutinalibus, Sacra facere; nullam quippe inter se Officium, & Missa habent connexionem. num. 12.

32 Paulisper fas erit Sacerdoti Missam interrumpere, quatenus paruulus à se baptismo donetur, alio non extante id præstare valente, & alioqui morte infanti imminente. Henriq. f 9. c. 30. n. 3. Posseu. de Sacrif. c. 2. n. 11.

33 Dubio extante, num extinctus ad Altare Sacerdos consecrauerit, alia ab alio debet Sacerdote, etiam non ieiuno, hostia sumi, & consecrari simul cum alia conditionaliter, de qua dubitatur Item post nouam Hostiam consecratam, & sumptam, valet dubiam sumere, purificatione adhuc non sumpta. Ante consecrationem Sacerdote deficiente, nulla perficiendi adest Sacrificij necessitas. Bon. t. 1 f. 124. num. 24.

34 Qui alicubi celebrare tenetur, Sacrificium item pro institutore applicet, alio in contrarium non apparente. Vide sup. n. 22.

Missa Audienda.

Cap. V.

1 PEr Missæ à Greco celebratæ auditionem quis pręcepto ualet Ecclesię satisfacere, etiam latinus dato nihil intelligat. Sà v. Missę auditio num. vlt.

2 Qui ex uoto, vel pænit. duas audire tenetur Missas, etiam die festo, satisfacit duos eodem tempore Sacerdotes Missam celebrantes audiendo. Id. n. 8.

3 Ob concionem Missa non omittenda, improbabiliter quibusdam negantibus. excipe nisi iam præcepto fuerit satisfactum: uel nisi quis in grauissima sit constitutus sciendi necessitate res ad salutem necessarias. n 7. id.

4 Priuilegio tempore interdicti Missam audiendi fruens, probabilius audire tenetur. Peregrini audire Sacrum ibi, vbi transeuntes inueniuntur non tenētur. num. 4. 6.

5 Cogere non ualet Episcopus subditos ad Missam in Parochia, vel prædicationem audiendam, aut ad doctrinam ibi addiscendum Christianam Tol lib. 6. cap. 6.

6 Ab Euangelio inclusiuè Missam audiens, satis pręcepto facit. Item qui post Euang. ad Eccl. accedit, si per se, vel alium Euangelium legat, &c. non audita Item qui pro rebus ad Missam spectantibus huc, vel illuc discurrit. Item

corpore

corpore,& mente præsens,licet nihil percipiat audit 1. Item qui partem vnius Sacerdotis,alterius vero aliam audit Missæ partem. Item qui simul horas recitat canonicas,vel sibi iniunctam pænitentiam. Sà ibi n. 2.

7 A Missæ excusat auditione legitimum imped.rationabilisue causa, v. g. marito vxorem; Patre,filium; hero,famulum &c. impedientibus Item si femina sit alicui futura peccandi occasio,si domo prodeat. Item consuetudo puellas, domo se vsque ad certam ætatem solitas continere,à mortali excipit. Item domus custodia,custodes eximit. Item ueste decenti,aut pedissequa carens honesta mulier,à precepto Missæ eximitur audiendæ. Præterea,debilem Ecclesiæ excusat nimia distantia. Tandem excommunicatio,interdictum excipit,dato in quærenda absolutione adsit negligentia. Tol.l.c c.9 Sà ibi n.3. Suar d. 18. sect. 6.

8 Ebrius tempore non tenetur ebrietatis Missæ interesse, dato aliud non sit futurum Sacrum. Pueri item septennali minores ætate non tenentur. Item qui Missam audiuit,sed animo non satisfaciendi pro tunc,imo aliam audiendi, alij non tenetur sacro interesse,sed mutata valet uoluntate, per eam velle auditionem satisfecisse, vt sup. de horis Canonicis. Qui confitendo peccata,simul & Missam audire sufficienter intendit, probabilius est non satisfacere. Vide Reginaldum l. 19.n.14. in fine, & sic fere Molf.tract.3.c.17.n.45. Bon.t.1. f 127.

9 Cuiuscunque Sacerdotis fas est Missam audire: excipe nisi excõmunicatus, suspensus,aut interdictus sit vitandus,publicus,& denunciatus; idẽ de degradato. Concubinarij licet Missam audire. Suar. sect. 6.n.13.

10 Ille,in cuius Parochia dies festus colitur,Missam non audiendo non peccat,si forte ante meridiem à propria debeat abire Parochia: nam ad illam vsque horam Missæ poterat auditionem differre,sed in ea iam est hora ab obligatione Missæ audiendæ abstrictus. Henriq.l.9.c.25.n.2.

11 Cursores,nautæ,muliones, & id genus ab Missæ auditione eximuntur,si forte aliquod magnum passuri sint incommodum,vel expensas,si ad Missam morentur audiendam. Bon.t.1.f. mihi 129.n.6. Suar. sect.6.

12 Ille,qui vi,morbo aut carceris titulo domi morari cogitur, dato habeat in domo horatoriũ ad Missas celebrandas approbatum,iuxta probabiliorem quęrere non tenetur Sacerdotem,vt domi Missam audiat. Item uiduę, quæ maritis defunctis se domi ad certum solent tempus continere, ab huius eximuntur præcepti obligatione. Idem de puerperis per aliquot dies se domi ex honestate,iuxta consuetudinem,continentibus. Vide Bon. ibi f. 129.

13 Beatæ V. Annunciationis festo die Parasceues, feria nempe sexta Maioris hebdomadæ incidente,illius diei Missam audiendi nulla est obligatio. Dian. 1.p. f.212. resol.62.

14 Sine interna attentione Missam audiens probabiliter satisfacit: quandoquidem interior non cadit deuotio sub humano præcepto res.107.f.110.4.p.

15 Probabiliter qui maiorem Missæ nequit partem audire, aliam audire non adstringitur. Paul. Laiman.l. 1.tract.4.c.19.n.6.

16 Ex domi fenestra Missam audiens, pręcepto haud satisfacit, quippe qui pręsens non censetur. Qui duplici festo non audit, vnicum peccat peccatum.

17 Cęci,muti, & surdi,non eximuntur obligatione Sacro interessendi.

18 Qui consecrationis tantum,& communionis tempore abest, dato reliquo

inter-

interfuerit Sacro ; probabilius non satisfacit. Dian. in Comp. v. *Missa*, num. 77. 79. 80.

19 Qui debet v.g. per mensem singulis Sacrum audire diebus ex iniuncta pœnit. diebus non tenetur festis duobus interesse Sacris. Ibi n. 82.

20 Statim à Sacramenti sumptione abiens reus non habetur noxę le thalis.

21 Ex cęmeterio, vel Ecclesię atrio Missam audire, ad prçcepti valet adimpletionem. Diana in summæ summario v. Missa, n. 21. & 23.

Monialis

1 MOnialis vidua forte ex consuetudine in Abbatissam assumi valet ; de iure non valet, vel si sit corrupta, &c. uide v. Abbatissa. n. 1. Quod si dispensatio requiratur, Monialium dabit tutè Prælatus. Dian. 3. p. ref. 99 fol. mihi 50.

2 Valet ab hæresi externa Monialis per Episc. vel ab eius deleg. abstringi. 4 p. ref. 89. fol. 115.

3 Infirmæ moniali fas erit licentiam dare monasterium axeundi vt morbus ita periculosus curetur, ut alias monialis sit disperata salus. v. g. nisi ad Balnea accedat. 5 p. ref. 137. f. 96.

4 Ad Monialium Monasteria accedens Regularis nulla Episcopi munitus licentia, nulla afficitur excommunicatione per Episc. lata; quandoquidem priuilegio ab Episcopi eximuntur iurisdictione. Quòd si contra Sacræ Congr. decreti formam accedant, lethaliter delinquunt, pænisue ibi contentis afficiuntur. Neque peculiari valet statuto Episcopus Regularibus sub excomm. interdicere cum moniali allocutionem. Dian. 3. p. f. 51. ref. 103. 104. & fol. 37. ref. 48.

5 Monialem alloquens non respondentem, adhuc excommunicatione adstringitur. Secus si alloquentem tantum audiat, etiam cum se ipso. Vel solis nutibus, aut signis Monialem alloquens excommunicationem non euadit; excipe Abbatissam & materiæ paruitatem. Item per aliam alloquentes Personam, vel scripturam excipiuntur. Item quatuordecim annorum ætate minores, uel duodecim, si sint fæminæ. Item peregrini, & aduenę. Item Episcopi. Item nouitiam alloquentes Dian. in Comp. v. Monialis, n. 6. & 5. & p. 3 ref. 48. f. 37.

6 Cum Moniali secretus valet incæstus per Episcopum absolui, etiam in Monasterio patratus, Conc. Trid. vigore 2. p. ref. 35. fol. 256 & in Comp. v. mon. num. 3.

7 Qui cum licentia, & iusta causa Monialium ingressus fuit Monasterium, si peracto peragendo statim id non eggrediatur, sed ibi curiose uagans detineatur, nullam incurrit excomm. peccato tamen se graui deuincit, modo materiæ paruitas non excuset. Bon tomo 1. fol. mihi 758. num 22. Rodriq. to. 1. quæst. 47. art. 11.

8 Clausuram Monialium irrumpens, vt se de satellitum manibus eripiat, ad mortem si sit quæsitus, nulla excommunicatione deuincitur, aut peccato. Excipe nisi ibi diutius nulla necessitate moretur, tunc siquidem à pecc. non abstringitur, data materiæ tamen grauitate; proinde expelli transacta necessitate debet,

bet, etiam per viros de licentia Abbatissæ & discreretarum. A iudice tamen laico examinari nequit, vel incarcerari, nisi talia patrauerit, quę merito delinquentē immunitate priuent. Rodr. t. 1. q. 47. art. 4 ad fol.

9 Monialium Regularibus subiectarum ingrediendi monasteria licentiam dant Generales, Prouinciales, vel alij immediati Monasterij Prælati, non vero Episcopi. Rodr. t. 1. q. 46. art. 2. Nau comm. 4. n. 60. Sanch. l. 6. c. 16.

10 Regibus, Imperatori, eorum uxoribus, & filiijs Monialium monasteriorū non interdicitur ingrussus, saltem probabiliter. Rodr. t. 1. q. 48 art 1.

11 Monasteriorum vetita frequentatione Monialium, accessus non prohibetur non frequens. v. g. semel, vel bis quis accedere non prohibetur. Excommunicatio ab Episcopo lata in accedentes ad Monialium monasteria, etiam exempta, afficit omnes laicos ad exempta etiam accedentes; siquidem accessus in loco fit non exempto, nempe Episcopo subdito, fit enim per ciuitatem, &c Secus si contra alloquentes lata sit excomm. nullus enim eo casu sęcularis alloquēs exemptas Moniales excommunicatus euadit Barbos. de Offi & pot. Ep. 3 p. alleg.

12 Nulla in iure communi adest excomm. contra accedentes, vel moniales alloquentes. Adest tamen comminatoria; cum per Episcopū admoniti desistere à frequentatione nolunt. Bon t. 1 fol. mihi 749. n. 1.

13 Onus cogendi Moniales ad clausuram, si sint Regularium exemptorum, eorum competit superioribus, non Episcopis. Idem de iure vesitandi. Sanch in opere mor. l. 6. c. 15. n. 21.

14 Monialium ingredi potest monasterium, qui ingrediendi dare valet facultatem.

15 Ingredi Episcopi in Monast. exemptarum iure non valēt. Bon. t. 1. fol. 753. n. 1. 2 & 3. Rodr. t 1. q. 46. art. 2 Nau. comment. 4. n 60.

Mulier.

1 PEccans mulier carnaliter cum eo, cum quo scit matrem, Sororem, vel fil. suam rem habuisse carnalem; vel scienter cum patre, filioque rem habens, capitis mulctari debet pæna Sixt. V. Const. 54. Non. April. 1587 apud Barb. in Coll. Bull. v. Mulier.

Mutuum. Vide Vsura, & Contractus.

1 MVtuum ab vsurario acceptum, in alium tranferre quibis, pacto addito, vt ille soluat, quam tu debes soluere vsuram; modo adhuc causa, ob quam sub vsura accepisti duret; secus si cessauerit. Sà v. mut. n. 10. mol. dist 314 n. 7.

2 Mutuo redimi valet tutè vexatio. Sà ibi in fine. Sot. l. 6. q. 5. art. 2.

3 Mutuum est Expressum, cum quis pecuniam actualiter mutuo dat, tacitum vero vel palliatum, cum quis quid vendit pretio aucto, soluendi concessa dilatione; quippe mutuare venditor censetur virtualiter pretium emptori. donec soluat. Vide verbo, vsura.

Mutuum

Nuptię, Vide Benedictio.

1 NVptiarum non fiat benedictio nisi inter Missarũ solemnia ex S. Cōg. 13. Iulij. 1630. apud Aug Barb. in Coll: Bull. v. nuptię Nuptijs prohibitis, non prohibentur publicationes id. v. Matrim.

Obedire. Vide Propositum.

1 OBedire non tenetur Religiosus in omnibus Prælati mandatis, etiam licitis, at solum in ijs, quæ in Regula etiam implicitè habentur: & hoc intellige ex necessitate, ex perfectione enim tenentur. In iis vero quæ contra Regulam noscuntur, vel diuinam legem, nedum obedire non teneri certum est, imo non obedire vi tenentur Constitutionis, Regulæ, aut diuini mandati; excipe, nisi in iis, in quibus Prælatus dispensare circa Regulas valet. Præterea, quandoque supra id quod in Regula præcipitur valet Prælatus Religioso quid mandare, proinde Religiosus obedire iure cogendus, v. g alicuius delicti ratione, in cuius tenetur Pænam subditus Prçlato morem gerere; id autem non ex se, sed ex accidenti præstare tenetur: vt patet vel inter seculares, qui iure coguntur optimo, alioqui non debita, in delicti pęnam præstare.

2 Episcopo Sacerdoti mandante vt aliquem excommunicet, quem probe scit Sacerdos esse innocentem, non obediat, modo id notoriè sciat, sed de eius innocentia Episcopum admoneat; quod si id probare non queat apud Episcopum, cũ sit eius innocentia tantum sibi nota, vel si de innocentia forte dubitet, Episcopo oportet obediat; & eo casu si sit ille innocens, nullam pauebit censuram in foro conscientiæ, & apud Deum, quicquid de foro sit exteriori., in quo respectu scandali se vt ualidè excommunicatus geret, donec, &c. Noto si forte sic præsumptus excommunicatus, aliquem exerceat, etiam solemniter, Sacrum ordinem nullam incurrere irregul. in foro interno, dato quod in externo vtique incurrisse sit censendus: quod si secretè celebret, nihil delinquet, cum vere non sit excomm. Vide Fum. v. obedientia; & alibi me de censuris, &c.

3 Prælatis laici non tenētur in temporalibus parere, excipe in Baptismo promissa; quippe in cæteris eis non sunt subditi, at dominis tantum temporalibus: quibus parendum est prout iustitia exigit tantum, secus in contra iustitiam; nisi alias forte magnum nisi pareatur sit scandalum euenturum, aut pericumlum. Vide S. Thom. 2 2. q. 104. art. vlt.

4 Vel si Papa quid iniustum, si constet, mandet, vel hęreticum, continens peccatum, vel Ecclesiæ magnum continens turbationem aut alias aliquod magnum futurum malum, non obediendum, vel excommunicatione non parenti proposita; pro quo facit quid sup. hic n. 2. in fine. Circa spiritualia tenetur Papæ etiam parere laicus, & sęcularis, iuxta sup. dicta. Clericus vero, vel Religiosus, etiam in temporalibus, iniustitiam clare non continentibus præceptis. Prælato

Mm aliquid

aliquid vanum precipienti, v. g. expuitionem, à terra festucam leuari, & id gen. præcisa causa, non obediendum.

5 Subditus cogi ad Prælaturam videtur ex aliqua causa posse per Prælatum, dato sufficiens in subdito non reperiatur scientia: id Prælati relinquendum prudentiæ: quod si subdito iubeat Prælatus Confessiones audire, si certo subdito constet de insufficientia, dato secus prælato videatur, fore puto tutius non obedire, quocunque vel Supremo iubente superiore. Vide sum ibid. per totum.

6 Quicunque valet superior præceptū sub mortale facere Aragon. 2. 2. q 62. art. 3 dub 1. ad. 2.

7 In dubio obedientia excusat quod iubetur licere credentem. Tol de sept. pp. mm. c. 15.

8 Vt quis pro sanitate permittat sibi membrum abscindi, præcipi nequit, vel vt quis grauissimum patiatur dolorem. Franc. Soar. Enchir. de contract lib. 4 obed.

9 Nolle obedire in re graui, vel contemptu remoto, lethale censetur, si id sine suff. fiat causa, & scienter Idem ibi & Nau. c. 23. n. 36.

10 Quicunque superiori valet non obedire, si superiorem credat non fuisse præcepturum veritate cognita. Idem Nau. ibi n. 39 & Soar. ibi.

11 Subditus Superiori obediat, si contra propriam conscientiā aliquo modo putet posse parere, per aliquod rationis dictamen. Idem Suar. ibi.

12 Illud verbum, nolo, expressam importat resistentiam, non volo, impotentiam. Idem Soar. in Enchir. ibi, ex Iason in lib. qui se.

13 Famuli vi præcisè obedientiæ obedire suis non tenentur dominis. Nauar loco cit. n. 29. at vi tenentur naturalis præcepti, & cōtractus. Sà in Aphor. v obedientia. Tol. de 7. pp. mm. ibi. vbi sup.

14 Per errorem credito præcipere, tute non paretur. Per edicta Generalia non intendunt Superiores cum graui obligare incommodo. Nau. ibi n. 38.

Obligatio. Vide lex, Votum, & alibi.

1 MVltis concurrentibus obligationibus simul fieri impossibile existente, maior præualet, alioqui, prior exequatur. In generali nō veniunt obligatione, vel si sit additum iuram Solita non intendi, itē quæ nō intendebas non veniunt: v. g. illa quæ si tunc mente occurrissent de eis fuisset facta exceptio. Syl v. oblig. n. 3. apud Sà. n. 2 v. ad.

2 Ad mutilationis quis non valet pænam se obligare: non enim quis suorum est dominus membrorum, vt neque vitæ. Nau. c. 15 n. 11. Noto, si quis alicui se obliget conuentui, familiæ, & c. pro seruitio aliquo, v. g. medendi, ccquēdi, ſat: ocinandi, & id genus, de certo soluendo pretio facta conuentione, ad id tenetur, dato huiusmodi augeatur familia, &c. aliquantulum; magno vero facto incremento, aut decremento, augendum item, vel minuendum erit stipendium, & id ad prudentis iud. Vide Sà, in Aphor. vel obligatio, n. 5.

Opinio

Opinio. Vide Dubium, Scrupulus.

1 OPinio asserit cum formidine oppositi, prudenter agit qui iuxta probabilem agit opinionem: proinde innoxiè quis sequi valet probabilem, probabiliori relicta opinione, & tutiore. Procedit etiam contra propriam opinionem. Excipe modo de iuris dubietate, non facti agatur.

2 Item fas erit Aduocato ex opinione probabili, probabiliori relicta actoris tutari causam, dato de sanguine, honore, vel omnium agatur bonorum amissione. Secus de dubiam tutante causam, vbi de sanguine, &c. agitur & hoc est tutius.

3 Docti, item & probi alicuius Doctoris auctoritas, opinionem facit probabilem. Item, consulere Doctor valet, in his, quæ ad fauorem pertinent, & vtilit. interrogantis, iuxta aliorum opinionem probabilem, propria contraria, & probabiliori relicta; v. g. vt illum à restituendi eximat obligatione. An vero speculatiuè probabilis semper teneri valeat opinio, viri est docti iudicare. Dian. in Comp. v. opinio n. 1. &c. vsque ad finem pro sup. dictis omnib.

4 In mortis articulo tutior debet opinio teneri. Item quotiescunque de Materia vel Sacramentorum forma dubia agitur; quippe vti quis dubia non valet materia, vel forma, si certam adhibere queat: sin minus, dubia adhibenda.

5 Medicus certiore medicina deficiente, in casu valet desperato vti medicina plus timoris, quam spei continente. Vide ibi Dian in Comp. per totum. Vel in 2 p. fol. mihi 196. 197. &c. res. 1 2. & seq diffusè pro sup. dicta de opinione elig. materia.

Oratio.

Vide horæ Canonicæ, & quædam hic.

1 AB Ecclesia pro defunctis instituta oratio, eis prodest orante in p. m. existente Vide indulg n. 5. Bellarm. l. 1. c. 12. de indulgentijs.

2 Qui ex obligatione orat, cum attentione id agat oportet. In purgatorio animæ purgantes probabiliter orari valent. Item qui in cælo esse creduntur, licet non canonizati, vel beatificati, at id priuata licet oratione. Sà Orat n. 1. 2.

3 Sibi, vel alij mortem à Deo orans ad peccatum vitandum, non peccat. Nau c. 15. n. 10.

4 Quo tempore orationis obliget mandatum, dubium uersatur; communiter, quando peccator se præparare tenetur ad gratiā suscipiendam; in mortis aperto periculo, si noxa detineatur lethali; tandem tentationis æstu inuadente, si tentationem se triumphaturum desperet, oratione omissa. Less. l 2 c. 37 ad. 2.

5 Per Episcopos cogi Regulares ad interueniendum orationi, quæ Quadraginta dicitur horarum, non valent. Barbosa in Coll. v. Regul. & Sacra Congr.

Ordinarius. Vide Episcop.

1 VEl in casibus, in quibus Regulares parere Ordinario tenentur, nisi pareant per eum ob id puniri; vel capi iure nullo modo possunt. limito fugę remoto periculo. Nau. consl. 257. n. 7. Bellas in Prompt. v. ordin. num. 4.

2 Regularium Superioribus in subditorum delictis puniendis negligentibus, ob id nullum ad Episcopum ius deuoluitur puniendi, at prælatus supplebit negligenti superior, hoc deficiente, maior huic superior, &c. vsque ad Papam. Sanh. t. 2. Considerat. mor. l. 6. c. 9. d. 1 n 26.

3 Regularium respectu, Ordinarius eorum, censetur Superior. Nau. consl. 21. de temporib. ordinat. apud p. Bellas. vbi sup. n. 1.

ORDO.

1 VAlent vtique Episcopi Regulares ordinandos non examinare, se attestationi suorum remittendo superiorum super sufficienti doctrina: at ea laudabiliter forte non sunt contenti: Portel. in addit ad dub. Regul. v ordo Sacer.

2 Ab extraneo non ualent Regulares Episcopo ordinari in suis monasterijs, Diæcesani licentia non obtenta. Rodr. t. 3. q. 24. art 2.

3 Posita ab Episcopo in ordinatione contra male ordinatos excommunicatio, etiam Regulares adistringit.

4 Episcopo ordinante, & verba formæ proferente ante materiæ traditionem, aut materiam tradente ante formę prolationem, vel post, validè ordinatio fit, modo statim huiusmodi forma, vel materia subdatur, vel fere statim, iuxta sup. de Bapt.

5 Sacerdotii duplex materia censetur, calicis nempe cum uino, & patenæ cum hostia traditio qua ad cōsecrādū potest. datur; & Manuū impositio, p quā absoluendi facultas impertitur. Num verò utraque sit de essentia ad alterutram potestatem conferendam, vel altera sufficiat, pro vtraque probabiliter opinione disputatur. Ego alteram sufficere puto, pro altera facultate validè suscipienda. Si forte calix sine vino, & patena tradatur sine hostia nulla fieret ordinatio. Dian. in Comp. v. ordo n. 3. 4.

6 Physicus non est contactus rerum traditarum necessarius, imo moraliter tangi sufficit: at cauendum ne physicus omittatur contactus, sic quippe Ecclesia præcipit. Ibi n. 1.

7 Septem tantummodo, propriè loquendo, sunt ordines; neque enim Episcopatus propriè Ordo censetur: cum circa sacræ Eucharistię confectionem nulla maior potestas per Episcopatum conferatur, quàm per Presbyteratum. Non negandum tamen in Episcopatu Characterem Sacerdotalem extendi ad Sacerdotes creandos; sicut duos non dici ordines constat, quando Sacerdos potestatem

Cor-

Corpus Christi conficiendi accipit, & à peccatis deinde absoluendi per aliam formam & materiam; imo priorem tantum extendi, & perfici characterem, & ordinem constat. Bon.t. 1.fol.mihi 257, & 258 n.2.3.

8 Proinde probabilius teneo contra quosdam Episcopatum non Sacerdoti non posse vllo modo conferri ; contrarium item probabilissimum habetur. num.4.

9 Item prima Tonsura , Papatus, vel Archiepiscopatus inter Ordines non computantur. ibid.id.num.4 & Sot. in 4.dist.24.q 2.art.4.concl 7. Bellarm.l. 1.cap.11.

10 Per ordinis Sacerdotalis institutionem , simul & alii fuere ordines omnes instituti: quippe Sacerdotalis ordo eminenter omnes alios continet ordines, qui ad Sacerdotalem ordinātur: imo ei quodammodo subseruiunt.

11 Singulos ordines esse Sacramenta probabilior est opinio, & in vnoquoque gratia rite, & rectè suscipienti impertitur sanctificans. Bon.ibi n 7. Sà ordo, num.1.

12 Ob id tamen omnes ordinès simul sumpti vnum appellatur Sacramentum, quia verè unum omnes completum , & perfectum conficiunt Sacramentum. Bon.ibi.n.2.

13 Quemcunque Ordinem suscepturus sit oportet in gratia, saltem per contritionem; si vero sit in ordinatione Sacram. Eucharistiam sumpturus, per Confessionem, si lethalis culpa adsit Ibid. fol. mihi 258 n.2. vers. Neque hoc.

14 Valide, saltem probabiliter, ordo datur Sacerdotalis, si forte ex obliuione uas cum una tantum specie tradatur; ualeret enim vtranque ordinatus materiā nempe panem, & uinum consecrare Idem, fol.259 num.5. Fornar. cap.2.num 1. in fin.

15 Ordo in traditione primæ materię confertur: in aliarum vero materiarum traditione potestas, & character extenditur, quando Ecclesia aliquem confert Ordinem per plurium instrumentorum traditionem. Henriq.l.10.c.26. & 28.

16 In Subdiaconatu consecratum tradi calicem non est de ordinationis essētia. Idem Henr.l 10.c.5 in Com.m. lit.f. & c.8.n.3.

17 Manum impositio , Episcopatus est materia essentialis proxima; manus uero, remota.

18 Ille ipse Episcopus, qui materiam tradit, item de essentia proferat formam non alius, etiam Episcopus. Fill.tract.9.c.2.q.5. Suar.t.5.disp.42. sect.3.n.12.

19 Quo ad characteris collationem, quicunque valet Episcopus valide ordinare, vel si sit excommunicatus, Susp. irreg. degradatus, imo hęreticus, publicus, & uitandus; at grauissimi fit reus Sacrilegii . Idem de ordinato scienter : imo neque vllam per huiusmodi illicitam ordinationem , ordinis accipit executionem.

20 Non videtur improbabile de Summi Pont. commissione simplicem posse Sacerdotem Subdiaconatus ordine aliquem donare De minoribus non dubito . Secus de alio quocunque non Sacerdote, vel Diacono: etiam quoad minores.

21 Dato quis fiat Episcopus non Sacerdos, vt probabiliter fieri valet, huiusmodi Episc. nullo valeret modo Ordines vel minores conferre.

22 Nullus valet Episcopus ordinum, vel minorum, conferendorum, aut tonsure,

furæ, non Episcopo committere, minorum valet Abbati Mitrato. Bon. tomo 1. fol. mihi 161.

23 Qui sine litteris dimissoriis, aut furtiue contra prohibitionem ordinantis ad Ordines accedit suscipiendos, iure antiquo excomm. ipso facto incurrebat per Episcop. ante ordinationem latam; at hodie non videtur in nouo Pontificali latę sententiæ, sed ferendæ. Suar. tomo 5 disp. 42. sect. 3. n: 2. in fin.

24 Masculus omnis baptismo initiatus, Ordinis est capax, vel si vsu careat rationis, infans, fatuus &c. vel hæreticus; Modo intentionem contrariam habere non constet. Nota, sacro initiatum Ordine infantem, ad castitatem non teneri seruandam vi voti, vsum rationis adeptum: uoto tamen non ratificato post rationem acquisitam. Item, ad ualide ordines conferendos Ecclesiæ sufficit intentio in sup. infantib &c. Bon. ibi fol. mihi 164 n. 1. &c. Tol. l. 1. c. 61. Henr. l. 10 c. 14.

25 Sub lethali non requiritur in ordinando Confirmationis character saltem probabiliter.

26 Dies bissextilis necessa iò non est computandus pro legitima ætate ad ordines suscipiendos, saltem probabiliter, Idem de ætate necessaria ad profitendum, &c.

27 Ille qui sibi assignato per donationem patrimonio, ordinatur, nulliter si tentet retrodonare retrodonat, Episcopo inconsulto, dato de retrodonãdo pactũ præcesserit, vel iuramentum: nisi fuerit de restituendo post aliquod sufficiens acquisitum beneficium. Vide Bon. ibi f. 165. n. 7. &c. vsque 15.

28 Eadem quantitas patrimonij, vel beneficij sufficit pro nobili ordinando; quæ, & pro ignobili Ledisma de Sacram. Ord. ca. 7. concl. 7. Pacis. l. 4. quæst. vlt. num. 15.

29 Qui v. g. hac Pentecoste ordinatur iure ualet sequenti Pentecoste ordinari, vlla absque interstitiorum dispensatione, hic enim moraliter annus habetur. Fo: n. c. 3. n. 4.

30 Per metum ordinatus, valide ordinatus habetur; secus si per uim absolutam om e voluntarium tollentem. Henriq. l. 10 c 14 n. 3. & Bon. ibi f. 270. num. 58

31 Dubio extante de ordinum validè facta collatione nec ne, Sacerdotium, & Episcopatus reiterentur, cæteri ordines minimè. Dian 5. p. fol. 352. ref 64.

32 Infans ordinatus, cogi ad ministrandum adultus non valet, imo iure nubere quibit Ad laicale forum declinandum in Minoribus initiari animo maiores omittendi, lethale non censeo. Primum vide apud Rodr. c. 96. n. 4. Alterum ap. Bon. t. 1. fol. 334 n 5.

33 Quocunque valet die in ordinatione Sacerdotali commissus defectus suppleri, item Tonsura dari. Qui Episcopatum scienter inualide contulit, vel sacerdotium id prodat oportet, quocunque tandem sibi periculo imminente. Dian. in Comp. v. ordo n. 21 16. : 1

34 Ieiunio continuato, etiam à purificatione, ex causa valet sequenti dominico die Sacerdari O do. Priuilegiatus vt tribus valeat festis ordinari, tute tribus duplicibus diebus, non à populo ex precepto seruatis, ordinabitur. Item consuetudine Episcoporum attenta & recepta, sexta valent feria Minores conferri, ante Sabbatum ordinationis. Latinæ linguæ ignari valent Religiosi ad ordines

pro-

promoueri, etiam Sacerdotii. Dian. ibi n. 17. 15 & 16. vide ibi.

35 Nulla materiæ datur paruitas in ætatis defectu pro ordinibus. Lingua impeditus ne ſpeditè loquatur, bleſus, balbus, &c ordinibus non prohibentur initiari. Qui ordinatur Sacerdos, illud valet Sacrificium cui voluerit applicare ſi & ipſe conſecret cum Epiſcopo. Qui ante legitimam ordinatur ętatem bona cum fide excuſante, id inuincibiliter ignorantem, ſi eo ſcito celebret nondum ętatem adeptus, nullam incurrit irregularitatem, non enim ſuſpēſus habebatur; imo ætatem adeptus, tute abſquæ vlla quibit diſpenſatione celebrare. Diana ibi n. 18. 19. 24. 25. & 3 p. fol. mihi 115 reſ. 185.

36 Vi, aut metu graui ordinatus iure uxorem ducere quibit; licet enim per metum ordinatus characterem ſuſcipiat, voto tamen caſt. non tenetur. 3. p f. 117. reſ. 193.

37 Diaconus, vel ſubdiaconus noxa detentus lethali, ſi Euang. vel Epiſtolam ſolemniter cantet, noxæ lethalis reus non euadit, hoc eſt communius, ſaltem recentiorum attenta opinione. In hæreſim lapſus, tute valet, peracta pænitentia, ordinibus vti ſuſceptis. Cōcubinarius Clericus publicus, ipſo non eſt iure ſuſpenſus; idem de ueſte utentibus virgata, & prohibita; abierunt huiuſmodi ſuſpenſiones in deſsuetudinem. Qui malit ordinari, quam occidi, uere ordinatur; excipe niſi ſe uelle fingat, cum non intendat ordinari. Dicēte Epiſcopo dum vult ordines conferre, non intendo excommunicatos ordinare, vel irreg. eius eſt attendenda intentio; uidentur autem omnes quoad characterem ordinati manere; modo in ipſo ordinationis actu non ordinare non intendat. Sà v. ordo n. 38.

38 In fauorabilibus nomine Sacerdotis, & Subdiaconus uenet; in odioſis, ſolus presbyter.

39 Ius ordines petēdi habens, v.g. ob beneficium ob delictum non repellitur occultum. Pro ſup. dictis à n. 37. huc uſque, uide Diana in Comp. u. ordo, n. 54. 56. 57. Sà v. ordo, n. 24. 38. item 37. & 35.

Ornatus. Vide ſcandalum

1 AD turpitudinem ualet tegendam ſe mulier ornare. Ad uanitatem, vel pulchritudinem fingendam, ſub ueniali non licet; neque in Religioſa, modeſtia tamen ſeruata, pluſquam eſt uenialis. Aliquo uero inde lethaliter peccandi occaſionem ſumente, modo id ab illa non intendatur, non adhuc forte mortaliter delinquit. Nau. c. 23. n. 18. Ledeſ. li. 4. c. 4. dub. 14. Sà v. ornatus n. 1.

2 Vt viro placeat uxor, & exceſſu vitato, ſi ob id præcepta non omittat opera, innoxie ſe ualet ornare. Lege leſſ. l. cit. n. 106. Sà ibi n. 2. in fin.

3 Mala intentione pręciſa, fæmina nudum gerens pectus, forte lethaliter non peccat, ubi tamen talis eſt conſuetudo; at huiuſmodi ſemper puto morem damnandum. Caiet. v. ornatus c. 4.

Papa.

P A P A.

1 Apæ omnis subditur potestas, etiam secularis, quatenus id animæ salus exigit. Sà v Papa n.5.

2 Papa quantam pater in filios potestatem habet dominatiuam, tantam, & ipse in Regulares, potiorique iure, quàm in alios christianos etiam Clericos, vel Episcopos. Item Generalis est eorum Generalissimus, omniumque eorum actionum dominiũ habet absolutissimum sicut pater respectu filii Item Papæ electio, nulla valet excommunicatione uel alia impediri censura. Bellas v. Papa.

3 Papa iurisdictionis supplet defectum, in actibus ex opinine probabili factis & ex errore communi, vel titulo colorato. Adhibere nunquam Cardinalium tenetur consilium necessario. Plura potest Papa, quam ipsi, vel cuiquam compertum adhuc sit.

4 Eius est duplex potestas: nempe spiritualis in toto orbe directe, & temporalis indirectè. In terris vero Ecclesiæ, directè. Valet per indirectam in toto orbe Principes ad arma deponenda cogere, & eis diuidere infidelium regna prædicationem fidei non admittentium. Item laicorum ius reuocare patronatus.

5 Valide, & iusta cum causa, licite in omni lege ualet humana dispensare, u g. Patriarchas tollere, Archiepiscopos, Cardinales. Cetera uid. v. disp. lex.

6 Ad Papam à cuiuslibet sententia ualet appellatio. Item in propria ualet causa esse iudex. Sà v. Papa uide ibi.

Parentes. Vide Filius.

1 VEl leuissima in parentes percussio lethalis est; ad percutiendum item manum eleuare Graffius 1.p.l.2.c.56.n.6. Clau. Regia l.4. c.7.n.3.

2 Parentibus dedignari, uel eos obiurgare, contẽnere, increpare, &c. iustam ob causam, v.g. ob hæresim, & id genus pessima uitia, nullum continet crimen, imo si debito tempore, & opportunè fiat, actus est uirtutis. Regin.l.20.n.15.

3 Toruis parentes oculis, aut vultu intuentes, durisq; verbis alloquentes, licet interius forte diligant, iusta præcisa causa, vt sup. graui se culpa deuinciunt quippe & exterior eis debetur honor. Item grauiter delinquit, qui ne pater testamentum condat impedit, aut ne pro suę animæ solatio legatum faciat. Nau. c.14.num.13.

4 In graui necessitate parentibus cõstitutis, ab Religionis tenetur fil. ingressu supersedere, imo, probabilius saltem, inde egredi ut subueniat, dato professio fuerit nuncupata; modo constet omnino filii ope grauiter indigere. Sanch. in Summa l.4.c.20.n.4.

5 Patris defuncti non tenetur fil. soluere debita hæreditatem excedentia, in foro

in foro saltem conscientiæ, licet inuentarium non confecerit iuxta legis præscriptum. Azor.t.2.l.2.c.3.q.11.

6 Pater filio spurio alimenta, uel filiæ dotem dare tenetur in conscientia Itē Clericus, nisi de pratrimonii id præstare queat bonis, de fructibus beneficii tute ualebit erga spurium filium. Pater tamen, qui filio etiam legitimo debita non præstitit alimenta, restituere non tenetur in conscientia saltē, ad debita tamen, si quæ filius contraxerit pro sui sustentatione soluenda, adigendus; uidetur enim nomine ea patris contraxisse.

7 Leges ciuiles naturalem non tollunt legem, quia pater filium alere tenetur; proinde in casibus, quibus pater filium exhæredare permittitur, non ob id ab alimentis eximitur filio præstandis, nisi aliunde habeat, vnde uiuat. De filiabus, uide dos. Vide pro his omnib. Bon. tomo 2.fol.341.& 342.uide ibi, & fol.344. num. 1.

8 Per patrem, aut Maritum debita contracta pro filio, uel uxore alenda, filius, aut uxor soluere non tenetur. f.350.mihi.n.13.Bon.t.2.

9 Pater, vel alius familię rector si Clericum filium moderate percusserit, excommunicatus non euadit, iusta id causa postulante. Ad diuina precepta, & Ecclesiastica seruanda ortari filios tenetur pater, cogere non ita Bon. ibi fol. 351. num. 2.

10 Patrem Religionem nefas ingredi, filiis eius ope indigentibus. Sà v. parentes, num 2.

11 Patri filium alere non ualenti, ad hospitale exponere, vel Episcopi diuitis domum fas est.

12 Quod pater expendere iussit, uel iubere debuerat filium, de suo soluat. num. 3. & 4

13 Patris nomine ueniunt ascendentes, & filii nomine, descendentes à filiis Idem n.15.

14 Sub mort. in rebus grauibus, in quibus parere filii tenentur, valet pat. filio iubere Id. ibid.

15 Patrem ta'em habere nolle uideri, aliqua iusta de causa, & nullo contemptu, mortale non continet. Nau.c.14.n.12. Tol.l.5.c.1.n.9.

16 Patri graui presso egestate, filium iure uendere licet, nisi ordine sit decoratus Sacro, uel emancipatus; at iam inter Christianos id fieri non cōsueuit. Vir nullo modo uendere potest uxorem Nau.c.23.n.95. Garzias de comm c.17.

17 Pater à filio repetere valet, quod pro eius delicto soluit. Item pater ualet in filiorum præiudicium alienare pro remuneratoria donatione: item in pia opera Item filio ualet consentiente de legitima testari filii. Item filium alere tenetur, & honestam eius vxorem, etiam sine sua ductam licentia. Item impudicam tenetur filiam alere, si pœnituit; imo & dotare; hæreticam dotare non tenetur filiam nisi pœniteat. Sà. n.9.8.6.5. hęc omnia. Videndus item Sylu. v. Alim. num 2.

Parochus. Vide Curatus, Confess.

1 EX Religione Parochus assumptus, etiam extra Religionem, nedum votis tenetur Religiosorum genelalibus, & habitum gestare Relig. verũ, & specialibus Religionis obseruantijs, quatenus gestũ munus non impediunt.

2 Parochus saluti necessaria Sacramenta tempore pestis ministrare tenetur, vel qui id prestet substituere, etiam peste infectis, ast quantum fieri ualet cautè. Item quilibet simplex tenetur Sacerdos in necessitate extrema.

3 Parochus celebrare, quotiescunque Parochiani audire Sacrum tenentur, obligatur, vel alium substituere qui celebret. Item subdito, se fuisse asserenti confessum, credere debet; at quandoq; sine iniuria schedula petitur; ad eã tamen ostendendam subditus non adigendus; nisi peccator forte sit publicus, vel excomm.

4 Parochus non Sacerdos, ea valet omnia per se exercere, ad quæ Sacerdotalis Ordo non requiritur. Assistit matrimonio, & alij dat (Sacerdoti tamen) assistendi facultatem. Item ad quodcunque ministrandum Sacramentum (pœnitentiæ dempto) absque Episcopi aprobatione, alium valet Sacerdotem substituere. Pro dictis omnibus vide Azor l.12.c.19.q.15. Sà v. Paroch. n. 1.7. vsque ad finem.

Paruulus.

1 PAruuli sine baptismo inter Christianos decedentes, & infidelium, qui item sine vllo peccato actuali decedunt, eiusdem sunt conditionis, vtrique enim damnantur; neque illorum suffragatur conditioni parentum fides christianorum: dato ad Ecclesiam fuerint Baptismi causa suscipiendi delati, at morte preuenti, nullus enim in pueris Flaminis datur Baptismus. Secus de adultis. Vide Henricum Gand. t. 1. quodl b. 1. q 23.

Paupertas. Religiosa. Vide Cap Missell. pro Relig.

1 PAupertatis amator religiose, Spiritus Sãcti censetur possessor. Superiori non tenetur subditus obedire, volenti sibi aliquid auferre, vt sibi applicet; item si sibi auferre velit Soli, non alijs. Petr. Bell. in Promp. v. Paup. Relig. n. 1.6.

2 Paupertatis voti fractor censetur Religiosus, qui superior concessum peculium reuocare uolenti resistit: uel si ad Superioris non sit paratus, nutũ, eo se abdicare. Idem ibi n. 5 Less. l. 2 de iust. c. 4. dub 5 n. 31. & 32

3 Clementis Bulla octaui, de munerum largitione, usu non videtur recepta, quoad saltem pænas in ea contentas: neque ad nouum est edita ius inducendum, sed ad vetus restituendum. Dian. p. 1. tract. 6. res. 1. fol. mihi 77. & res. 2.

4 Pau-

4 Paupertatis fractor non habetur Religiosus,qui amicum rogat, vt suo nomine det alicui amico munus quodcunque, vel magnum. Item Religiosus à parentibus pecuniam accipiens,cuius dominum sibi parentes reseruarunt, si eas in eleemosynas,vel pia expendat opera paupertatis fractæ non fit reus; tantùm enim seruit vt minister,non distrahit vt dominus. ref.8. & 10 ibi.

5 Etiam post Con. Trid. Religiosi peculium habere ad licitos sibi usus concessum à superioribus ualent,dependenter tamen à Superioris simplici voluntate.Ibi ref.32 f.85.id.

6 Ea videtur quantitas sufficiens ad peccandū contra paupertatis votū,quæ in sæculari esset suffectura ad p.m.furti. Religiosusde loco publico sibi aliquid sumens,ad certum tempus,& vsum,animo restitut. contra paupertatem non delinquit.Notandum,Religiosos mortis tempore neque de superioris valere licentia quicquam donare.Ibid per eundem. ref.36 & 40.

7 Paupertatis fractæ reus efficitur Relig.qui aliquid commodat, vel mutuo dat,aut legati condonat solutionem animo non repetendi commodatum,&c Non peccat Relig.dum alicui sibi donare volenti,aut legare, vel etiam monasterio dicit rogando vt illud suó donet, vel leget amico, non peccat inquam,saltem proprietatis peccato,neque in Bullam Clem. VIII. Excipe, nisi illud tacitè,vel expresse acceptauerit,deinde roget ut amico vel cognato det.Bon. t.1.f.860.n 3.4.

8 Notandum,quoties Religiosus certam habet à superiore quantitatem assignatam pecuniarum,ita vt de ea nullā Prælato cogatur reddere rationem, vel Conuentui, sed suo commodo, vel damno expendere valet: vel quoties Religioso, vel Moniali, iusta de causa, à Superiore facultas concessa fuerit impendendi in proprium vsum quæ prędicãdo,Confessiones auscultando,&c.industriose acquisiuit: tunc tuta valet conscientia libere quod parcè viuendo, vestiendo, &c. acquisiuit, in licitos impendere vsus,vel consanguineis, aut alijs donare pauperibus;hoc saltem probabiliter dico, contrariam opinionem quibusdam tutantibus. Idem de Religiosis,quibus cum extra Monast.existant ad tempus, v.g. ad studia,vel monasterij negotia peragenda, certa à superiore fuit portio assignata pecun.pro victu, &c.Itē quid parum recreationis causa ludo exponere valent.Bon.t.1.f.mihi 862.n.4.

9 Papæ præcisa licentia Episcopus ex Regularibus assumptus testari iurè nequit,de quibuscunque tandem bonis,vel patrimonialibus,vel quibus parce viuēdo pepercit.Quicquid supradictus acquirit Episcop.suę acquirit Ecclesiæ, non Religioni. Idem de Regulari beneficiato ex priuilegio.Id.ibi. f.863.

10 Religiosus iuste,vel iniustè eiectus, dum ad libitum acquisita expendit, contra paupertatem nihil delinquit.Ibi n.11.Item Mol.de iust disp.276.n.4.

11 A Religioso disponere non valente, quid magnum donationis titulo gratuitæ accipiens,absolutionis beneficio donari nequit,donec restituat, si commode valet sin autem condignam det de satisfaciendo cautionem; neque vlla est iudicis sententia expectanda: quòd si non præstita rest.vel caut à confessario absolutio impendatur,nulla tenet;& ipse restituat oportet confessarius,mala tamē in vtroque fide existente.Ibid.per Bon.f.864.

12 In profanos nihil expendere usus valet Religiosus,prætextu, cuiuscunque Superioris consensus taciti,vel expressi, non enim darè huiusmodi licentia tutè

valet: Notandum tamen nullam teneri facere restitutionem, nisi aliquod sit Monasterium damnum pasus ex huiusmodi in profanis Religiosi expensis: nam omnis restitutio fit ad damna illata resarcienda. Ea propter si Religiosus pecuniam ex superioris licentia habebat conuertendam in quemcunque honestum libuisset usum, ipse uero si in profanos usus non expendisset, eam in usus consumpsisset, ex quibus nullam monasterium percepisset vtilitatem, neque ex eo, quod pecuniam in profanos insumpserit vsus, plus expendit ex alijs Monasterij bonis, quam alioquin expendisset, si illam non male expendisset pecuniam, vt supponitur, nullam facere monasterio restitutionem tenetur, cum in nullo læserit. Bon t. 1 de largit. mun. f. 871. & 70.

13 Qui læsit, accipientem vt restituat admoneat, si nolit ille restituere, vel non possit, ipse Religiosus, de sibi concessis restituat omnino. Ibi.

14 Qui bona fide à Religioso malè expendente accepit, si res non amplius adsit, neque inde sit quicquam lucratus, ad nihil restituendum tenetur. Item si recepit à Religioso, qui sine Monasterij damno malè consumpsit, v. g. in meretrices, &c. iuxta sup. n. 12 Cum enim nihil teneatur Relig. restituere, ob id neque accipiens ad quid restituendum est compellendus. Vide ibi per totum.

15 In cella ex improuiso mortuus, non est proprietarius habendus, peculio apud eum inuento ad vitam concesso.

Peccatum. Vide Confess. Pænitent.



1 EX magno, vel maximo venialium numero, mortale non constituitur per se, etiam si quis vno uelit actu omnia cômittere venialia peccata. Veniale per aquam remittitur lustralem, vel Sacramentalia; at mortale, Baptismo, uel Pænitentia tantum, etiam non Sacramentali. Dian. in Summario Summæ v. pecc. n 3. 4.

2 Sine mortalis remissione ueniale posse remitti dubitatur: certe remittuntur gratiam habenti per charitatis opera, vel Sacramentalia, v g. aquam bened. Episcopi benedictionem, orationem dominicam, generalem Confessionem, pectoris tunsionem, & id genus, recte facta tamen, cũ aliqua nempe deuotione, & peccati displicentia. N c. 3. n. 7.

3 Alterius vti peccato tutè valemus, id aliquo bono exigente, vel iusta causa, v. g. sumi valet pecunia mutuo ab indigente, mutuatore dare parato: nam quotiescunque quod petitur licite fieri valet, bonaue de causa petitur, meo mihi iure vti licet, dato alium fore credam peccaturum concedendo. Iudicium præueniens surreptio, & actum perficiens, lethalis semper tollit peccati malitiam. Sà v. peccatum, 12 in fin.

4 Id agere, quod ex sui natura ad mortale inducit, mortale est, ad veniale, veniale, iusta & rationabili causa dempta: v. g. sine causa pudenda altero vidente alterius sexus ostendere, idolum construere, templa infidelium, &c omnia, quorũ vsus præcipuus ad mortale tendit. Id agere, vel præstare, quo quis vti, & abuti valet, non est mortale: dato vt plurimum male vti soleat: patet in aleas, gladios.

fucos

fucos, fabricatibus, & vendentibus. Id. n. 10. 11. ibi.

5 Mortaliter peccãdi periculo se exponere ex iusta licet causa, vt salute proximi, vel necessitate id exigente: sufficit enim non peccandi stabile propositum. Item alicui peccandi præbere occasionem, v.g. furandi, &c. licere quidam putant, vt sic in peccato depręhensus corripiatur, & emendetur. Item minora permitti licet, vt grauiora tollantur peccata: ob id meretrices habitare sinuntur in ciuit. & vbique, ad adulteria, incestus, &c. vitanda longe grauiora crimina. Occasionem verò ex professo peccandi prębere, vnquam fas non puto.

6 Adulterium committere parato, simplicem non puto posse fornicationem suaderi; contrarium docentes meo iudicio falluntur. Fas quidem existimo, cum communi, grauiter aliquem lædere parato, suadere vt leuius lędat; ast malum nunquam licet suadere saltem directe, ob quodcunque maius tollendum malum. Sà v. pecc. n. 6. 7. 8. & 9. Nau. c. 14. n. 56. & c. 17. n. 195. & c. 15. n. 40.

7 Si plene aduertas lethaliter delinquis dum cum saltem tacito consensu delectaris in peccato mortali cogitato, plena tamen adhibita aduertentia; dicitur enim id morosa delectatio. Secus de eo, qui non de peccato delectatur cogitato, sed de sola speculatiua cogitatione. D. Thom. 1. 2. q. 74. art. 8.

8 Quidam eius sunt opinionis, quòd quando quis plenè malam esse aduertit, & periculosam cogitationem, nisi reprimat, reum se lethalis constituit noxæ: quippe, qui tacite censetur consentire. Less. l. 4. c. 3. dub. 15.

9 Dicere int. a se, nisi furtum, fornicatio, &c. prohiberetur, furtum, vel forn. committerem, nullam continet culpam: euitandum tamen id est omnino, pote quòd discrimine plenum sit. Em. Sà v. pecc. n. 2.

10 Id operari fas, de quo post factũ gaudere licet. Item, quod viri solent probi operari, licitum esse censetur, si prudenter faciant. Item fas erit licitam facere rem, dato forte in genere credas queminde occasionem accepturum mortaliter delinquendi; negant quidam. Id. ibi n. 3. 4. 5. Nau. c. 14. n. 43.

11 Religiosorum, vel Clericorum peccata, absolutè loquendo, & cæteris paribus, sęcularium sunt peccatis grauiora. Citra culpam, Religiosi peccatum, statim Prælato, vt Prelato, non vt iudici valet deferri; modo id non euulgaturus credatur. Petr. Bellas. in Promp. v. pecc. n. 1. 2. 3. Caiet. 2. 2. q. 187.

12 Religiosi (vt liberius peccent) asserentes pertinaciter, Prælatum eos non posse ad peccatum obligare, ubi Constitutiones non item obligant, in malorum profundum venerunt. Georg. Polacheus de potest. Pręl. n. 257.

13 Concupiscentia non est peccatum; est tamen iuxta D. Paulum peccatum, quatenus causa, & radix est peccatorum Bon. t. 2. f. mihi 117. n. 7.

14 Originale peccatum in nobis quodammodo voluntarium censetur, quatenus voluntas nostra, in Adami quodammodo contenebatur voluntate, cum quo Deus pactum inijt, vt si de vitę comederet fructu vetito, in posteros iustitiam non transmitteret; huic autem pacto nos omnes consensum præbuisse censemur cum Adamo, ob id in eo omnes peccauisse; neque enim ullum dari posset peccatum, voluntate dempta.

15 B. V. debitum peccati contrahendi originalis habuit, quatenus & ipsa in Adamo peccauit, at re ipsa orig. peccatum non contraxit, priuilegium id Dei fuit. Bon. ibi n. 11. & 2. Vasq. disp. 131. c. 2. Azor l. 4. c. 29. q. 2. 3.

16 Pecca-

16 Paccatum nullum datur lethale, vbi plena, & expressa non est ad malitiam peccati aduertentia, vel saltem ad periculum peccati, aut scrupulus, vel dubium expressum: secus, laborare dicitur operans ignorantia inculpabili, & inaduertentia inuincibili. Bon. ibi fol. 123. n. 3. Becans. tract. 2. c. 5. q. 5.

17 Sensualitatis primo primi motus rationem abripientes, & subuertentes, licet diu perseuerent, nullo valent modo peccata dici: imo ad peccatum virtualis saltem requiritur consensus; nullum quippe est p. nisi voluntarium.

18 Ad sciendum num quis sufficienter in peccatum consenserit mortale, considerandum an homo ita sit affectus, ut nollet peccare si maximè posset: præterea, num adeo timoratam gerat conscientiam, vt dissentire plerunque peccatis soleat; tandem, cum quis dubitat, num in somnis fecerit, vel uoluerit aliquid, aut in vigilia, aut dum sui esset compos; in hisce casibus semper censendus homo letaliter non deliquisse: licet in tentationibus repellendis aliquam forte admiserit venialem culpam. Bon. f. eod. n. 11. &c. vsque ad fin.

19 Quidam dantur actus ex se indifferentes, qui ex se neque boni, neque sunt mali, nisi quatenus ad malum, vel bonum dirigi nascuntur finem, v.g. ambulare, loqui, manducare, & id genus. Nullus tamen in indiuiduo datur actus deliberatus, qui neque malus, neque sit bonus, sed vel ad bonum, aut ad malum dirigitur finem; proinde necessario bonus, aut censebitur malus ex proposito fine. Sanch. in summa l. 2. c. 11. n. 17. ad fin. Bec. 1. 2. tr. 1. c. 5. q. 6.

20 In peccato infinita non reperitur malitia, vel Dei offensa, saltem intrinsice; quandoquidem tanta in peccato Dei reperitur offensa, & malitia, quanta illi actui peccaminoso deberetur bonitas; sed bonitas actui debita non est infinita, ergo neque malitia. Nô inficiendum quidem, Deo irrogatam iniuriam, maiorem homini irrogata injuria malitiam continere; ob id tamen infinita non habenda, alioquin & in veniali, quo Deus offenditur, infinitam reperiri dicendum foret malitiam, quod admittendum non censeo. Bon. ibi fol. mihi 125. p. 6. n. 1. &c. ad finem vsque.

21 Cum in omnibus fere tum diuinis, tum & humanis præceptis paruitas excuset materiæ à lethali, vt sæpe sup. innui, in materia tamen simoniæ, periurij, odij in Deum, venerea, & blasphemiæ nullam dari comperio materiæ leuitatē. Vide quæ sup. dixi de mat. paruitate suo loco n. 4. ex Diana.

22 Fine operantis attento, p. veniale ex se, lethale quandoque efficitur per accidens, vt patet de muliere per ornatum, comptum, vel fucum ad libidinem aliquem allicere intendente. Item ratione contemptus, aut inobedientiæ; tandem ratione in mortale labendi periculi proximi, item ratione conscientiæ mortale esse dictantis, sed erroneè. Denique, ob scandalum. Nau. Prælud. 9. n. 18.

23 Tot numero sunt peccata, quot voluntatis actus numerantur, inter se moraliter interrupti. Suar. l. 5. de voto c. 6. Pesant. p. 2 q. 10. art. 7. disp. 1. vers. secunda sent.

24 Conscientia licet erronea, ad id obligat præstandum, quod faciendum esse sub præcepto repræsentat, non vero sub consilio; & quidem sub mortali; dato forte sub mortali sit ex præcepto omittendum, & è contrario, ad omittendum, quod omitti debere falsò docet, cum alioquin sit præstandum; in nullo siquidem prorsus casu contra conscientiam fas erit operari. Secus de conscientia scrupulosa,

sa,dubia:vide sup.v.dubium.Clau.Reg.l.1.c.4.n.15.

25 Contra agens conscientiam erroneam,docentem v.g.loqui in Ecclesia esse Sacrilegium,si loquatur sacrilegij fit reus,conscientia non deposita erronea.Ibi.

26 Peccata,quę in corde fiunt,ac uolútate tantum,specie differunt à consummatis in ore,vel opere;odium siquidem specie differt à conuicio, & homicidio. Clau Reg.l.2.c.6.n.4.Regin.l.15 c. 1.n.7.

27 Actiones,causa existentes peccati omissionis, sunt peccaminosæ. proinde ludus quo quis dum ludit Sacrum omittit,ad culpam imputatur, licet alioqui licitus .Imo quæcunque bona ex se,actio , fit mala,si omissionis sit causa præcepti.Excipe, nisi causa fiant necessitatis; vt patet de Missæ tempore studente, imo Rosarium recitante,& ob id Ecclesiam non adeunte.

28 Qui se dat somno , præuidens cum dies sit festus ob somnum se Sacrum omissurum,dum non audit non peccat, cum dormiat, sed tunc delinquit,quando se vigilans somno dedit . Item , qui nauigaturus domi breuiarium reliquit ne Officium posset recitare Diuinum ; tunc quando non recitat nihil peccat , cum nequeat,ast relinquendo utique grauiter peccauit;pote qui tunc omissionis , & impotentiæ causam præbuit.Idem de peccatis commissionis, ut de homicidium in ebrietate voluntaria patrante,si id præuidit futurum in ebrietate.Mart Bon t. 2.de peccatis.disp.2.q.4.p.4.Cla Reg.l.2 c 7.n.13.

29 Commissionis grauius est peccatum,cæteris paribus,peccato omissionis ; siquidem in agente maius voluntariũ, quam in omittente reperitur. Bon. ibi.n.2.

30 Commodè pręceptum adimplere non ualens , eius notabilem partem adimpleat oportet;ut patet de totum recitare Officium non valente ; item toti Missę Sacrificio interesse non valente; qui totam nequit Quadragesimam obseruare, &c.quos ad partem teneri adimplendam præcepti constat. Ledisma t.2. tr 9.c.6 diffic.3.f.1056.

31 Ignorantia comitans,à peccato actum excusat externum ; eam ob rem , si quis in inimicũ sagittam, ad mortem quæsitum,immittat,feram putatum,homicid j reus non habetur;dato si inimicum esse sciuisset , libentius occidisset; ratio,nimirum quia actio illa ab affectu virum occidendi non prouenit, sed feram : concedendum quidem illam inimici inquisitionem,& prauum occidendi si sciuisset inimici affectum, grauissimum fore scelus. Vasq. 1.2.d. 125.c.2.

32 Homicidium ex ignorantia comitante,vt sup.patratum, nullam inducit, vt omnes fatentur,irregularitatem Vide pro sup.omnino Bon.t.2.de pecc.f.mihi 170.per totum,Suar.dę cens.sect.8 n.8.Azor.p.1.l.1.c.14.quæsit.4.

Pignus . Vide Contractus.

1 SIne domini vllo damno vti fas erit dato pignore;proinde creditori sibi dato pignori equo,ne torpeat vti licebit: at in sortem cum putet oportet vsus equi valorem.Idem de agro inpignus tradito,si à possessore colatur,nam expensis debet detractis,& laboribus,in sortem fructus cõputare collectos,nisi gratis condonentur. Nau.c.17.n.202.

2 Pacto inito de pignore non vendendo, adhuc trina adhibita admonitione valet

valet creditor illud vendere. Quod si pluris debito vendatur, excessus domino restituatur omnino. Bon. l. c. f. 709. n. 12. Vasq. c. 7. de pignore.

3 De re mobili fit pignus, hypotheca de immobili. In pignore factę valent expensæ repeti, si sint necessariæ, vel utiles. Incultum in pignus datum agrum, si creditor colat, probabiliter in sortem computare creditor non tenetur fructus modo omnino fuerit incultus. Alienari vetita, pignori tutè dantur. Sà. v. Pignus, n. 10. Nau c. 17. n. 217. Item San. 7. 8. 9.

4 Pignus à creditore in pignus datur valide, pro eadem tamen, vel non maiori quantitate debiti. Debitore non soluente vendi nequit, nisi biennio transacto, & debitore admonito excipe, nisi per iudicem citius vendi permittatur. Sà n. 4. ibi Nau. c. 17. n. 205. Fumus v. pign. n. 5.

5 Res valet Sacra pignori dari, at id graui exigente necessitate. N. c. 17 n. 105.

6 Contra Domini voluntatem, pignore uti furtum erit; sufficit illius tamen tacitus consensus, v. g. in casibus sup. de equo, vel agro pignori datis.

Pœna. Vide Cap. Miscell. pro Relig.

1 PAtrato delicto factus amens, non corporali, sed pecuniaria plectitur pæna. Quando lex dicit pænalis, v g. Qui non residet sit excommunicatus, præmitti admonitio debet excommunicationi. Si quis lata sit sententia voce actiua, & passiua priuatus, ipso facto priuatus habetur probabiliter, saltem passiua; de actiua vero dico, sententiam requiri Iudicis criminis declaratoriam.

2 Sine termino inflicta pæna, decennio finitur; ad imponentis posita arbitrium, eius finitur morte, nisi citius. Em. Sà v pæna, n 15. 16. 17 & 18.

3 Sine culpa, nulla pæna, ad impossibile, vel difficillimum nemo valet pæna adigi humana. Contra facientem pęna inflicta, intelligitur opere perfecto. A legis humanæ pænis, consuetudo excusat; item iusta credulitas.

4 Ob crimen ad officia inhabilis, aut beneficia, ob id obtenta non amittit: neque obtentis priuatus, ad obtinenda fit ineptus. Id. ibi. n. 9. 11. 4.

5 Præsumenti pæna imposita, dolum præsumit in præsumente. In matrimonio, vel sponsalibus præposita pænalis promissio non obligat. In pænalibus stricta fit verborum interpretatio, & pia; neque ad casus in iure non expressos extenditur, dato eadem omnino ratio uideatur. Item iuste impeditus ab aliquo præstando pęna non afficitur omittenti imposita.

6 A Prælato ordinario, & immediato imposita pęna, per maiorem tolli non valet Prælatum, imponenti superiorem; nisi de iniustitia plane sibi constet, alioquin ordinarius contemptui subditis haberetur.

7 Nisi in Reip uel tertij vergat præiudicium, ex charitate valet offensus rogare Superiorem pro totius pænæ remissione à lege statuta. Item superior totam valet remittere, magna aliqua pro delinquente intercedente persona, & emendationem promittente; modo emendatio speretur. Vide quoad n. 5 Sà ibi n. 5. & c. Reliqua Petr. Bell. in prompt v. pæna, n. 1. 3.

8 Regulares valent Prælati cum suis subditis in conscientiæ foro inquibuscunque

cunque pænis, inhabilitatibus ad officia, dignitates, officiorum priuatione, vel dignitatum, vocis actiue, & passiuæ: dato Summo sint Pontifici reseruatę, sed occultæ, per se tamen, non per alios. Miranda in Man. t.2.q 9. art.3.

PÆNITENTIA.

Sacramentalis.

Cap. I.

1 N Sacramento pænit. sufficiunt, & sunt necessaria duo verba, Te absoluo, neque tamē sunt cætera omittenda, sub veniali tantum tamen: imo in reconciliationibus sat erit dicas, ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patri, & F. & Sp. S. De necessitate Sacramenti debent ore exprimi verba formæ. Duo illa verba simul tollere valent censuram, & peccata, si id Sacerdos intendat, & tunc præcedit natura absolutio à cens. absolutionem à peccatis.

2 Super peccata iam absoluta, iterum impendi valet absolutio, modo iterum cum debito dolore in Confessione aperiantur. Vide pro n.1 Sà v. Absol. §.1. ex parte. Reliqua vide. Bon. t.1. f. mihi 136. n.10. & fol. 114. n.10. Henriq. l.4. cap. 11. num.3.

De Attritione, & Contritione.

Cap. II.

1 ATtritio cognita, neque putata contritio sufficit in hoc Sacramento, etiam moribundo; primam enim hoc Sacram. dat gratiam, neque eam supponit in suscepturo adesse per contritionem. Sit tamen attritio oportet supernaturalis, & efficax ad eum fructu suscipiendum Sacramentum; debet enim affectum excludere ad peccatum, & propositum non amplius peccandi mortaliter continere, alioqui non foret efficax, & sufficiens. Item sit oportet supernaturalis, nempe ob deum offensum, vel saltem ob gehennæ, timorem, aut paradisi iacturam, & amissionem.

2 Attritio de peccatis ob temporale malum, v.g. infamiam, infirmitatem, &c. si ad Deum referatur, nempe à Deo huiusmodi immitti damna in peccati pœnā, vel causa peccati credantur, &c. calamitates, pro Sacraminti effectu obtinendo suffectura creditur. Secus si ob malum habeatur attritio, temporale, vel vt aliunde eueniens, quam à Deo, vel euenturum, nullo ad Deum respectu habito. Vide pro sup. Bon. t.1 f. 147. & 148. per totum.

3 Nihil est necesse attritionem ante confessionem elici, sed ante sufficit absolutionem eliciatur, etiam post confessionem. Diana in Comp. v. Pæn. n.8.

4 Vnum sine alio deleri per Confessionem valet peccatum veniale; neque de omnibus dolor requiritur, vel Confessio; sed de quibus nos accusare in Conf. voluerimus dolorē elicere debemus, si per Confessionem remitti volumus, licet confiteri haud teneamur Bon. ibi t.1.f.196.n.2. Suar. disp.11. sect.3.

5 Idem omnino de peccatis iam per Conf. deletis, posito quem iterùm de eis in Confessione accusare velit, non enim tenetur, vt constat. Vide me in Veritate Compendiosa f.6.n.6.

6 Lustralis, vel benedicta aqua ex opere operato peccata tergit venialia, potè quæ virtualiter animā tangit verè, & realiter, ad id enim à Deo eleuatur Diana in Comp. v. pænit. n.10.

7 Nimis scrupulosam adhibere in conscientia examinanda discussionem, peccatum continet veniale; examen vtique necessario adhiberi ante Conf. debet, at anxietate, vel nimia cura quàm oporteat, torqueri, peccaminosum habetur, sicuti & si minor debita adhiberi, præmittatur. Idem. n.11.

8 Contritionis non obligat præceptum, articulo etiam mortis imminente, si Confessio fieri permittatur, mortali etiam noxa detētum; quippe de attrito fit pænitens, Confessionis vi, contritus, sic quæ in gratia constituitur n.3.

9 Præceptum obligat contrit. culpa detentum lethali, saltem Confessarij non suppetente copia, 1. in mortis periculo, aut amentiæ 2. suscepturum, vel administraturum Sacramentum, non enim confiteri tenetur, sed conteri sufficit, modo Sacrum sit Eucharistiæ Sacramentum suscepturum, eo enim casu per Confessionem se in gratia constituat oportet; neque conteri sufficit. 3.

Quotiescunque in probabili versatur periculo mortaliter peccādi, contritione omissa. Vide pro omnib. à n.6. Bon. ibi f.146 à n.5. t.1.

10 Notandum, ad hoc, vt qui culpa detinetur lethali in gratia constituatur, & meritoriè operetur, non requiritur (dato copia detur Confessarij) vt confessione se in gratia constituat, sed contritionis actum sufficit eliciat, animo cōfitendi debito tempore per Ecclesiam statuito. Hoc dixisse uolui ad piarum consolationem animarum; Sunt enim qui falsò se teneri arbitrantur, si detur opportunitas, confiteri, neque solam sufficere ad gratiam adipiscendum, contritionem. Sic communiter.

11 Neque per Dei absolutam potentiam homo iustificari valet nulla mortalium præmissa pænitentia, si de peccatis delectetur, & in eis affectu, & actu perseueret; Secus actu, & affectu ad p. cessante. Reginald. l.5 n.12.

12 Ad contritionem probabiliter sufficit implicitum in futurum non peccandi propositum, neque explicitum requiritur, aut actuale, nempe actualis cogitatio de peccatis in futurum euitandis. Vnico contritionis actu quotcunque omnia respiciente lethalia, etiam oblita, omnia tolli possunt, vel grauissima. Nau. c.1.n. 18. Bon. t.1. f mihi 151. n.2.

13 Ad venialium detersionem, in iusto, probabiliter de illis atteri, etiam extra confessionem, cum proposito ea euitandi, sufficit Dian. 3. p. f.96. ref.117.

14 Qui hodie in conscientiam discutiendo de peccatis dolet, non tenetur cras dum confitetur, & absoluitur amplius doloris actum elicere, modo non delectetur peccasse, tunc enim nullo absolutionis beneficio donaretur, imo grauisse Sacrilegij scelere oneraret. Idem 5. p. f 352. ref. 66. vers. Aduert.

15 Con-

15 Contritionis tantus debet esse dolor, vt super omne detestabile peccata detestemur, animo parato ea super omnia uitandi, adeo vt parati simus quodcūque pati, vel grauissimum temporale damnum, quam lethali nos crimine amplius irretire; ad damna tamen, vel pęnalia descendere in particulari non debemus, ne nobis laqueum forte tentationum injiciamus. Communiter.

16 Attritio, & contritio sunt dolor de peccatis, attritus, vt de Diuina offensa dolet, at remisse, contritus, summe, attritus ob amorem sui dolet, dolet contritus propter Deum; iustificatur contritus extra Sacramentum, cum voto tantum ipsius, attritus minime absque eo. Tandem attritio insufficiens nempe naturalis, vel inefficax bona fide sufficiens putata, ad Sacramentum sufficit, at sine gratia confertur: vide quæ dixi de Confess. informi. & Confessario. Vide etiam me in Veritate Compendiosa de mat. proxima Sacram. Pænit. n. 2. & seq.

Pænitentia iniuncta. nempe satisfactio.

Cap. III.

1 PÆnitentiæ valet Sacramentum nulla per Confessarium iniuncta satisfactione, pęnitentis tamen præcisa culpabili ad id aduertentia; peccat vero Confessarius nulla iniuncta pænitentia, sine causa, scienter absolutum dimittens pænitentem, facit quippe imperfectum Sacramētum. In sequentibus casibus, sine crimine nulla iniungitur pænitentia, nimirum, morte instante, nimis scrupuloso pænitente, & identidem ad Confessarium infructuose redeunte, vel maximo peccatorum dolore perfuso, & contrito. Bon. t. 1. fol. 181. n. 3. & 182. n. 1. & 2.

2 Nullam parato accipere satisfactionem, vel leuem, absolutionis non dandum beneficium, vt pote qui haud satis habetur dispositus. Reginald. l. 7. n. 12.

3 Conditionalis valet iniungi pænit. v. g. si id forte patraueris, ieiunabis, &c. Item sub disiunctione, nempe sic, facies hoc, vel si mauis, illud, prout magis expedire visum fuerit. Henriq. l. 2. c. 21. n. 5. Reginald. l. 7. n. 40.

4 Imposita satisfactio, de alias non debitis intelligitur, nisi alter de Confessarij mente coniiciatur; proinde ieiunio imposito, die vigilię de precepto huiusmodi adimpleri non valet satisfactio. Qui vero ex iniuncta pænitentia dare in generali debet eleemosynam, iure extremè laboranti egestate erogabit, dato iam ad id præstandum ex charitate teneretur: quia talis Cōfessarij fuisse creditur intentio, nempe dandi magis indigenti.

5 Pro peccatis publicis, publica iniungitur pænitentia; ast pro occultis cauendū ab iniungenda aliquo modo publica pænitentia. Bon. t. 1. f. 182.

6 Iam in praxi est receptum, vt multo leuior iniungatur satisfactio, alias pro peccatis debita pæna, ob id, nempe ne grauitate pænæ homo à Sacramenti vsu Pænitentiæ deterreatur. Vasq. artic. 2. num. 14.

7 Non refert, vtrum ante, vel post absolutionem satisfactio iniungatur: imo obligari valet pænitens, ad satisfactionem præstandum absolutione nondum

collata, quatenus expediens id fuerit iudicatum pro pænitentis curatione: hæc tamen satisfactio ex opere operato effectum non producit. Nau. c. 26. n. 10. Fill. tract. 8. c. 2. n 38.

8 Opus pro mortuis applicandum pænitenti valet iniungi pro satisfactione.

9 Qui flexis genibus prestandam habet pænitentiam, valide eam non flexis præstat genibus. Item si coram Crucifixo debeat præstare, neque præstat; est enim id quoddam accidentale, non substantiale. Vid. Dian. in comp. v. pænit. num. 92. 93.

10 In p. m. adimplens pænitentiam, non fit lethalis culpæ reus; imo huiusmodi adimpleta pænitentia recedente peccato suum præstat effectum, & reuiuiscit, nedum quoad gratiam, imo & pænæ remissionem. Ex negligentia tempore à Confessario statuto pænitentiam non adimplens, peccat venialiter; si iusta de causa, nihil peccat Dian. ibi n. 102. 95. & 96.

11 Qui sibi leuem iniunctam pænitentiam non adimplet, vel grauem, sed pro leuibus iniunctam peccatis, noxę non fit reus mortalis; excipe, nisi ob id periculum in peccatum labendi mortale adeat. Ibi idem n 98.

12 Vt Pænitens à communicãdo abstineat iniungi posse pro pænitentia videtur, at contraria sua non caret probabilitate sententia, si rectè disponatur n 99.

13 Pęnitentiæ oblitus, iterum eadem non tenetur confiteri peccata, vt aliam sibi iniunctam adimpleat pęnitentiam; imo si propria sit culpa oblitus, illam sat erit confiteri culpam. Probabilius, opus valet mere internum pro satisfactione iniungi, v. g. Christi Passionis meditatio. Ibid. id. n. 103 Nau c 9. n. 17.

14 Qui ex pænitentia singulo tenetur confiteri mense, supplere mense non tenetur sequenti, si aliquando confiteri omittat; & valet per huiusmodi confessiones annualem ex præcepto debitam supplere Confessionem. Dian. ibi, n. 106.

15 Propria valet auctoritate pænitens à Confessario iniunctam pænitentiam in melius commutare, si euidenter sit melius. num. 108. ibi & 2. p. res. 56. fol. 237.

16 Item quilibet valet Confessarius, in Confessione tamen, iusta id causa postulante, impositam ab alio etiam Superiore, vel pro reseruatis pęnitentiam cõmutare, nulla Confessionis facta reiteratione; ab eodem vero confessario intrà saltem hebdomadam, extra valet Confessionem commutari, idem enim in hoc casu censetur iudicium. Item alius valet Confess. præseruatiuam in aliam commutare præseruatiuam pænitentiam, iusta causa. ibi, & n. 109.

17 Facta commutatione, liberum pænitenti manet iterum ad priorem adimplendam pænitentiam redire, omisso eo, in quod fuit commutata. Reginald. li. 7. num. 89.

18 Per alium nequit pænitentia à confessario iniuncta, eo non consentiente, adimpleri: est quippe personalis obligatio; quod si realis fuerit, v. g eleemosynã dandi, vtique ualet: secus de ieiunio, oratione, disciplina, & id genus. Si vero de Confessarij consensu, & hæc fiat per alium, sufficit quidem pro Confessarij præcepto adimplendo, non vero ad satisfactionem ex opere operato pro pænitente. Reginald l. 7. n. 81. apud Bon. ibi f. 188. n. 11. & c.

19 Per Indulgentiæ susceptionem satisfactioni respondentis, & pro pæna debitæ excusatur pænitens ab adimplenda pænitentia; excipe, nisi in remedium, & præ-

& præseruationem fuerit iniuncta; ast satius semper, & consultius adimpletur; quam ob quæcunque indulgentiam sumptam omittitur. Bon. ibi f. mihi 188. n. 10. Reginald. l. 7. n. 170.

Pænitentiæ effectus.

Cap. IIII.

1 PEr pænitentiam dato non sit Sacramentalis, sed simplex, at vera contritio, quęcunque, vel grauissima de'entur peccata. D. Thom. q. 86. art. 1. Suar. disp. 8 Sec. 1. Valent. tom. 4. disp. 17.

2 Blasphæmia vero in spiritum Sanctum irremissibilis quodammodo à Matt. 3. dicitur, ob id, pote quæ difficilimè remittitur. Idem de peccato ex malitia, & proposito Dei offendendi patrato, & impænitentia finali, quæ nullam habere excusationem constat. Bellar. l. 2. de pænit. cap. 16.

3 Præterea quoddam est peccatum, quod nullam indiget, vel admittit orationem, vt Ioann. 1. c. 5. & ad mortem ob id dicitur, pote, quia ex hac vita decedentem peccatorem committatur, cumque in infernum trudit.

4 Per pænitentiam ita peccata remittuntur, vt per noua superuenientia non vnquam redęant, neque redire valeant in se saltem, & formaliter, sed ratione maioris deformitatis, quæ nouis inest peccatis, aliquo dicuntur pacto redire; namque Deus contemni videtur, si post tantum remissionis beneficium lethali denuo culpa offendatur. S. Thom. p. 3. q. 88 art. 2.

5 Venialia pecc. etiam post hanc vitam, quoad culpam per dilectionis actum, & contritionis, remitti valent, non vero quoad pœnã, per contritionem; eamobrẽ cum solis venialibus decedens, frui valet gloria, illis per contritionem deletis, quam in primo suæ à corpore separationis instante anima elicit.

6 Sacramentalia, v. g aqua benedicta, oratio dominica, Cõfessio in Missa, &c. ex opere operato venialia non remittunt, sed ex opere operantis, quatenus per ea ad contritionem excitatur, & amorem Dei, quo immediate venialia terguntur, sine quo nunquam extra Sacramentum venialia delentur: Quoad n. 5. Vide D. Th. q. 7. art. 7. Quo vero ad 6. vide Bon. t. 1. fol. 194. n. 4. contra Dian. quoad lustralem aquam, vt sup. n. 6.

Pęnitentię sacramenti Sigillum.

Cap. V.

1 NVlla sigilli Confessionis adest obligatio, vbi Confessio nõ fit pro Sacramentali obtinenda absolutione, vel salutis causa. Quod si quis simulata accedat confessione, Confessarium animo peruertendi, aut ad peccatũ auxilium quærendi, tutè prodi valet. Nau. c. 18. num. 55.
& cap.

& cap 8. num.18. apud Sà Confessor num. 17.
2 Magno per Confessionem cognito Reipublicæ periculo, sufficit in generali admonitio de cautione adhibenda. Item, is qui occidendus est tute admonebitur, vt tali loco, & tempore sibi caueat, citra tamen omne pœnitentis prodendi periculum Sot disp 18. q. 4 art. 4.
3 Ne Regulares in Confessione habita notitia vtantur ad externam gubernationem Clemens Octauus anno 1594. 11. Maij præcipit, optime quidem. Sà loco infra cit. Suar. t. 4. disp 33 sect. 7.
4 Manifestare in particulari noxam aliquam venialem, aut mortalem in generali sigilli continet fractionem Ad omnia sigilli se extendit obligatio, quæ in confessione audita sunt animo se accusandi, & quorum reuelatio onerosam, aut odiosam reddere valet Confessionem, aut Pœnitenti ingerere confusionem, erubescentiam, aut pudorem aliquem potest. N. c. 8. n. 3. Sà, v. Confessor, in add. in fin.
5 Si tuum nequeas in Confessione aperire crimen, tacito eo, quod in Conf. accepisti, tute tuum vales reticere crimen, donec Confessarium pænitentis ignorantem habebis. Nau. cap. 8. num. 3. Sylu. Confess. 2. §. 8. apud Sà ibi l. cit.
6 Peccatore prodito nunquam sigilli licet Secretum violare, quodcunque ob grauissimum malum euitandum, etiam totius Christianæ Reip. Dian. 5. p. t. mihi 252. res. 1. & sic omnes.
7 De Pænitentis licentia crimen in Conf. scitum tute reuelari quibit, quibusdam negantibus, sed improbabiliter. Ad sigillum tenentur quicunque, quouis modo conscij ex Confessione fuerunt peccatorum, proinde consultus, interpres, & qui ex Confessarij proditione in qua sciuerit omnino sigillo premat id crimen, vel crimina oportet; at non par est horum ad secretum obligatio, ac Cōfessarij; leuius quippe obligari noscuntur, saltem probabiliter. Dian. 5. p. t. 256. vers. Notandum, res 11 item 12. 13. 14. 15 16.
8 Duobus eundem Confessarijs audientibus, inter se loqui postea de auditis prohibentur: nisi pænitens id boni consulere credatur. In sigilli fractione paruitas nulla datur materię. Ex delibe ationis tamen defectu, aliquando veniale tantum fiet fractio Sot. d 19 quæst 2. artic. 6 in fine. Viuald. de sig. n. 11.
9 Pœnitens iurare se id non fuiss. confessum iure valet, cuicunque tandem interroganti, sub intelligendo, vt aperire nunc teneat. Ille mihi, dicere, sua est peccata confessus, nihilo particulari detecto, sigilli non violat secretum. Id. à n. 31. Em. Sà v. Conf. n 25.
10 Illicitè Confessarius extra Confessionem secretè penitentē corripit de in Confessione peccato audito, at sigilli fractor non euadit. Item in generali Superiorem monere de peccato committi solito, in Confessione audito, vt prouideat, nullo in particulari prodito pœnitente, probabiliter fas erit; excipe, modo periculum absit, ne per huiusmodi monitionem à Superiore pænitens deprehendatur: at obstare videtur Clemens Octauus, sup. n. 3. Nau. c. 24. Fum. Confessor n. 5.
11 Item sub sigillo præmi debent aliena à pœnitente narrata peccata. Tandem tegendum quicquid pænitens tegi velle creditur: item pænitens quidquid Confessarius tegi velle putatur, item p. p committenda, socij item criminis omnino
silentio

silentio tegantur Sà v Confessor.n.19. Nau.cap.8 num.12.

12 Qui chartam inuenit,in qua alicuius fuere scripta peccata pro futura confessione,premere ea omnino tenetur,sigillo saltem secreti;neque iudex de huiusmodi peccatis inquerere valet; quod si per huiusmodi notitiam reus fuerit conuictus,omnino est dimittendus Henriq c 20.n.2.Reg.l 3.n 31.

13 Frangere videtur sigillum Confessarius,qui talem,dicit, non absolui,si ex circumstantijs, & coniecturis suspicio audientibus ingeri alicuius grauis queat peccati;ex scientia Confessionis Confessarius pænitentem nequit officio, vel dignitate priuare,si ipsius sit famulus; aut ei suffragium denegare pro electiore ad beneficium,modo alioqui probus habeatur. Neque Episcopum fas erit ab ordinibus repellere irregularem, pro tali in conf. solum cognitum.

14 Pretereanequit Confessarius ex scientia Confessionis complicem corrigere pænitentis,aut eius impedire peccatum extra Confessionem, aut cum eo de peccatis in Confess.auditis loqui, vel asperiorem penitenti ostendere vultum. Bon t.1.f.205 mihi n.6.Reg.l.3.n.16.& 17.23 &c.6 n.73.

15 Qui in confessione sibi nouit insidias parari, se poterit domi tute continere ad mortem euadendam,& aliunde arrepta occasione, se periculo subducere.

16 Item qui ex confessione aliquem non esse Sacerdotem nouit,à Confessione illi valet facienda abstinere,dato alias apud eum confiteri consueuerit. Item qui ex Confessione vinum ad Missam paratum nouit esse ueneno infectum, tutè Missam valet prætermittere. Item ad res proprias custodiendas cautiorem se valet habere Confessarius,& vigilantioré erga gregem custodiendum, ex in Cōfessione scientia habita Reginald.ibi n.19 & 32. Sot art.5.

17 Qui de auditis in Confess.interrogatur,iuxta interrogantis non valet mētem respondere,imo se quicquam scire negare tenetur, addito etiam si opus sit, iuramento,mente retento, quod reuelare tenear. Fill.tract.7. cap.11.quæst.6. num. 330.

18 Confessarius in secunda nequit Confessione pænitenti refricare peccata, in alia Confessione narrata,nisi de illis de quibus ipse meminit pænitens,& mentionem facit:præcisa tamen pænitentis licentia Dian.p.5.f.mihi 259. res.19.

19 Confessarius, qui in Confess.famulum nouit esse furem, dimittere eum nequit; valet vtique se cautius gerere,& si deprehendatur in furto, tunc tute dimitti quibit,ex scientia nempe extra Confess.habita; at admodum se cautè gerat,ne famulo odiosa Confessio reddatur, vel rubor ei incutiatur ob sibi factam Confess.

20 Secretum tanquam in Confessione nōn Sacerdoti detectum, ad sigillum naturale tantum obligat,non ad Sacramentale.

21 Confessarius,qui in aliquo casu Se dicit cuiusdā audiuisse Confessionem, sigilli reus censetur violati, quando ita fuit ille secrete ei confessus, vt id sciri nolit ab aliquo.Item saltem probabiliter,si dicat, fuit mihi multa grauia peccata venialia confessus,nullo in particulari detecto peccato. Vide pro omnib. Dian.in Comp.v. pænit.n.141.152.153.

22 Qui dicit de publico peccatore, ille mihi sua publica confessus est peccata,sigilli reus euadit fracti.Item qui de publico dicit peccatore, eum non absolui,quia

ui, quia de publico delicto nullam video publicam satisfactionem, vel pæniten-tiam; dicat ergo, meò sum functus officio. Id. ibi n. 147.

23 Confessarij multum est aduertendum in sigilli materia, quando duæ sunt opiniones, semper illam fore amplectendam, quæ sigillo, & Sacramento fauet: potè quia non abstrahendi, imo attrahendi fideles sunt ad Confessionem. Idem ibi n. 107. & 5. p. tract. 11. f. mihi 252. in præfatione.

Prętor.

1 PRætor contrahere matrim. valet coram loci parocho, vbi Præturam gerit. Idem de Iudice, medico, &c. locorum, ibi ad tempus morantibus. Vide Sacram Congr. apud Garz. d. 1. p. 5. c. 7. num. 11. ad. 5. Itē Barb. in Coll. Bull. v. Matrim.

Pictura.

1 VIri non Sancti, vel saltem beatificati pictura cum radijs, ac fulgoribus per Sacr. Congr. Rit. Prohibetur 28. Aug. 1615. Barb. in Coll. v. pict.

Prælatus Regularis. Vide Cap. misc. pro Relig.

1 FIdei emittere non tenetur professionem. Item subditis præcipere valet quicquid ad ius pertinet diuinum, canonicum, regulam, & constitutiones. Item præcipere frequentiores nequit Communiones quam debitis ex constitutionibus, Confessiones, &c. supra Regulam. Item eandem ex priuil. habent erga subditos, & se ipsos absoluendi facultatem, & disp. quam Episcopi ex Conc. Trid. ses. 2. 3. c. 6. proinde absoluere, & absolui iure valent à quacunque susp. occulta, imo secundum aliquos, ab occulta hæresi. Quid vero valeant in disp. irreg. vide sup. v. irregularitas in fine. Item in interstitijs dispensare probabiliter cum subditis valent. Item Prælatus etiam localis, & eo valet absente, Vicarius, sibi eligere Confessarium, & subditis concedere vt eligāt, etiam extra ordinem, & ab Episcopo non approbatum. Regularium Prælatorum territorium, est totus mondus. Hæc omnia fere ex Diana in Summario Summæ per patr. Ausonium Noctinot. collecto, v. Prælatus Regul. ibi per totum.

Priuatio vocis act. & Pass.

1 VOce priuatus actiuè, tum & passiuè, nequit in Cap. ... palsiue eligi ad honoris officia, & præheminentiæ. Secus ad illa quæ sunt oneris.
2 Priuatio vero Officiorum Ordinis, dicit Laur. de Portell. in cop. dub.

dub Regul v.vox n.3 in ordine Minorum priuat ne quis ad Generalatum euehi queat,vel ad eius Commissariatum. Visit.Prouincialatum,Guardianatum, Vicariatum,Præsidentiam,Confess. Monial cætera sic priuatus iure valet habere,v g. Sacristianatum,Procuratiam,Sind.& id gen.Vide Port.ibi in fine ex Nau.lib.1. Consi.tit de elect.cons.6.

Priuilegium.Vide Cap.Miscell. pro Relig.

Cap. I.

1 Religiosi,& Clerici , dato quòd subditi Principibus non sint Sęcularibus , attamen eorum priuilegijs purè fauorabilibus frui debent,quippe aliquo modo subditi censentur, quatenus Principem agnoscunt,in Ecclesiæ immunitati non officientibus.Suar.c.9.n. 4.l.8.

2 Ignoranti validè priuilegium conceditur, nam concedentis sufficit voluntas , vt de dispensato in voto patet castit.dispensationis ignaro. Azorius 1.p.l.5.c.23.q.12 Fill.tract 10.p.2.c.10.q 8.n 341.

3 Item pro inuito valide priuilegium obtinetur;& Superior in lege valet cū subdito inuito dispensare;imo & subditum cogere ad legem non obseruandam, v.g.ad non ieiunandum,ad carnes manducandum tempore vetito. Salas disp.20. sect.14 n.13.

4 Per se loquiendo valet priuilegiatus vbique terrarum,etiam extra priuilegiantis ditionem,dispensatione vti , seu priuilegio personali absque loci præscriptione concesso,scandalo tamen præciso, & lege ibi in contrarium condita. Azor.vbi sup.q.6.Suar.de legib l.8 c.26 n.16.

Priuilegii explicatio.

Cap. II.

1 Verbis priuilegij obscuris,& ambiguis, si de mente dubitetur concedentis,ad coniecturas recursus habeatur pro illius intentione inuestiganda,aut ipse est Princeps adeundus,nisi periculum sit in mora. Suar.l 8.c. 28.n 19.

2 Purè fauorabile priuilegium,late est explicandum,quatenus verba patiuntur.At odiosum,strictè interpretetur,verborum seruata proprietate; talia sunt, quæ in iuris corpore non continentur.Quæ vero in iuris corpore continentur, large explicantur.Item,quæ peccandi præbent occasionem strictè veniunt explicanda.Suar.l cit Sal.disp. 17.sect.9.n 47 & 15.

3 A Reseruatis absoluendi concessa facultas , item per Iubilæum concessa, latè explicantur.Notandum pro regula, in generali concessione ea non venire ,

quæ verisimiliter Superior si rogatus fuisset non concecisset. Sanch. de m. l. 8. disp. 2. n 7.

4 Quando maius continet minus, dispensatio ad minus extenditur; ob id carnibus vescendi priuilegium obtinens, & oua edere tute valet, & lacticinia.

5 Ob rationis similitudinem extendi priuil. ad alios nequit casus, vel personas, nisi & id in priuilegio contineatur ob voces significationem, materiæ, aut actionis connexionem, aut saltem iuris dispositionem. pro sup. dictis à nu. 3, videndus omnino Mart. Bon. tomo 2. f. mihi 100. 101. & 102.

Priuilegij amissio.
Cap. III.

Ne omittas consulere Franc. Pellizz. t. 2. tract. 8. per totum.

1 Concedente mortuo priuilegium ritè obtentum non cessat, modo simpliciter obtineatur, & nulla sit addita restrictio, vel conditio ad concedentis mortem. At priuilegium nondum plene obtentum, sed obtinendum, morte cessat concedentis: proinde Pontifice, facultate Caio concessa ad beneficium Titio conferendum, moriente ante collationem, illa item cessat facultas Nau c. 27 n. 153.

2 Personale priuilegium per priuilegiati expirat mortem. Reale vero, ad eos, qui rem ipsam acquirunt priuilegiatam transmittitur. Azor. l. 5 c. 22 apud Bon. ibi fol. 102. & 103. Sanch l 8. disp. 27.

3 Per temporis præscriti lapsum, aut cessationem conditionis sub qua Priuil. concessum fuit cessat, at simpliciter, & nulla apposita determinatione datum, perpetuo durat. Tandem, ad concedentis beneplacitum concessum, cum concedentis vita expirat Suar. l. 8. c. 5. n. 19. & 32. Sanch. lib. 8 disp. 28.

4 Item cessat, tota ipsius causa cessante, nisi iam executioni fuerit mandatũ. Azor. l. 5 c. 12. q. 14.

5 Priuilegium gratuitum, per reuocationem finem habet; at onerosum reuocari nequit: vel si sit in recompensationem. Sanch. l. 8. disp. 33. Suar. l. 8. c. 37.

6 Actus publici post reuocationem priuilegij facti, cum errore communi, vel titulo colorato tenent. Priuilegium priuatim reuocatum, vim retinet, quatenus reuocatio ad priuilegiatum perueniat: secus de reuocatione publica per legem facta; namque statim huiusmodi lege reuocatoria publicata priuil. expirat, dato forte reuocatio ignoretur, & inculpabiliter contra reuocationem aliquid agatur. Bon. t. 2. f. mihi 110. à n. 20.

7 Confessarius virtute valens Priuilegij à casibus absoluere reseruatis, validè absoluit priuilegij priuata facta reuocatione, at ipso ignaro.

8 Priuilegium in alterius concessum præiudicium, per non vsum amittitur. Secus de priuil. neminem grauante. Layman l. 1. tract. 4. c. 23 n. 11.

9 Item per actum voluntarie contra priuilegium factum, & scienter, amittitur, proinde priuilegiatus ad non soluendum tributum, si scienter quasi ex obligatione soluat, renunciare priuilegio censetur Bon. ibi f. 112. n. 2. &c.

10 Cleri-

10 Clericus priuilegio nequit canonis renunciare, aut fori, nam toti fuit Clericali concessum ordini principue, non vero in vnius fauorem; secus de priuilegio precipue in priuati fauorem cadente, is enim ei valet renunciare. Galas disp.16.sect 3.n.24. Azor.p.1.l.5 c.22.quæsit.10. Vide item Bon. Ioe. sup. fol.113. per totum. omnino vide Bordon.t 2. Variar. Res. resolutione 52. Item. t.2. tract.8. Pellizzar.

Quædam alia de Priuilegio. Cap. IIII.

1 PRo sequentib. videndus sup. dict. Bord. ibi; & Pellizz. tract. quo sup. Regularium dubia priuilegia propter Doctorum uariam interpretationē, in fauorem sunt Regularium interpretanda. Tambur. tomo.1. disp. 18. quæst 6.

2 Facultas in foro conscientiæ absoluendi concessa, intelligitur, quod talis absolutio, vel disp. in foro non suffragetur exteriori, sed animæ solum. Lezan. t.1. cap.18.n.45.

3 Per non vsum, vel per contrarium vsum non derogatur Regularium priuilegijs ab operantibus, vel non vtentibus ignoratis; secus si talia extare sciant priuilegia, & adhuc eis vti nolint, vel contra ea operentur.

4 Si per non vsum ab aliqua Religione priuilegium amittatur, ob id non amittitur ab illa, cui ad instar concessum fuit, si interim vsa fuerit. Peyr. tomo. 1. priuil. Minim in const. 15. ful 2 num. 1. Bellas. in prompt. verbo Communicatio priuil, num. 3.

Processio. Vide Cap. Miscell. pro Relig.

1 REgulares in casibus, quibus processioni publicę interesse tenentur, nisi interfint, ob id ab Episcopo censuris nequeuat adstringi, sed alijs vtique pœnis valent, v g priuatione Confessionum audiendarum, prædicationum extra proprias Ecclesias, & id genus. Henr. in Summ. l.7. cap. 25.

2 Processionibus Rogationum, vel S. Marci interesse non coguntur Regulares, Graff. de arbritr. Confess. l 2. c. 59. n.4.

Professio. Vide Professus, Nouitius.

1 SImoniace facta professio, inique vtique fit, ast valet. Roder. in q. reg. to. 1 q. 63 art. 3.

2 Pij V. Constitutio, professionem vetans ære alieno supra facultates grauati, de ciuili, non naturali agit obligatione, qua filius patri subuenire tenetur, etiam in extrema constituto necessitate ob id valide profitetur, licet

cet iniquè,& ei adhuc subuenire professus tenetur.Idem ibi t.3.q.13.art.5.

3 Criminosi post processum contra eos inceptum profitentes, nihil faciunt. t.2.q.2 art.3.

4 Concilium Trid. quinquennium dat nulliter professo ad reclamandum: quòd si eo nequeat tempore commode reclamare,adhuc valebit, causa adducta, reclamare; & reclamatione non facta,dato non ratificet, in foro habetur fori professus,at in conscientiæ foro minime, etiam si Sacris se faciat Ordinibus initiare Idem ibid.q.17.art.16.

5 Ab excomm.publico facta professio, tenet,at non licet huiusmodi admittere ad professionem.Artic.14.

6 Ex metu sufficiente ad irritandum facta professio, nunquam per tacitum ratificatur consensum,nisi expresse velit ratificari. Idem ibi art.15.

7 Professio Regularis exempti,in manu facta Episcopi non vllius est valoris: at sola valet Superioris ratihabitione validari. Idem si in manibus cuiuscunque Religiosi fiat non Prælati,ad id mandatum non habentis.Art.11.& 12.

8 Morbo Gallico,aut alio simili scandaloso laborantis facta professio, solo communi attento iure,tenet:statuto Religionis in contrarium præciso Art. 9.

9 Iusta causa interueniente post nouitiatum per sex valet menses differri professio.Ibi art.10.

10 Cum incompatibili conditione emissa professio, v.g.ut professus habere aliquid valeat proprij,& acquirere sibi,non vero monasterio, dato per prælatum recipiatur, nulla constat; secus de professione conditionata non incompatibili cum statu Religioso.Idem Rodericus in quæst. Regul.tomo 3 q.17 articulo 6.

11 In ætate ad professionem requisita,non quicquam valet illud,malitia supplet ætatem.Professio nulliter ex defectu accipientis,& profitentis emissa, vel quia ante legitimam fuit ætatem emissa,tacitè postea nequit ratificari, saltem tacito non accedente vtriusque partis consensu. Quod si tantùm ex altera fuerit parte,v.g profitentis,nulla, satis pro validitate erit addere quod defuit, v.g.cōsensum,etiam tacitum V de eundem qui sup.fuit allegatus ibid art. 3.5.

12 Tacita professio matrimonium annullat antea celebratum non consummatum, & sequens post prof.

13 Facta in Religione reprobata,simplicis voti vim continet. facta in Relig. tenet laxiori ab habente strictioris votum.Sub conditione de testando facta, de patrimonialibus bonis,tenet.Item nutibus facta tenet. Non debet necessario in Monasterio fieri.Fit etiam per procuratorem. Item facultas accipiendi ad professionem laico est delegabilis.Ad malum facta finem,tenet,modo contra non sit substantiam Religionis. Bellas.v. prof.n.14 13.12.11.8 9.7.6. & 16. vide ibi.

14 Serui sine Domini licentia facta professio, nulla tenet:uoti tamen vim habet simplicis.Idem ementito facta sexu operatur.Inualida ob v.g. ætatis defectū, vel nouitiatus non finiti,aut intentionis, nouus non requiritur nouitiatus, sed suppleri defectus tantum debet,cum intentione saltem tacita(& sufficit interna) ratificandæ professionis. Idem ibid. num.21.24.25. Vide Nau cons 50 de Regul.

15 Si num quis sit valideprofessus dubitetur,professus habendus. Certus de suæ professionis nullitate,tutè, scandalo præciso, vxorem ducet,dato nullitatis non

non possit causam in iudicio approbare. In mortis articulo facta professio ex indulto Pij V. ius monasterio non dat succedendi, sed qui veniunt ab intestato succeduntat iuuat pro indulgentijs consequendis. Qui in articulo mortis profitetur, periculo euaso ratificet professionem. Bellas ibi n.27. 8.31.& 32. Vide Decret.S.Cong.13.Nau 1627.apud Barb in Collect.Bulla.5.prof.Reg.

16 Nulla paruitas datur materię in ætatis defectu ad profitendum requisitæ. Vide sup.hic n.7.

17 De sua gaudens professione, eamue interne renouans, paratus facere nisi fecisset, plenariam peccatorum cõsequitur remissionem, si sit in gratia. Villalob. t.2.art.35.diff.20.Dion.Chart.de prof.mon.in append.

18 Nulliter professus, ratificare non censetur profess.nisi scita nullitate, eam velit tollere, & professionem valere, ac ratificare; ignorans enim consentire non dicitur. Nulliter professus, iterum validè profiteri intendens, noua non indiget receptione, sed prior sufficit per annum continuata receptio. Bellas vbi sup. v professus, n.vlt & 13.Graff.3. decis,c.5 n.24.

19 Nulliter professus, dum ei ad reclamandum non datur facultas, quia elapsũ est quinquénium, ratificet oportet professionem: sua saltem culpa inualide professus. Rodriq.1.p.summæ c.45.n. 5.apud Bellas. l.cit.

20 Solam professus obedientiam secundum regulam, simul castitatem, & paupertatem fuisse censetur professus, ac si expresse vouisset, Sà v.relig.

21 Surdus, & cæcus, imo & mutus professionis sciens naturam, profiteri valet. Dian.5.p.f.147.rcl.34.

22 Profitens, si sit illegitimus, legitimatur quoad Ordines: imo fit per Prælatum dispensabilis ad Prælaturas. Vide ex parte Bellas in Prompt.v.illegit.num. 3.in fin.

23 Professus Principis filius ad seditiones tollendas & bella, vxorem ducat.

24 Metus etiam reuerentialis nullam reddit professionem. In dubio de metus sufficientia, pro validitate tenendum professionis. Pro n.19. vide Dian. in summæ summario, v.prof n.5 pro n.2.vide eundem ibid n.6. ex parte.

Professus. Vid. Relig. & Cap.Miscell.pro Relig.

1 AD hoc vt nulla professio ratificetur per perseuerantiam in Religione, scientia requiritur nullitatis, & ipsius causæ; neque exercuisse sufficit professorum actus proprios: neque quodcunque temporis sufficit spatium in Religione perdurasse. Ioann Franc.Soar. vbi sup. de prof.

2 Ad profitendum in Relig dolo, vel ignorantia inductus, non obligatur, si circa substantialia Religionis dolus, vel ignor. versetur; v.g. quia credebat perseuerantiam in Religione non fore perpetuam, vel si per professionem priuari non putabat rerum dominio, & id genus. Idem si circa sit Religionis austeritates deceptus, & difficultates si tantæ sint, vt moraliter eius superent imbecillitatem, & corporis robur. Idem si huiusmodi accidat ignorantia, aut error solum ex quacunque inaduertentia citra dolum, vel iniuriam aliunde illatam; errore consensum

sensum tollente, vel impediente. Idem si huiusmodi contingat error, &c. respectu Religionis acceptantis circa accepti conditiones, & substantiales qualitates iuxta ritum, & Religionis consuetudinem. Soar. vbi sup.

3 Professio iuste facta metu, etiam reuerentiali, non ligat, dato profitens consentiat, modo vere timeat, & ille qui metum infert sit minas solitus exequi. Nulliter professus, ad nihil adstringitur; intellige ob def. ætatis, vel nouitiatus post habitum susceptum; secus si ob aliud impedimentum.

4 Per simoniam professus Papali indiget dispensatione ad ibi manendum estque Papaliter excommunicatus. Extrau. 1. de simon.

5 Tacitè professus eligere, non eligi valet in Prelatum.

6 Professus in Religione vi uoti magis Papæ tenetur, quam Prælato obedire. Vi uoti Religiosus voluntati non tenetur obedire Superioris, nisi præcepto saltem oretenus interueniente. Sylu. v. obed. in fin. Et v. præcept.

7 Professus Superiore iubente peste religioso infecto ministrare debet, vel cum vitæ periculo, secus si laboret secularis cui ministrare ex obedientia non cogitur. Excipe, nisi parochis deficientibus; eo enim casu etiam locorum sæculariũ audire tenetur saltem Confessiones, vel cum vitæ manifesto periculo, ex obediẽtia. Intellige de Religiosis ex instituto Christianorum incumbentibus saluti spirituali. Rod. de Regul. t. 3. q. 31 art 3.

8 Professus ad malum finem habitum induens personatorum, excommunicatus euadit cap. Vt periculosa ne clerie. vel Monach. in 6.

9 Sine causa sufficienti, etiam per Papam, in Regulæ præceptis dispensatus, sine peccato ea vti nequit dispensatione. Caiet. in Summa v. disp. Nau. c. 12. n. 76.

10 Professo illatam iniuriam, remittere Superior, eo inuito, tute valet: ipse vero, inuito Prælato, nequit sibi illatas remittere iniurias, nisi Superiore absente, v. g. si in Schola studij causa versetur, de Sup. licentia.

11 Professus, Superioris licentia præcisa, iudiciarius nequit esse testis; quod si testetur, valide at illicite faciet; in testamentis vero, & instrumentis tum validè, tum & licitè testis fiet, vel Prælato inconsulto. Professus legitime eiectus compelli ad reditum iure nequit: at contrarium est verius. Potest autem in sæculo habitu sũpto clerici sub Episcopi tutè obedientia manere; cui tamẽ strictius obedire non tenetur alijs Clericis. Mol. de cust. tract. 2. disp 40. ap. Soar. vbi sup lib. 3.

12 Qui antea Religionis votum nuncupauerat si eijciatur, dici valet satisfecisse etiam si in genere Religionem vouerit. Sot. de iust. l. 7. q. 12. art. 1.

13 Professus choro addictus, sacris non insignitus delicentia valet Superioris laicus conuersus fieri. Professus dimisso habitu apostatans, est excomm. Azor. p. 1. l. 10. cap. 6. q. 7. Arag. 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 4.

14 In Professo peccatum est Sacrilegij quicquid in sæculari peccatum est contra castitatem extra matrimonium; & quidem in eo peccatum est Sacril. lethale in actibus luxuriosis quando & in laico tale est luxuriæ: & veniale, si in eo veniale; cum autem in luxuria nulla paruitas detur (probabilius) materię à lethali excusans, si sit deliberatio, licet modica sit delectatio, ex graui tamen obiecto, dato pollutionis absit periculum sequitur semper huiusmodi modicam sed deliberatam luxuriosam delectationem in professo mortalem habere noxã. les. lib. 2. c. 41. n. 78. Rebell. p. 2. l. 3. q. 19 sect. 3.

Pro-

Promissio.

1 ABsque animo se obligandi facta promissio, nullam in foro conscientiæ inducit obligationem, nisi alter inde aliquid damni patiatur, credens ex animo promissionem factam fuisse: tunc enim adimpleat promittens oportet. Qui vero animo non adimplendi promittit, omnino adimpleat: nisi naturam forte promissionis ignorauerit. Azor. 3. p. l. 11. c. 15 quæsito 7. & 8.

2 Per vim, metú, aut dolum extorta, nulla tenet promissio; etiam metu reuerentiali existente; idem, precibus extorta promissione importunis. Suar lib. 1. de voto c. 13. n. 11.

3 Deo facta promissio, si maioris sit boni impeditiua, non obligat; est enim voti adinstar; secus de homini facta Sanch. l. 1. de Matr. disp. 6 n. 17.

4 Interiori tantum animo promittens, nisi Deo promittat, vel voueat, non tenetur adimplere, non enim fuit promissio interna acceptata, non acceptata autem retractari semper valet. Rodriq. 1. p. c. 95. n. 1. Mol. disp. 253.

5 Qui aliquid promisit, quod sine superioris licentia promittere non valuit, Petat à sup. licētiam oportet. Qui rem magni pretij promisit, quam si valorem sciuisset nō promisisset, stare nō tenetur promissioni; nam defuit ad id se obligādi volūtas. Itē ꝓmissio obligare desinit, aliqua notabili superueniente mutatione quæ si ꝓmissionis tēpore ad fuisset, vel præuisa fuisset, promissionem impediuisset: quippe in hoc casu se voluisse promittens obligare non censetur. Eam ob rem, si iam promissio inutilis facta est, damnosa, vel illicita, aut impossibilis adimpleri non debet Bon t. 2. fol. mihi 343 & 344. p. vlt.

6 Qui hoc anno aliquid dare promisit, satis erit in fine anni dare. Bon. t. 2. fol. mihi 343. & 344. p vlt.

7 De re illicita facta promissio, nullam continet obligationem; at illicito secuto actu, adimplenda: modo malus non approbetur iam patratus actus sed data tantùm fidis soluatur. Item occasionem peccandi dans promissio, nulla valet: v. g. vxore viuente viro, adultero matrimonium promittente. Azor p. 3. l. 11. c. 17. q. 2.

8 Qui virginem, matrimonij facta promissione, sed ficte, violauit, ducat, nisi admodum dispar sit conditio, eo enim casu aliquo alio valet modo satisfacere; tanta nisi sit disparitas, vt deceptam se dicere nequeat, sed decipi voluisse censeatur. Nau. c. 16. n. 8. Sylu. Luxuria q. 5. Sà v. Prom. n. 5.

9 Facta quæcunque, etiam iuramento firmata promissio, intelligitur, nisi donās enormiter lædatur. Qui promisit, nisi soluat, de damnis tenetur vniuersis ob non solutam promissionem secutis, & quidem ex iustitia; ad promissionem vero soluendam, solum tenetur ex fidelitate, probabiliter saltem, & sine obligatione restituendi; potest & promittens non soluere, ob non sibi ab alio factam promissionis solutionem, aut indigno cui soluatur facto, nisi iuramento firmetur, aut nisi de prohibita re fiat, vt simoniaca, &c. vide sup. n 5. Sa ibi n 1.

10 Non iurata promissio, & citra omne damnum in eo, cui promittitur, sub lethali probabiliter non obligat ad sui adimpletionem. Dian. in Summæ Summario, v. promiss. n. 1.

Pro-

sensum tollente, vel impediente. Idem si huiusmodi contingat error, &c. respectu Religionis acceptantis circa accepti conditiones, & substantiales qualitates iuxta ritum, & Religionis consuetudinem. Soar. vbi sup.

3 Professio iuste facta metu, etiam reuerentiali, non ligat, dato profitens consentiat, modo vere timeat, & ille qui metum infert sit minas solitus exequi. Nulliter professus, ad nihil adstringitur; intellige ob def. ætatis, vel nouitiatus post habitum susceptum; secus si ob aliud impedimentum.

4 Per simoniam professus Papali indiget dispensatione ad ibi manendum estque Papaliter excommunicatus. Extrau. 1. de simon.

5 Tacitè professus eligere, non eligi valet in Prelatum.

6 Professus in Religione vi uoti magis Papæ tenetur, quam Prælato obedire. Vi uoti Religiosus voluntati non tenetur obedire Superioris, nisi præcepto saltem oretenus interueniente. Sylu. v. obed. in fin. Et v. præcept.

7 Professus Superiore iubente peste religioso infecto ministrare debet, vel cum vitæ periculo, secus si laboret secularis cui ministrare ex obedientia non cogitur. Excipe, nisi parochis deficientibus; eo enim casu etiam locorum sæculariũ audire tenetur saltem Confessiones, vel cum vitæ manifesto periculo, ex obediẽtia. Intellige de Religiosis ex instituto Christianorum incumbentibus saluti spirituali. Rod. de Regul t. 3. q. 31 art 3.

8 Professus ad malum finem habitum induens personatorum, excommunicatus euadit cap. Vt periculosa ne cleric. vel Monach. in 6.

9 Sine causa sufficienti, etiam per Papam, in Regulæ præceptis dispensatus, sine peccato ea vti nequit dispensatione. Caiet. in Summa v. disp. Nau. c. 12. n. 76.

10 Professo illatam iniuriam, remittere Superior, eo inuito, tute valet: ipse vero, inuito Prælato, nequit sibi illatas remittere iniurias, nisi Superiore absente, v. g. si in Schola studij causa versetur, de Sup. licentia.

11 Professus, Superioris licentia præcisa, iudiciarius nequit esse testis; quod si testetur, valide at illicite faciet; in testamentis vero, & instrumentis tum validè, tum & licitè testis fiet, vel Prælato inconsulto. Professus legitime eiectus compelli ad reditum iure nequit: at contrarium est verius. Potest autem in sæculo habitu sũpto clerici sub Episcopi tutè obedientia manere; cui tamẽ strictius obedire non tenetur alijs Clericis. Mol. de cust. tract. 1. disp 40. ap. Soar. vbi sup lib. 3.

12 Qui antea Religionis votum nuncupauerat si eijciatur, dici valet satisfecisse etiam si in genere Religionem vouerit. Sot. de iust. l. 7. q. 12. art. 1.

13 Professus choro addictus, sacris non insignitus delicentia valet Superioris laicus conuersus fieri. Professus dimisso habitu apostatans, est excomm. Azor. p. 1. l. 10. cap. 6. q. 7. Arag. 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 4.

14 In Professo peccatum est Sacrilegij quicquid in sæculari peccatum est contra castitatem extra matrimonium; & quidem in eo peccatum est Sacril. lethale in actibus luxuriosis quando & in laico tale est luxuriæ: & veniale, si in eo veniale; cum autem in luxuria nulla paruitas detur (probabilius) materię à lethali excusans, si sit deliberatio, licet modica sit delectatio, ex graui tamen obiecto, dato pollutionis absit periculum sequitur semper huiusmodi modicam sed deliberatam luxuriosam delectationem in professo mortalem habere noxã. les lib. 1. c. 41. n. 78. Rebell. p. 2. l. 3. q. 19 sect. 3.

Pro-

Promissio.

1 ABsque animo se obligandi facta promissio, nullam in foro conscientię inducit obligationem, nisi alter inde aliquid damni patiatur, credens ex animo promissionem factam fuisse: tunc enim adimpleat promittens oportet. Qui vero animo non adimplendi promittit, omnino adimpleat: nisi naturam forte promissionis ignorauerit. Azor. 3. p. l. 11. c. 15 quęsito 7. & 8.

2 Per vim, metũ, aut dolum extorta, nulla tenet promissio; etiam metu reuerentiali existente; idem, precibus extorta promissione importunis. Suar lib. 1. de voto c. 13. n. 11.

3 Deo facta promissio, si maioris sit boni impeditiua, non obligat; est enim voti adinstar; secus de homini facta Sanch. l. 1. de Matr. disp. 6 n 17.

4 Interiori tantum animo promittens, nisi Deo promittat, vel voueat, non tenetur adimplere, non enim fuit promissio interna acceptata, non acceptata autem retractari semper valet. Rodriq. 1. p. c. 95. n. 1. Mol. disp. 253.

5 Qui aliquid promisit, quod sine superioris licentia promittere non valuit, Petat à sup. licẽtiam oportet. Qui rem magni pretij promisit, quam si valorem sciuisset nõ promisisset, stare nõ tenetur promissioni; nam defuit ad id se obligãdi volũtas. Itẽ ꝓmissio obligare desinit, aliqua notabili superueniente mutatione quæ si ꝓmissionis tẽpore ad fuisset, vel præuisa fuisset, promissionem impediuisset: quippe in hoc casu se voluisse promittens obligare non censetur. Eam ob rem, si iam promissio inutilis facta est, damnosa, vel illicita, aut impossibilis adimpleri non debet Bon t. 2. fol. mihi 343 & 344. p. vlt.

6 Qui hoc anno aliquid dare promisit, satis erit in fine anni dare. Bon. t. 2. fol. mihi 343. & 344. p vlt.

7 De re illicita facta promissio, nullam continet obligationem; at illicito secuto actu, adimplenda: modo malus non approbetur iam patratus actus sed data tantùm fidis soluatur. Item occasionem peccandi dans promissio, nulla valet: v. g. vxore viuente viro, adultero matrimonium promittente. Azor p. 3. l. 11. c. 17. q. 2.

8 Qui virginem, matrimonij facta promissione, sed ficte, violauit, ducat, nisi admodum dispar sit conditio, eo enim casu aliquo alio valet modo satisfacere; tanta nisi sit disparitas, vt deceptam se dicere nequeat, sed decipi voluisse censeatur. Nau. c. 16. n. 8. Sylu. Luxuria q. 5. Sà v. Prom. n. 5.

9 Facta quæcunque, etiam iuramento firmata promissio, intelligitur, nisi donãs enormiter lædatur. Qui promisit, nisi soluat, de damnis tenetur vniuersis ob non solutam promissionem secutis, & quidem ex iustitia; ad promissionem vero soluendam, solum tenetur ex fidelitate, probabiliter saltem, & sine obligatione restituendi; potest & promittens non soluere, ob non sibi ab alio factam promissionis solutionem, aut indigno cui soluatur facto, nisi iuramento firmetur, aut nisi de prohibita re fiat, vt simoniaca, &c. vide sup. n 5. Sa ibi n 1.

10 Non iurata promissio, & citra omne damnum in eo, cui promittitur, sub lethali probabiliter non obligat ad sui adimpletionem. Dian. in Summæ Summario, v. promiss. n. 1.

Propositio.

1 PRopositio axiomatica, est quæ communiter asseritur, aut nagatur. Problematica, quæ controuertitur; Paradoxatica, quæ contra communem militat Doctorum sententiam. Exemplum de prima erit v.g. quòd Sacramenta causa sint gratiæ; de secunda, quod sint causa moralis; de tertia, quod Deus quatenus in Sacramentis existens, gratiam causet. Henric. Ant. Burg Parad. 5. cap. 1.

2 Propositio erronea est de ijs quæ sunt fidei, & veritati quam Ecclesia docet contrariatur, & catholicæ aduersatur doctrinæ; quocirca notandum, quædam sunt ad fidem attinentia, quod ipsis sublatis, ipsa prorsus tollitur fides, v.g. fidei articuli, à Christo instituta Sacramenta, & si quæ alia. Quædam vero sunt, quorũ aliquo Sublato vel etiam omnibus, fides quati noscitur, obscuratur, & infirmatur, licet non omnino corruat, aut extinguatur; vt sunt illæ propositiones, quas vniuersaliter consensus tenet Ecclesiæ, vel Sancti tenent Doct. in Secundarijs. Errans circa priora, dicitur hęretica propositio; circa vero secundaria fidei errans propositio, erronea habetur tantùm.

3 Ad propositionem faciendam erroneam, non sat est quod aliquando sit falsa, aliquando verò non, imo de omni debet esse posterioristico, & semper falsa. Henric. à Gand. t. 1. quodlib. 7. q. 23. & eius Comment. Vitalis Zuccol. ibi.

4 Propositio, Deus est, cum sit per se nota, si in generali sumatur inquantum scilicet sub nomine intelligitur entis, vel boni absolute, iuxta Magistr. Michaelẽ Angelum Gosium Romanum Seruit. in Summa Phil. ad mentem Henrici Gand. parte 1. art. 15. q. 6. versus fin. ab omnibus debet mente sanis admitti, nullàue inculpabilem admittit ignorantiam, etiam in summè rusticis, & idiotis, at ratione vtentibus, idue lethali sub culpa alioqui incurrenda.

Propositum. Vide Obedire.

1 PRopositum mente retentum nihil operatur, quoad obligationem saltem inducendum, leg. si repetendi Cap. de cond. ob turp. caus. Proinde subditus Superioris puræ non tenetur voluntati morem gerere: hoc intellige, ratione præcise voluntatis, & propositi interni, secus si alias iure sit naturæ Superioris voluntas adimplenda, & propositum non adhuc manifestatũ, v.g. si de re sit alioqui præcepta, naturali, vel lege diuina.

Quæstuare.

1 MEndicantibus dari eleemosynam prohibentes, ipso facto excomm. sunt. Lezana t. 5. f. mihi 395.

RATI-

RATIHABITIO.

1 RAtificans, id quod suo est nomine factum, vel contemplatione, si poterat eius mandato fieri, mandasse censetur, non ob id tamen pœnas incurrit mandantis, nisi id in lege expressum habeatur. Graff. l. 2. c. 127. n. 7. f. 1. Nau. c. 17. n. 133.

Religio, Religiosus. Vide Cap. Miscell. pro Religiosis.

1 FAs erit ad facilius ingressum in Religionem obtinendum aliquid sponte donare, & gratis, tam Superioribus, quam cuicunquæ alij. Dian. 3. p. fol. 42. ref. 64.

2 Qui in sæculo manens sua non poterit soluere debita, statim Religionem ingredi quibit, Sixti V. Bulla nō obstante; Secus si breui valuerit tempore in sæculo manendo soluere. Si vero facto ingressu, aliquid per hæridetatem, vel legatum acquirat, aut donationem, Religio de huiusmodi acquisitis soluat pro eo. Idem p. 3. f. 34. ref. 41. & 4. p. ref. 28. f. 113.

3 Religionem ingressus nouitius, & postea de superioris licentia Monasterio egressus, imo superiore etiam inscio, si cum redeundi animo abeat, reuersus totū non tenetur incipere nouitiatum. Idem ibi ref. 84. 3. p.

4 Valet Religiosus suum declarare testamentum ante factum professionem aliquo extante dubio. Priuilegia Religioni concessa ad nouitios extenduntur. Religione egressus nouitius, in censuras, vel irreg. à quibus in Religione fuerat abstrictus priuilegiorum vi non reincidit. Item probabiliter ad expensas à monasterio in eo alendo, &c. factas non tenetur.

5 Quilibet valet Confessarius, vel sæcularis ab Episcopo approbatus, Regularem absoluere nouitium, etiam à pp. in Relig. reseruatis; sunt enim veluti sæculares, quatenus profiteantur. De momento debet ad momentum annus impleri nouitiatus, alias nulla valet professio. Suam sciens professionem esse nullam Sacros si suscipit Ordines, noxa se lethali onerat; quia sine tit. ordinatur.

6 A Religione eiectus, ad vota non tenetur paupertatis, vel obedientiæ, vel (si non sit Ordinibus initiatus Sacris) ad diuini pensum Officij, vel ieiunia, &c. præterea, emendatum Religio iterum recipere non tenetur, vel ipse ad alium se recipere Ordinem. Vid hæc à n. 4. Dian. in Comp v. Relig. n. 14. 11. 13. 9 6. 18. 24 27. & 26.

7 Religiosus suę habitum Religionis exuens, vt ei sit commodius, vt liberius currat, saltet, &c. vel si à Prælato iniustè grauatus, ad maiorem recurrat, Religionis deposito habitu, ne cognitus detineatur; vel si ad quietius dormiendum, excomm. non incurrit Idem ibi in comp. v. Relig. n 36.

8 Regulares inter se, de alter alterum suffragando, conuenientes, vitiose onerant simonię. 3. parte ref. 125. fol. mihi 55. & in comp. vbi sup. num. 39. v. Relig.

9 Extra suam non valet Episcopus diœcesim, sibi in Confessarium simplicem eligere Sacerdotem non approb. Prælati vero Regularium,& quilibet habens à superiore confitendi facultatem extra Ordinem, quemlibet eligere Sacerdotem non approbatum valent ad suas auscultandas confessiones. 5. p. tract. 2. ref. 3. fol. 20. id.

10 Extra Confessionem, vi priuilegiorum valent Regulares vota dispensare, vel commutare laicorum. Ibi idem ref. 9. f. 14. & 4. p. f. 86. ref. 8.

11 Præterea, probabiliter saltem, vi priuilegiorum absoluere à censuris valēt ab Episcopo reseruatis, etiam extra Sacramentum. 3. p. f. 26. ref. 13. id. Diana.

12 Regulares item valent paschatis die Eucharistiam dare ad adimplendum de communicando præceptum, peregrinis, & aduenis: imo & incolis, qui iam præcepto satisfecerunt, vel postea satisfacient. Confessarij item Regulares, ad hoc per superiores deputati, cum coniugatis dispensare valent ad debitum petendum, si incestu à debiti impediantur petitione, aut voto; id valent extra Sacram. & necessitate vrgente, etiam per scripturam absentibus missam. ref. 11. ibi.

13 Abbates ex priuil. calices valent, altaria & campanas consecrare, aliarum etiam Ecclesiarum. Barb de pot. Episc. p. 2. all. g. 26. n. 36.

14 Semel approbatio per Episcopum concessa Regularibus pro Confess. audiendis, nulla extante causa sufficiente reuocari per Episc. non valet; si reuocet, nihil agit: propterea quod Episcopis potestas data censetur ad ædificandum, non vero destruendum. Item probabilissimum habetur, Regulares, ex odio ab Episcopo non approbatos, adhuc Confessiones audire posse; pote qui ipso iure in Clementina, *Dudum*, approbantur; neque Conc. Trid. eam reuocat. Dian. ibi ref. 20. & 24.

15 Præterea, iusta præcisa causa, ad beneplacitum Regulares non valet Episcopus approbatos reprobare, dato in contrarium obseruetur. ref. 26. f. 30.

16 Nouus valet Episcopus omnes licentias Regularibus à predecessore concessas suspendere, & denuo eos examini subijcere: per Capitulum vero sede vacante id fieri iure nequit. ref. 17 ibi ed.

17 Conuentus Vicarius facultatem dat à reseruatis absoluendi, Superiore per vnum diem absente, nisi eo sit die reuersurus; uel nisi subditus malitiose in illum distulerit diem Confessionem, præciso Religionis (si aliquod sit) statuto in contrarium. Naldus in summa v. abesse, n. 11. & verb. absol. n. 25.

18 Extra tempora Religiosi ordinari ab Episcopo iure valent. Heron Rod. in Comp. qq. Reg. ref. 106.

19 Cum subditis valent Generales Religionum in interstitijs dispensare.

20 Prohibitione Episcopi, ne quis sine ipsius valeat licētiā exorcizare, Regulares non afficiuntur. Dian. pro his omnibus in Comp. l. cit. n. 6 r. 62. & 65.

21 Probabiliter item Regulares valent Prælati cum suis subditis in irregularitate ob homicidium occultum voluntarium, & bigamiam contracta dispensare ibi n. 66.

22 Concionari item valent Regulares in suis Ecclesijs, vel Episcopo contradicente.

23 Vtrum vero Regulares valeant subditos à casibus Bullę cænæ absoluere, dubium vertitur. Per non vsum priuilegijs Regularibus concessis nō derogatur.

24 Præ-

24 Prælatus subditi votū, de strictioris Ordinis suscipiendo instituto, dispensare valet, non irritare Ibi n 70 73.82.& 83.& 3.p.f.49.ref.91.quoad vlt.

25 In Regularium Eccl non valent Episcopi, eis inuitis, Pontificalia exercere, vel ea, quæ sunt iurisdictionis. Episcopus virtute Conc. Trid. notorie delinquētem Regularem incarcerare nequit, vel contra eum procedere, iurisdictionis defectu.

26 Regularis suæ non valet exemptioni renunciare, vt ab Episcopo iudicetur. Regulares extra chorum, tutè Breuiario vti possunt Romano. Regularis validè ab Episcopo, sine superioris valet licentia, ad Confessiones approbari, quoad tantum sæculares; & tempore erit Iubilæi eligibilis. Regularis in suis prædicaturus Ecclesijs, per Episcopum iure nequit examinari. Idem in Comp. n.88 96. 98 99.101.103.

27 Summo Pontifice adiri non valente, vel Sacra Congregatione, Regulares candelabra, vasa, &c. nulla Episcopi habita licentia, vel petita, oppignorare valent, at Generali inconsulto nequeunt. Quaranta in summa Bullarum v. alien rerum Eccl. n.42.

28 Ad laxiorem Ordinem de vtriusque Ordinis Superioris licentia valet Regularis transire, ob infirmitatem, & impotentiam ad onera strictioris. Item si in ea sit exosus, vel malè tractetur; si diffamatus, vel cum perpetua viuat tristitia, & professionis pæniteat Bellas. v. transitus. n.5. ad fin. & 9.

29 Mendicantium omnia priuilegia adinuicem communicantur, etiam Iesuitarum Altaria excipio priuilegiata, & de Sanctis propria officia. Rodr. t.1 q 55. art. 1.2 3 4 5 & 17.

30 Aliquam Regulam profitens, omnia non vouet seruare, quæ ibi seruantur, sed vitam vouet regularem, quæ in tribus consistit votis. Regula non semper ad m.onerat, per verba, præcipimus, mandamus, &c. nam verba adaptantur materiæ, de qua agit. Regula mandante iam sub præcepto debitum, non aliud nouum inducit peccatum contra transgressorem, sed præcepti solum memorat p. Bellas. in Prompt. verbo Regula n. 1.2.& 3.

31 Dubio de obligatione Regulæ ad mort. vel veniale, extante, communis attendatur acceptio, & sensus Piorum, & peritorum. Quando regula quoad substantialia deformata est, nempe tria vota, illus tenentur professores eam seruare non sic deprauatam, sed in suo essentiali rigore; etsi enim expresam non habuerint intentionem se ad illam obligandi, nisi prout obseruabatur, attamen expresse statum intenderunt profiteri Religiosum, qui essentialiter trium includit votorum obseruationem Idem ibi n.4 5. Lezan t.1.c.7.n.11.& 16.

32 Religiosi ita viribus delicati, vt Regulam nequeant reformatam obseruare, reformatori non tenentur obedire; nisi reformatam inuenerunt, & eam sint professi. Quoad tamen trium votorum reformationem, & Religionis essentiam omnino tenentur; dato relaxatam sint professi. Lezan n.19. ibi. Nau l.3.consil. tit de reg. conf.9. in prom. edit.

33 Religiosi appellatione, Clerici non comprehenduntur seculares: sed ille, qui tria Regularium profitetur vota. Petr. Bell. in Prompt. v. Religiosus n. 3.

34 Ex Tridentino non annullatur testamentum à Nouitijs extra duos menses ante professionem conditum, sed donationem inter viuos: neque dispositiones

tiones de bonis suis ante habitus susceptionem dispositas,modo intuitu non fiant religionis.Ad præcepta Religionis nouitius non adstringitur.Religiosus factus, ad vota antea facta non tenetur,vel iuramenta,aut pænitentias iniunctas,si Religionis sint incompatibilia. Fieri valet quis Religiosus,probabiliter,in professione modo adiecto,vt sua ualeat bona ad vitæ sustentationem administrare. At postea valebit id Prælatus prohibere Sà v. Religio n.5 8.10.& n.14.

35 Professum peccare mortaliter,si perfectionem , quam professus est contempserit,sunt qui dicunt. D. Thom. 1.2.q.189.art.9.

36 Religiosus parochus,si delinquat,non per Episcop. sed Prælatum Regularem est puniendus,nisi in ad curam spectantibus delinquerit.Sà l. cit.n.32.

37 Duriora quam sint in Regula imponi nequeunt Religioso;possunt, quando ad ea votum se extendit,vel tacitè in eo continentur.Iusta id causa exigente, professus per Superiorem à Relig expelli valet;v.g.si sit incorrigibilis, aut obedientiam spernat.Deponi,si sit Sacro initiatus Ordine,non valet à superiore . Licet Religioso,iusta de causa,habitum deponere,vel occultare. In re ad Regulam nihil pertinente,Prælato impune non paret,aut difficilima , si dubitet an possit Superior præcipere. Agere contra Superiorem in Monasterij vtilitatem valet;& ab eius iniusta appellare sententia, iniustitia patente.

38 Animo redeundi à Religione decedens, Apostata non censetur. Idem de fugitiuo.Em.Sà ibi n.36.40.43.45 51.55.& 71. vide ibi.

Apostata item habitu retento excommunicatus non euadit:Religionis , si extet,aliquo incontrarium præciso statuto ; aut eo exuto,sed alius Religionis habitu induto Less.l.2.c.41.dub.15.Sylu.v. Apostata.n.11.

39 Qui habitum quidem defert,ast ita occultat , vt Religiosus cognosci nequeat,probabiliter excommunicatus euadit. Qui vero intra Monasterij muros habitum dimittit,iam in excomm non videtur labi; modo inde vagandi non sumat occasionem.Item requiritur vt in legis dimittatur contemptum,& legis prohibentis scientia requiritur,imo quecunque etiam crassa,supina;& peccaminosa excusat legis ignorantia.Nau c.27.n.131.Rodr.q.Reg.t.3.q.76.art.6. Bon.t.1 f. mihi Si 699.& 700.701.

40 Habitus ad breue tempus dimissio,licet animo fiat diu dimittendi, excōmunicationem non inducit . A Religione eiectus , ab Ordinum est suspensus executione . Eiectus nequit à laico Iudice ad mortem damnari , nisi fuerit degradatus,& Curiæ traditus sæculari. Item,si cum habitu eijciatur, ad habitum tenetur gestandum Item de bonis acquisitis testari iure nequit.Item castitatem vi tenetur voti seruare.Religiosus ille dicitur apostata , qui ab Ordine recedit, animò omnino Ordinem deserendi,neque amplius redeundi , etiam habitu retento;& sit oportet professus.Qui alius induit Religionis habitum, etiam laxioris,apostata non habetur,vel nulla obtenta licentia.Vid.ibi Bon. f alleg n 20.& f.747 146.744 & f.735.736.

41 Differt apostata à fugitiuo,quippe is fugitiuus censetur , qui ad tempus discedit,animo redeundi,v.g.si ob rigorem fugiat Prælati, vel studio vagandi , etiam habitu non abiecto , item è carcere se proripiens, cui perpetuo fuerat addictus.Rodr.t.1.q Reg.q 30.art.2.Less l.2.c.41.dub.15.n. 109.

Reli-

Reliquię.

1 EIus, qui in cęlo esse creditur, reliquiæ, priuatim coli possunt. Sà, v. Rel num. 1.
2 Reliquiarum furtum, Sacrilegium, & furtum continet, necessario in Confess. aperienda.
3 Fornicari, vel furari ad collum reliquijs pendentibus, non mutat speciem fornicatio, vel furtum Azor. 1. p l. 9. c. 8. q. 6 & quæsit. 9. & alij.
4 Insignis Reliquia, vel muro clausa, aut perpetuæ sepulturę tradita, sine Summi Pont. licentia alienari prohibetur. Lezana v. alien. n. 14.

Restitutio, Vide de Contractib.

Cap. I.

1 QVi ob rerum suarum periculum damnum non impedit alienũ, licet ex officio teneatur, vt Iudex, tutor, famulus ad id cõductus, custos, &c. restituere non cogitur, nam suas alienis rebus tutè præferre quis valet. Qui ex officio defendere non tenetur, nisi defendat, ad nihil tenetur. Em. Sà v. restit. n 1. Couar fol. 2 § 3. num. 1.
2 Qui, vi vel fraude prohibet aliquem, ne hæreditatem consequatur, officium, aut beneficium, restituat. Si precibus, blanditijs, vel impediat muneribus tantùm, non tenetur. Item, qui citra vim, & fraudem detinuit aliquẽ, ne quem hæredem institueret, vel legatarium quẽ gratis instituere volebat; vel iã factum mutari curauit testamentum, & hęredem institui alium, restituere cogendus non erit, licet odio id egerit. Item qui dempta vi, et fraude, curat, vt beneficium digno conferatur, impediens digniorem, ad nihil restituendum dignori tenetur impedito, vel reliquis competitoribus: nulli quippe intulit iniuriã. Dian. in comp. rest. n. 1. 2. & 3.
n. 3. Item qui media vi, vel fraude aliquem à beneficij detinuit, aut officij consecutione, quibus dignus erat: aut dignum impediuit, vt minus eligeretur dignus, digno restituat, ad prudentis iudicium, nimirum quantum adipiscendi spes æstimabatur (nulla spe, nihil restituendum) & Ecclesiæ, vel Communitati offensis ibi num. 4.
4 Qui multos vi, aut fraude intercedentibus, impediuit competitores ab officij aut benef. consecutione, quod sperabatur, quanti spes valebat omnino singulis restituat.
5 Vi, aut fraude mediante curans, vt benef. vel officium, digno relicto, dignori conferatur, nihil restituat: Secus si ęque digno. ibi id n. 5. & 6.
6 Vi, vel fraude mediante auocans, vel detinens aliquod officium procurantẽ

ne id

ne id ampliushabere conetur,restitutioni sit obnoxius;consequendi spe æstimata,ad prudentis iudicium. Item qui eodem modo piscatorem,aut venatorem à piscando,aut venando detinuit,restituat prout sup. ad prudentis iudicium. Item qui mendacio iniecto, ne aliquis ab aliquo eleemosynam haberet causam præbuit,v.g.non esse pauperem falsò asserendo, restitutioni deuincitur. Idem ibi n.7.& 8.Videndus omnino Dian.3.p.fol.mihi 195 res.33. per totum.

7 Item qui mēdacio iniecto,impedit,ne fisco alicuius bona ob crimen addicantur,restituere non tenetur.Idem de testibus iniquis, qui falso testimonio sententiam impediunt,& ob id confiscationem. Idem ibi 3.p.tract.6.res.35.f.196. & tract.5 res.54 f.163.

8 Dans alicui centum gratis,nesciens se totidem ei debere ex iustitia, soluere non tenetur centum ex iustitia antea debita.Qui inuento aliquo, sufficientem adhibuit pro domino inueniendo diligentiam,neque inuenit, tutè retinet. Id.in comp.ibi num.23.22.

9 Qui omisso dignore, in concursu, eligit dignum, probabilius restituat oportet.

10 Qui bona fide furtiuas accepit à fure pecunias, v.g.quæ sibi à fure debebantur,si proprijs commiscuit, neque discerni queant,domino non tenetur comparenti rest.Ibi n.21.& 4.p.fol.150.res.210.item pro num.10. de pecun.furt.ibi num.15.in comp.

11 Qui malum minatur, atque id inferendi animo, si iuste potest inferre, quod per minas extorsit tutè retinet; secus si iuste nequeat inferre quod minatur.

12 Qui alienas,fugendo hostem,conculcat segetes,restituat, damno notabile illato.Ad aliorum vero damnum,qui eius secuti exemplum easdem segetes cōculcarunt,non tenetur. Less.quoad primum lib.2.cap.17.d 6 num.24.Reliquum Diana 3.p.f.180.res.102.

13 Acceptum pro faciendo aliquo,iam ex charitate tantum debito, vel alia quauis virtute,non verò ex iustitia,restitutioni non est obnoxium, v.g.qui pecuniam ne fornicetur,vel blasphemet,accipit,restituat non oportet. Idem. ibi fol. 164 res.55.

14 Mendicantes de male valent acquisitis eleemosynas habere, hocque ad tollēdos scrupulos, & varietatem opinionum fugendam circa incertorum restit. modo eorum domini ignorentur, & incerta habeantur Lop.t.5 fol mihi 639.

15 Princeps,qui digno, dignore relicto, officium confert contra iustitiam non delinquit commutatiuam,sed distributiuam,proinde restituere non tenetur: quia ex iustitia distributiua violata ad restitutionem non oritur obligatio, præcisè,sed ex commutatiua tantùm. Si verò officium conferat indigno, & malè administraturo,de omnibus inde ortis tenetur damnis;cum ex officio idoneos teneatur constituere ministros quatenus potest.Fill.tract.28.c 8.q.3.n.127.Rebell. lib.3.q 3.Mol.t.1.disp.12.Nau.man. c.17 n.69.

Re-

Restitutionis obligatio vnde oriatur. Cap. II.

1 EX cuiuscunque virtutis violatione, nisi sit iustia violata commutatiua, nulla restituendi oritur obligatio. Proinde qui extremè indigenti non opitulatur, cum ex charitate tantùm opitulari debeat, ad restitutionē non adigitur. Nau. cap. 17. num 11. Fill. tract. 32. cap. 2. q. 2. Sà v. rest. in fin.

2 Si quis absque omni prorsus culpa damnum alicui inferat, vel graue, v. g. ignoranter, aut inaduertenter, in foro non obligatur conscientiæ pro damno illato: quippe pæna supponit culpam. Rebell. 1. p. lib. 2. q. 4. Nau. l. 2. ca. 1 n. 47.

3 Bona fide rem possidens alienam, suam putans, statim ac alienam esse sciuerit restituat. Qui vero rem emit alienam à fure, alienam esse ignorans, pretium nequit à Domino exigere si comparuerit, sed nullo reddito prætio redlat: ab eo vero, qui sibi vendidit vtique valet exigere. Sanch. in Sum. l. 2. c. 23. n. 2.

4 Qui alienam bona fide rem consumpsit, vel alienauit, suam putatam, pretium restituere, vel eius non tenetur valorem, nisi in aliquo sit factus ditior, aut sit inde aliquid lucratus. Item si apud se res pereat bona fide habita, etiam ob propriam re pereunte culpam, bona durante fide. Qui vero alienam bona fide vestem consumpsit, domino tenetur comparente illius restituere valorem, dato quòd alias consumpsisset vestes eiusdem valoris nisi furtiuam habuisset, vel alienam. Si vero inferiorem consumpsisset, valorem restituat inferioris. Bon. t. 2. fol. 434. num. 1.

5 Rem accipiens bona fide alienam, si postea dubium suboriatur, sibi retinere tute valet, consumere, aut alienare, si posita sufficiente indagatione, rem non comperiat esse alienam; nam in dubio melior possidentis censetur conditio. Malæ verò fidei possessor, dubitans num res sit aliena dum accepit, ad rei tenetur veritatem indagandam, qua non habita, inter eos rem diuidat, quorum rem esse dubitat, pro dubij rata: comperto domino, nedum rem oportet restituat, imo & fructus. Medina apud Less l. 2. c 14. d. 4.

6 Bonæ fidei possessor, dubio orto de rei furto, ea vti nequit, si vsu deterior reddatur, donec non esse furtiuam sit compertum. Quòd si vsu non fiat deterior, vti ea fas erit animo pretium soluendi comperto domino, at expensis detractis. Rebell de rest. l. 2. q. 5. n. 10. Sanch. in summa l. 2 c. 10. n. 180.

7 Auferre nefas est rem bonæ fidei possessori, licet auferens suam esse dubitet, alias restituere priori debet possessori, ac si malæ esset fidei possessor; non enim de possessione valet possessorem deijcere, qui tantum suam esse rem dubitat, nulla habita certitudine; & alter iustè possidet. Sanch l. 2 de m. num. 4.

8 Qui absolutè, & simpliciter consentienti damnum infert, ad nullam rest. tenetur, nam volenti, & scienti non fit iniuria. Mol. t. 1. disp. 9. Less. l. 2. c. 7. dub. 3.

9 Magnum interest inter mandantem, & consulentem alicuius damnum, discrimen: nam consulens, etiamsi suum conetur reuocare consilium, attamen damno

no secuto ex cõsilio, restituere tenetur. E contrario, mandans reuocato mandato, si adhuc mandatarius damnum inferat, scita reuocatione, ad nihil tenetur; & hoc ob id, nam facilius mandatum reuocatur, quàm consilium; Consilium siquidem inuito etiam consulente plerunque exequitur; mandatum, minimè. Nau. ca. 27. num. 133.

10 Furtum, aut homicidium, vel quodcumque aliud damnum consulens, si nũ ex suo sit consilio damnum dubitet secutum, restituere non tenetur; vel ad summum pro dubij tenetur quantitate. Dian. 3. p. tract. 5. res. 84. f. mihi 183. Medina codice de rest. q. 7. ante vers. Si autem cons.

Restitutio ob taciturnitatem.

Cap. III.

1 DAtum à fure, ne alius à furto eum impediat, clamore, aut manifestatione, restitui non debet, nisi clamare, &c. teneatur ex officio. Nau. l. 3. c. 1 num. 124 & alius Nau c. 17. n 21.

2 Idem de famulis, nisi eis ex officio cura incumbat rerum: modo fures extranei non sint, tunc enim quicunque famulus ex officio res tenetur Domini quantum moraliter licet tutari; nisi faciant, restituere adiguntur. Less. li. 2. c. 15. n. 74.

3 Qui aliquem scit paratum esse inferre suo nomine damnum, v. g. inimicum occidere, neque prohibet, cum facile possit, vt tacens restituere tenetur, & consentiens, modo ille sciat eum id cognitum habere propositum, & non contradicere: si verò id nesciat, non tenetur, nisi forte ex officio impedire, vel manifestare teneatur. Rebell. p. 1. l. 2. q 14. sect. 3 n 13. apud Ant. Dian. p. 4. f. mihi 106. res. 64. Vide Guazzinum in tract. Mor. de Iudice ad finem.

Cætera quędam de Restitutione.

Cap. IIII.

1 QVi ex delicto, v. g. furto, & ex licito debet contractu restituere, prius antiquius, deinde recentius restituat debitum. Vsurarius vero prius ex contractu debita soluat oneroso, deinde vsuras licet anteriores. Alioqui prius vsuras, quam debita ex contractu gratuito, vnde fuit factus pauperior. Sà v. Rest. n. 61.

2 Qui rem furto abstulit à fure, domino restituat, nisi mortis metu furi restituere cogatur. Fur restituere rem tenetur ablatam, etiam sine propria culpa deperditam; modo apud dominum item nõ perijsset, vel deperdita fuisset, & quoad hoc saltem probabiliter. p. Nau. l. 3. c. 4. n 119. Em. Sà v. Res. n. 61.

3 Debitis eiusdem naturæ, & ordinis extantibus pluribus, priora soluantur, alioqui

alioqui maiori est damno occurrendum;nam qui prior est tempore, potior est iure; quidam soluenda fore asserunt pro rata,si eiusdem sint naturæ,neque aliud alio sit priuilegiatius:Sylu.rest.6.§.Petr.Nau.l.cit.n.51.

4 Qui omnibus non est soluendo,primo id soluat, quod in propria debetur specie si extet,v g.depositum,commodatum, vel emptum sed non solutum. Secundò ijs,quibus bona sunt expresse hypothecata,& prius prioribus quibusque specialem habentibus hypothecam,deinde generalem habentibus. Tertiò,dotibus,vel fisco Quarto,tacitam habentibus hypothecam,& prius prioribus. Quinto,depositoribus rei non extantis. Tandem cæteris pro rata. In his tamen vltimis excusatur qui prius petenti in totum soluit,aut valdè indigenti. Sà v.rest. num. 59.

5 Bona fide possidens,restituat vbi est, alioqui ibi restituat, vbi sine damno creditor rem habere valeat; idem de vsurario. Item commodans damnum pati non debet in commodato recuperando,aut mutuator in mutuo. Nau.cap. 17. num. 43.

6 Qui iniustè habentem ad rem,vel in re ius impedit, ne eam consequatur, etiam nulla vsus fraude,aut vi restituat Item restituere omnino debet, qui aliquid metu extorsit reuerentiali,item leui metu extorquens ab alioqui non daturo.Id.n.2.& 30.

7 Ad malum quid agendum qui aliquid accipit,nisi faciat restituat; si fecit, non tenetur. Sà ibi num.17.Mol.disp 94.columna 5.Lop.fol. 1.Nau ibi n 30.

8 Qui sine vi,& dolo alicui male facere suasit,de damnis inde ei secutis non tenetur. Neque qui vulnus alicui inflixit de vultus deformitate, vel cicatricis tenetur fæditate,de damno vero vtique. Neque qui aliquid bona egit fide de damnis inde tenetur ortis. Nec qui sine multo maiore nequit damno proprio restituere,vel honoris,aut famæ,animæ &c. At cum aliquali honoris damno,vel famæ quis magnam tenetur,v.g pecuniam restituere, nam qualitas quantitate damni compensatur. Ordo autem rerum in dignitate hic est, nempe,pecunia, honori;honor,famæ;fama,corpori;corpus,animæ posthabentur. Sà ibi n.22.Nau. c.15.n.12.Sà n.24.15.L p.1 p.q.116.

9 Si ex non prestita solutione creditori magnum sequatur damnum,item & debitori,si fiat, tunc mora culpabili à debitore præcisa,vel pacto,probabiliter soluere non tenetur Neque cui res citra culpam in specie debita perijt ante moram,vel si item apud creditorem perijsset;etiam si culpabiliter apud debitorem deperdita fuerit. Neque qui à creditore tantundem est læsus, quantum ipse læsit creditorem Nec qui dubitat an restituere teneatur, vel an damni dederit causã, nec ne Nec qui pro incertorum restitutione cum Papa, vel Episc.fecit compositionem; quippe valet Papa in certa condonare, componere, vel dispensare. Nec qui aquis dimisit alioqui cum hominibus peritura. Nec qui ad tuendam vitam alienum distraxit.Nec qui alium videt puniri pro delicto à se patrato, si tacet.De delicto tamen tenetur si alij imputetur, non vero de pæna alij inflicta. Nec qui deliberato ad furandum, vel occidendum dixit vt faceret, nihil eum mouendo Sà ibi à num 24 vsque ad 38.

10 Neque meretrix solicitis mendacijs multam extorquens pecuniam, à dare tamen valente.Neque qui prodige promisit, prodige soluat oportet. Nec qui

creditore diligenter quæsito, rem dedit inuentam pauperibus. Nec qui pro debito pecuniario, corpore soluit iudice condemnante. Nec homicidæ suspensi hæredes, læsa non instante parte, prodam nis homicidij hæredibus tenentur occisi. Nec qui rem ab eo, qui dare poterat accepit si libere dedit, at sine iuris solemnitatibus: modo res excipiantur Ecclesiæ alienari prohibitæ sine solemnitatibus Vide ibi Sà à n. 38. vsq ad 48. inclus. lege Syl. v. alienatio. Couar. lib. 2. Var. c. 1. num. 6.

11 Item non tenetur qui ex causa pretium loco rei restituit. Nec qui prodigo debitum eius se uat inopiæ, vel hæredibus; alijs huic non assentientibus Doctoribus, si sine proximi damno rebus abutatur proprijs. Item non tenetur, qui in extrema sui, & creditoris necessitate alienum consumpsit. Nec qui impotens ad famam, vel honorem restituendum factus est, pecunia recompensare tenetur, nisi in rebus læserit pecunia pretiabilibus Sà ibi à n. 48. vsq 55.

12 Debitor in mora existens soluendi, cum sæpe confiteatur neque soluat, si animum teneat restituendi, neque ex dilatione damnum creditori sequatur, absolutionis non videtur indignus; neque enim in statu censetur esse p. m.

13 Qui, Confessario data pecunia, curauit restituere, nisi ille dederit, in conscientia iterum solue e non tenetur Diana in comp. v. rest. n. 39. 40.

14 Non absoluendus infirmus statim, cum possit, restituere nolens. Idem ibi num. 38.

15 Qui aliquid vendidit furto ablatum, cuius prætium postea decreuit, si restituere rem nequeat ipsam, vel aliam eiusdem bonitatis, sufficit si prætium rei restituat, quod nunc habet; nisi dominus pretio venditurus fuisset, quod prius habebat, re vero apud furem meliore effecta augmento intrinsico, v. g. si pullus sit furtim sublatus, & adoleuit, tunc fiat restitutio oportet secundum optimum rei statum, quem in manu habuit furis. Idem 4. p. tract. 4 res. 63. f. 106.

16 In frugibus damnificans immaturis, & dolose aliquem à bono impediens, pro spei æstimatione, ad prudetis iudicium, restituat, spe ictibus, laboribus, expensis, attentis, &c. Diana 3. p. f. 195. m. hi res. 53. vel quinto, qui. Azor. p. 3. l. 4. c. 9. q. 1. Less. l. 2. c. 12. dub. 17 n. 123.

Resurrectio.

1 Resurrectio, in eo, qui votum aliquod nuncupauit, neque eo adimpleto decesserat, facet ad votum iterum voventem teneri adimplendum; proinde Religiosus à mortuis miraculo excitatus, ad vitam tenetur Religiosã seruandam, haud secus, ac ante quàm moreretur. Nota differentiam inter Matrimonium, & Religiosi professionem; cum in matrimonio caro tantum obligatur, quod tollitur vinculum morte alterius intercedente. At animæ non tollitur subiectio Deo. Teste Henrico à Gand. t. 1. quodlib. 1. q. 37. Item Vitale Zuccolio eius Commentatore ibi cum neotericis.

2 Resurgens habens Sacramenta characterem imprimentia, non eadem suscipere demo sine Sacrilegio quibit. Henricus à Gand. t. 1. quodlib. 3. q. 27.

3 Nota, aliud est dominium viri super vxorem, ac super agros; proinde ad vi-

tam

tam ab inferis reuocatus vir, ad agros iure suos, ac facultates reuerteretur; ad vxorem non item, quin fornicaretur, pote quia nullum inter vxorem, & resuscitatum virum superest matrim. Quod si de possessionibus testamento legauit, adhuc habebit, cum tacita enim cen etur legasse conditione, nempe, nisi reuixero. Idem de ab intestato decedente. Eodem Vitale teste apud Henric a Gand. ibi vbi sup.

Retinere. Vide restitutio.

1 RETinere in cōcientiæ foro nō valet iudex, vel princeps bona eius, qui à publica iustitia innocens fuit condemnatus, at nocens legitimè probatus, dato sine culpa condemnetur, iuxta publicam notitiam contra priuatam scientiam innocentiæ; sed restituat oportet, sine scandalo. Henric. Gand quodlib 1 q. 16 t 1.

Reus.

1 AD grauia euitanda tormenta, valet reus, sine labe vel veniali, sibi falsum imponere crimen, licet inde sciat sibi mortem euenturam, etiā iuramento addito; vita siquidem tantis non est cruciatibus digna; & mendacium equiuocatione tollitur in mente retenta, nempe, commisi non re, sed solum ut fatear iudici ad tormenta euitanda. Nau. de rest. l. 2. ca. 4 n. 21. Ioann. Sanch d. 46. n. 16

2 Item se valet reus occultus prodere Iudici amore iustitiæ, vt nempe in hac vita criminum luat pœnas. Nau. ibi l 2. c. 4. nu. 20. Sanch. in summ. l. 6. tomo 2. cap. 18. num. 43.

3 Reo legitimè à Iudice interrogato veritatem neganti mortis metu, Confessarius ei non tenetur præcipere suum retractare dictum. Neque reus iudici tenetur veritatem manifestare, licet morti iam damnatus, nedum quandiu iudiciū durat Vide Dian. p. 2 fol. 226 res 26

4 Reus cuius non fuit crimen plene probatum, potest etiam iuridice interrogatus, ad mortem euadendam, si speret euasurum, celare veritatem; imo etiam si de pœna tantum agatur mutilationis, triremium proscriptionis, aut omnium confiscationis bonorum. Secus delicto plenissimè probato. Idem ibi res. 27

5 Num surdi, cæci, & muti aliquid delinquentes ordinaria possint mulctari pœna lis inter Doctores vertitur. Idem 5 p. tract. 6 res. 30. & 31. f. 146. & res. 36 fol. 147.

6 Qui fracto fugit carcere, neque ex eo peccat, neque quod alij, ea occasione arrepta, inde fugiant ad quicquam tenetur; suo quippe vtitur iure. 3. p. fol. 179 res. 101.

7 Reus, qui inculpatè aliquid commisit, nisi suam valeat probare apud Iudicem innocentiam, se fecisse negare tute valet, licet conuictus, v. g. qui ad suam defensionem inuasorem occidit, at id in iudicio vt constet nequit facere, eo

quippe casu se occidisse iure negare quit, mente retento, vt fatear: vide quę dixi de æquiuocatione suo loco. Portell. in add. ad dub. Reg. verbum iuramentum num: 16.

8 Sibi nequit conuictus mortem inferre, nec atrocem debet sponte pœnam subire. Reus non fit per accusationem, sed per criminis iustam probationem. Reus, per se loquendo, morem gerere Iudicis non tenetur sententiæ in falsa præsumptione fundatæ; at tamen se, vi ministris illata, defendere nefas ad mortem euadendam. Fugam reo consulere nullum continet crimen, nisi carceris custos, vel quicunque alius id agat publicus minister, ad reorum detentionem deputatus. Sot. de iust. 5. q. 6. art. 4. Reg. f. 24. n. 146. Præterea Bon. t. 2. f. mihi 37. num. 32. 33. & 34.

Ritus.

1 AD Ritus festorum, qui in suis diœcesibus præcipit seruari Episcopus seruare non tenētur Regulares, quoad Missas, cæteraue diuina officia, tam publicè, quam priuatim: quod si secus iubeat fieri Episcopus, obedire nequaquam ei coguntur; verum quoad conciones, & lectiones, se conformare debent Euangelijs, & Epistolis, quibus Clerus vtitur secularis illis diebus. Sacra Conc. Congr. teste Quaranta in summa priu. Reg. apud Aug. Barb. in Coll. Bull. v. festum.

2 Festa Romani Calendarij nequit Episcop. aut Regulares ad dignorem eleuare ordinem, aut ritum, v. g. si sit simplex, ad semiduplicium ritum. Idem ibi, v. festum. De festo cuius adest non insignis reliquia, si fieri concedatur officium, sub ritu semidupl. fiat tantùm. Id. v. offi. diuin.

Rosarium.

1 SI extra Dominicanorū. Ecclesias ex legato debeant certæ Rosarij Missæ celebrari, Missæ celebrentur votinæ pro temporis congruentia; cum extra suprad. Ecclesias Rosarij nequeant Missæ dici. Congr. Rit. apud Barb. in Coll. Bull. v Rosarium.

SACERDOS.

1 QVicunque simplix valet Sacerdos à venialibus pęnitentem absoluere, imo & ab alias rite confessis mortalibus. A minori non valet excommunicatione: asserunt alij Caiet. in Summ. v. excomm. Fill. tomo 1. tract. 17. cap. 7. Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. f. 2. cap. 16.

Sacramentum. Vide de Sacramentis in particulari, & sequentia.



1 Acramentorũ ordine necessitatis spectato, Baptismus sibi primum vindicat locum: hinc Pœnitentia. Perfectionis vero ordine attento, Eucharistia primas occupat. Sayr.l.6.c.3. q.vnica de Sacram.

2 Absolutè, & ex natura rei Sacramenta ad salutem non sunt necessaria: virtus quippe infinita Dei alligata non est Sacramentis. Christi vero supposita institutione, necessaria (saltem in voto) ad salutem habentur; vt patet de Bapt. absolute, & pœnitentia, noxa detentis mortali Hugo de Sacram.p.3.

3 Formę Sacramentorum verbis ita interruptis, vt vnam nō perficiant orationem, sensumue perfectum, nullum tenet Sacramentum; imo concurrere simul morali saltem debent concursu verba cum Sacramenti materia.

4 Verbis administrata synonimis tenent Sacramenta, vel æquiuocis; noua tamen confingi non valent verba pro Sacramentorum forma, saltem priuatè. Henricum vide Anton. Burgum Paradoxo 5.cap.6.fol.mihi 194. col.1.ex Henrico Gandau.

5 De potentia Dei absoluta & ipse valet dęmon assumpto corpore, verum dare Sacramentum. Nald. v.Sacram, n.4. Anglés.q.1.art.3.concl.1.Bellarm.lib.1. cap.24.

6 Fides ad valide administrandum non requiritur; at Baptismus omnino in ministro requiritur, præterquam in Baptismi ministro. hic enim & per non baptizatum quemcunque validè administratur, debitis adhibitis forma, & materia, cum saltem intentione virtuali. Fill.c.5.q.8.Bon.t.1.fol.mihi 15. n.1.

7 In Sacramentis administrandis intentio non sufficit verba proferendi, sed intentio faciēdi requiritur quod facit Ecclesia, saltem virtualis, vel quod Christus instituit Suar.disp.13.sect.2.Bellarm.l.1.de Sacram.c.27.

8 Sub conditione de præsenti, vel præterito valet datum Sacramentum, si res sic se habeat, vt in conditione continetur. Secus de sub conditione de futuro administrato. Suar disp.13.sect.3.vers.dico tertio.

9 Sine necessitate Sacramentum sub conditione, vel de præsenti, aut præterito administrare, peccatum habet, nedum de futuro. Nald.v.Sacramentum num.13.

10 Ad rectè Sacramenta suscipiendum gratia non semper requiritur, at solùm in illa suscepturo Sacramenta; quæ pro gratiæ augmento conferendo sunt instituta, in eo vero, qui Sacramentum suscipit ex se institutum ad primam gratiam conferendam, v.g. Bapt vel Pænitentiam, gratia necessario non requiritur, sed attritio Sufficit. Bon.t.1.f.mihi 15.n.11.12.& 13.

11 Sacramenta omnia, gratiā nedum moraliter, imo physice conferunt immediatè,

diatè, primam, aut secundam, iuxta Sacramentorum naturam. *Fil. tr. 1. cap. 6. q. 7.* Henrico teste Gandau. apud Henric. Anton. Burgum paradoxo 5. ca. 7.

12 Grauius ille, qui suscipit, quam qui Sacramentum in m. peccato dat, delinquit; quia ille Sacramenti tollit effectum, saltem quoad gratiam; hic non tollit, sed male tractat Sacramentum. Suar. disp. 17. sect. 2. concl. 2. Fill. tract. 2. c. 8. q. 6. n. 148. apud Bon. t. 1. f. mihi 24. n. 10 Sacramentum magis Sanctificat, quàm significat. Henric. Gand. & Burg. parad. 5. c. 1. f. 171.

13 Ad Sacramenta sine debita accedens intentione, posita iam Sumpto Sacramento intentione, & fictione remota, Sacramenti non recipit effectum. Matrimonium excipio. Qui autem sine sufficienti suscipit attritione Sacramentum, sed inculpabiliter, ea posita, Sacramenti lucratur effectum; excipe, nisi hoc interim lethalis intercesserit culpa; eo enim euentu contritio, aut cum Sacramento requiritur attritio. Bon. ibi fol. mihi 27 n. 2. & 3.

14 Peccatori publico, publicè, siue occultè indigne Sacramenta petenti, non administranda. Idem de grauiter suspecto, suspicione moraliter certitudinem faciente. Occulto vero publicè petenti, non deneganda; secretè, vtique: nisi ex sola scias confessiones, tunc enim danda, licet secretè petat.

15 Mortis metu adactus valet Sacerdos publico dare peccatori Sacramenta; namque actum ex se exercet bonum, imputet sibi qui Sacrilegè suscipit. Certus de Sacerdotis malo statu, v. g. de eius concubinatu, præcisa nequit nessitate ab eo Sacramenta petere: namque de proximi salute vnicuique est mandatum. Secus si certò id non sibi constet, neque de ministri debet statu susceptor, vel probitate inquirere. Graui autem vrgente necessitate, cuique licet à quocunque, vel pessimo Sacerdote, Sacramenta recipere: dato non sit ministrare paratus. Idem ibi f. 29. n. 2. 3. & f. 30. n. 14. 1. & fol. 31 n. 2.

16 Ad licitè Sacramenta administranda Confessio nulla requiritur, dato in p. sit lethali minister, sed per contritionem sat est se in gratia constituere Imo in necessitate baptizaturo, nulla se in gratia constituendi incumbit necessitas; vel Matrimonio sui præsentiam præstaturo, non enim est minister, licet Parochus. Henriq. l. 1. c. 39 Suar. disp. 16. sect. 3. Reginald. l. 26. n. 57.

17 A Pastore Sacramenta accipienda, etiam irregulare, excommunicato, suspenso, &c. quamdiu toleratur, neque denunciatur; modo Clerici publicus non sit percussor. Imo neque minister quicquam delinquit, modo ipse non se ingerat, neque per eum stet, quo minus absoluatur, aut aliter subditis satisfacere nequeat. Em. Sà v. Sacram. n. . Tol. l. 1. c. 34. n. .

18 Quisque de diœcesi in Cathedrali omnia valet Sacramenta suscipere. Sà num. 4.

19 Parochus cuicunque valet Sacerdoti Sacramenta administrandi facultatem dare, etiam non per Episcopum approbato, Pænitentiam Excipe.

20 Santissimæ Trinit. inuocatio in solo Bapt. & Confirmatione necessario requiritur. In essentialibus formæ Sacramentorũ uerbis, paruitas non datur materiæ. Diana 5. p. tract. 5. res. 39. fol. 129. Alphons. de leone de off. conf. p. 1. rec 7. num. 40.

21 Scandalo dempto, valet quis iniustam ministri redimere uexationem, pecuniã dãdo; imo id necessitate exigẽte, fieri omnino debet. Less. l. 2. c. 25. n. 38 & 39.

22 Ad

22 Ad Sacramenti valorem præteritus sufficit consensus non reuocatus, neque actualiter, aut virtualiter requiritur probabiliter. Ledism. in quarto 1. p. q. 9. art. 7.

23 Dicunt aliqui Sacerdotem in p. detentum lethali, si contritionē elicere nequeat, aut attritus confiteri, Sacramenta conficere, & dare posse, sola cum attritione, at id verum omnino non putò; quippe in omni (adiuuante Deo) se valet momēto Sacerdos in gratia constituere, contritionis elicito actu, neque quod in se est facienti Deus unquam deest, vt sup. v. Missa. Lugo de Sacram. disp. 8. sect. 9 num. 115.

24 Ministri intentio sit oport actualis, aut saltem virtualis, non sufficit habitualis. In suscipiente adulto sufficit habitualis, & generalis, quæ in omni censetur catholico, catholice viuente, pro suscipiendo in necessitate Sacramento Bon. t. 1. f. mihi 17. à n. 8. & f. 26. à n. 1. per totum.

Salutare. Vide Charitas.

1 ALiquem solitus salutare, nisi amplius salutare velit, eo ipso probabiliter inimicus eius habetur. In foro nemo tenetur conscientiæ citra scand. suum salutare inimicum; sed eum non excludere communibus tenetur operibus, & quidem sub m. p. Bellas in promp. v. salut. num. 1. 3.

2 Inimico familiaritatem consultius negamus, & salutationem, quando ex eius amicitia plus mali, quàm boni speretur id. ibi. n. 4. Vide v. Charitas.

Scandalum. Vide Circumstantia.

1 OB scandalum euitandum nunquam veritas deserenda. p. Bell. scand. num. 1.

2 Ob scandalum euitandum tute aliquando Ecclesiæ omititur præceptum. Malum vero nunquam fas operari, ad scandalum quodcunque tollendum n. 2. ibi.

3 Prælati ex se scandalosum mandatum, vel sub excomm. non exequendum. At si de rei præceptæ honestate constet, sed de Prælati sit potestate dubium, omnino parendum; pro Prælato enim stat ratio. num. 4. 5. D. Thomæ 1. 2. quæst. 96. art. 4.

4 Qui exemplo, vel consilio alicui peccandi præbuit causam, peccati in Confessione speciem exprimat; item & personarum numerum, quatenus fieri quibit.

5 Cibos, ieiunium frangere parato, ministrare fas erit, si alius ministraturus sit nisi ipse det: id enim opus habetur indifferens, neque, saltem ad sin. ad sui obligat omissionem. Bon t. 2. fol. mihi 138. & 137. Vide ibi, & f. 140.

6 Maritum cum vxore nefas pascisci, vt fictè amasio copulā promittat, vt sic in fragranti deprehensus, debite puniatur: id enim intrinsice malum habetur, quod

quod nunquam fas est operari; ibid.n.54.& Mol.tract.3 d. 99. n 18.

7 Item fas nunquam habetur, quantumuis parato, occasionem præbere malâ exequendi voluntatem: saltem directè. Bon. ibi f.138.n 21. vers. Addo.

8 Qui ad peccatum non paratum inducit, simulue cum inducto peccat, v.g. fornicator fæminam ad fornicandum non paratam inducens, duorum fit reus criminum, nimirum inductæ peccati, & proprij Quod si eius spiritualem intendat ruinam, aliud longe grauius lethale committit, proinde trium fit criminum indubiè reus, luxuriæ nempe duorum, & alius contra charitatem, spiritualem proximi intendendo ruinam. Vide ibi f.138.n.15. &c.

9 Explorator in terris infidelium, se infidelem fingens, nullo infidelitatis signo exhibito, non peccat. Ab vsurario mutuum petens, à mago maleficij solutionem, à Iudicis concubina intercessionem, & probabiliter vinum tabernario fraudolenti ad vendendum tribuens, & id genus, non quicquam delinquit, præsertim aliqua ad id cogente causa, nempe vtilitate, commoditate, &c petentis. Item à malo petens ministro Sacramenta. Dian. in Summæ Summario v. scand.

10 Cum magno nostro in commodo ommittere non tenemur alioqui licita; pro passiuo, vel aliorum accepto scandalo. Mulier respuere non tenetur sibi congrua ornamenta, vel à choreis abstinere licitis, & multo minus ab operibus præceptis, ob procorum scandalum tollendum. Ad breue quidem tempus omittere opus valet preceptum, v g. Missæ auditionem, pro infirmorum scandalo euitando, vel alia sub consilio præstanda: ad longum abstinere, non videtur consulendú, vel satius esse Idem loco cit. per totum.

11 Coram alijs peccantes excusantur plures à scandali peccato, 1. si coram probis in bono confirmatis, neque aliorum exemplo peruertendis 2. coram adeo deperditis, vt ob id deteriores non fiant. Ibi, & in comp.

12 Amasio concubinam pingere, ob aliquam id causam exigentem grauissimam licet. In comp. v. scand n.4 & 5. p. tract.7. res 5 f mihi 150.

13 Scandalo ex alterius malitia orituro, opus non ideo, alioqui licitum, omittendum. Ex infirmitate vero, aut ignorantia, differendum, modo sine crimine differri queat. Idem ibi f vero mihi 16 . res. 31 Sà v. scand n.2.

14 Alios scandalo offendens, bono eos ædificet exemplo. Alijs te excommunicatum arbitrantibus, in festo ne Sacro intersis, ne scandalo eis sis. Sà n. . & 5. Vide Bart. Fum. v. scand. Sylu. ibid. Vide pro suprad Henric. Gan. quodlib.4. quest.29 t.1.

Schisma.

1 SChisma est spontanea, & ribellis separatio ab vnitate Ecclesiæ, & nolle Papæ obedire, vt Christi Vicario, alijsue vt eius subditis communicare. Tol.l.1.c.20.n.20.

2 Schismaticus, & hæreticus ipso facto omni priuatur Ecclesiastica facultate. In schismatis crimine paruitas non datur materiæ, vt neque in hæresis crimine. Item ipso iure schismaticus Bullæ Cænæ excommunicatione irretitur. Bon.c.3.disp.1:q.2.puncto 5.n.8.10.

Scrupu-

Scrupulus. Vide Dubium.

1 QVi ſcrupulo durante quid operatur, nihil peccat:non ſic de ex conſcientia erronea operante, ſcilicet contra eam,neque ea depoſita. Proinde qui aliquid eſſe licitũ ſibi perſuadet, id tuta qu'bit cõſcientia operare,etiam alioqui reluctante ſcrupulo. Idem aliquo manente dubio ſpeculatiuo,non vero practico. Antidotum contra ſcrupulos præcipuum eſt ad ſcrupulos non attendere,imo eos ſpernere, contraque eos identidem operare; conſilio item obſequi Confeſſarij, vel præcepto de non confitendis ſcrupulis.Sanch.in opere morali l.1.c.10.n.18 Nau.c 51.quis, de pœnit.diſt. 7. num. 81

Secretum. Vide Denuntiare.

1 NAturale ſecretũm de iurè eſt naturæ ſeruandum: & bonum concernens publicum,vel cum vitæ eſt periculo tenendum.
2 Ex curioſitate proiectas, & laceratas colligere litteras ad legendum, peccatum non continet lethale. Vide ſummæ Dianæ ſummarium v. ſecretum.

3 Secretum reuelare fas eſt, cum in alterius vergit iniſtum & notabile damnum;item cum ex reuelatione nihil damni,aut ex occultatione nihil ſequitur vtilitatis.Sacerdos tutè,irregularitatis vllo abſque periculo,denunciat futuras proditiones,homicidia,&c delicta,extra Conf.ſibi nota, proteſtando ſanguinem non intendere.Sá,ſcand.Nau.l.2.c.4.n 229.

Sepultura. Vide Duellum.

1 NOtorio in peccato m.defuncti,nullo pœnitentiæ exhibito ſigno, vt ſunt meretrices,concubinarij,vſurarij,& qui in flagranti occiduntur delicto,Eccleſiaſtica non donantur ſepultura.Item qui in Paſcha non communicauit,ſi conſtet,& ſine Pœnit.ſignis deceſſit. Pro ſepultura in loco magis honorifico eligenda, tutè pecunia dari, & accipi valet. Moderatæ pro ſepultura factæ expenſæ, ſoluendæ, etiam alijs inſolutis debitis quibuſcunque,etiam ſpecialem habentibus hypothecam. Quod ad ſepulturam ſpectat electionem conſuetudo ſeruanda locorum. Vnicuique adulto Religioſo excepto,liberum eſt ſepulturam eligere. Fum.v.ſep.n.16.17.18.&c. Sá Siſſ n.2. Diana 5.p.ſ.90.re.116.& 117.

Simonia,

1 Ficte Simoniam committens, & deceptorie v. g. promittendo se pecuniam pro beneficio, vel Ordine daturum, animo tamen non dandi, pœnas non incurrit in simoniacos decretas. Sot. l. 9. d. Iust. q. 8. art. 1.

2 Regulares labem non euadunt simoniæ, aliquid muneris à manu, vel lingua, aut ab obsequio in electionibus dantes pro Prioratum consequendo, Abbatiā, prædicandi licentiā, confessiones auscultandi, ordines suscipiendi, vel à casibus absoluendi reseruatis. Item electores inter se conuenientes, v. g. tu in hac mihi suffragaberis, & ego in illa tibi electione suffragabor. Suar. tomo 1. de Relig. l. 4. c. 54. n. 3. Dian. tr. 2. de dub. R. ref. 125.

3 Item Simoniæ labem incurrunt, pecuniam ne alioquin dignus eligatur tribuentes, aut ne quis iustè alicui repugnet electioni. At pecuniam offerre ne indignus eligatur, aut in communi, vt dignus eligatur, simoniam non continet; dato electores indignum alioqui elegissent.

4 Ad vexationem redimendam tutè aliquando pecunia datur, v g. sub ornanti electores ne quem digne eligant, innoxiè, vt subornare desinat, aliquid temporale datur p. Bell. v. Sim. n. 3. & 5. Less. l. 2. c. 35.

5 Si pro beneficio temporale quid detur, etiam inscio beneficiato, vel reclamante, nulla tenet collatio: excipe, nisi dantes in beneficiati odium id egerint; nimirum ad collationis tollendam validitatem. Per simoniam nulliter electus absolutione omnino non donetur, beneficij non facta renunciatione, nulla etiam iudicis expectata sententia. Preterea excommunicatione adstringitur, & tandem cui restituatur, pro beneficio datum temporale, fit indignus. Itē qui beneficium vendidit omnino restituat, non ementi, sed Ecclesiæ, vel pauperibus. Bell. ibi n 6. Less. 2. de iust. c. 35 d. 25.

6 Huiusmodi tantùm incurruntur Pœnæ in beneficij simoniacè facta collatione, Ordinum, & pro ingressu in Religionem. Ib. Bell n 6.

7 In omni à simoniaco incursa excommunicatione (quæ ob simoniacam ordinum collationem incurritur excepta) subditos valent Prælati Regulares absoluere Rodr. t. 1. q 26. art 13. Suar. t. 1. de Bel. l. 4. c. vlt. n. 4.

8 Vbi ciuilis non interuenit obligatio, seu contractus, non est simonia, dato quæ dam sit naturalis obligatio, vt cum se quis dicit famulus ex seruitio beneficium sperare, vel intendere, sed non velut seruitij pretium; nam simonia est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re æstimabili pecunia per modum pretij. Præterea, simonia definitur esse studiosam voluntatem contrectandi, vendendo, vel emendo rem spiritualem pretio temporali inæstimabilem. Sà. sim. num. 1.

9 Spirituale non vocatur id omne, & solum, quod est immateriale, sed quod aliqua est ratione supernaturale. Ibi Em. Sà. n. 1.

10 Spirituali annexum, est id quod cum spirituali antecedenter, aut concomitanter, vel consequenter connexionem habet. Ibidem n eod.

11 Apud Iudæos nulla dari potest simonia, cū nihil apud eos, vel alios infedeles spiri-

ſpirituale detur ſupernaturale;niſi iuxta eorum erroneam conſcientiam.Ibi.

12 In alterius fauorem beneficium renunciare omni caret ſimonia . Item accipere pro Theologica profeſſione, vel dare , aut Sacra vendere vaſa,ratione materiæ,modo plus ſpiritualis,quàm corporalis non habeant.

13 Venditio reliquiarum,ſimoniam importat. Paciſci pro ingredientis Religionem ſuſtentatione,nullam inducit ſimoniæ labem . Neque de certo temporali ſoluendo,pro in Confraternitatem ingreſſu . Neque decimarum venditio , vel earum per Papam ſibi ius conceſſum. Nec accipere pro concionatoris ſuſtentatione,libris , aut Capellani pro ad ſeruiendum obligatione ; aut pro labore itineris,& muneris obligatione obeundi ſpiritualis.Hæc omnia Em ſà. v. vbi ſup. num.2. per totum.

14 Pro ſpirituali quid ſpirituale item dare,nullam continet ſimoniam , v.g. oratio pro oratione,Miſſa pro Miſſa. Item ad amicitiam captandam quid ſpirituale tute dari valet,licet inde poſtea beneficium obtineatur.

15 Item beneficium innoxie datur principaliter gratis, ſed minus principaliter,vel ſecundario Propter bonum temporale.

16 Vtrum beneficij venditio iure ſit diuino,an humano prohibita , vtrunque probabile habetur At quid alicui temporale dare , vt alteri ad dandum ſuadeat beneficium,labem ſapit ſimoniæ ; patrono item dare vt præſentet Neque item ſimonia caret dare beneficium,vel conſentiendi in penſionem paſciſci , vt alter beneficium ſibi impetret. ſà bi n.3 Leſſ d.2.u Nau.c.27.

17 Sine ſuperioris,cuius eſt conſentire,beneplacito , beneficia commutare, ſua non caret item ſimonia.Præterea aliquid pro litterarum accipere expeditione beneficij,ſi ſit Epiſcopus,vel alius non notarius.Item Papæ auctoritate præciſa,cum penſione beneficium reſignare,penſione reſeruata . Pro ſpiritualis actu poteſtatis aliquid temporale dare ſimoniam continet,vel,ne iuridice opponenda impedimenta,opponantur alicui eligendo.

18 Prçterea inter ſe electoribus conuenientibus de non facienda niſi de ſui ipſorum electione ad beneficia,ſimoniæ incurritur turpitudo. Tandem per aliquos,ſimoniam patrant œconomi,vel Sacriſtiæ vendentes officium: at iure tantum Eccleſiaſtico inductam,non diuino,vel naturali.Em.ſà l.c.n.3.

19 Nulla incurritur excõm à ſimoniacis in Ordine, vel beneficio,niſi completa,& perfecta vtrinque ſimonia per pretij, & rei ſpiritualis traditionem , dato promiſſio ſcriptura confirmetur Couaruuias Reg peccatum fol.2.§.8. n.7. Nau. cap.27.lib cap.

20 Beneficij venditi precium non ementi turpiter danti reſtitui debet , ſaltem poſt iudicis ſent.ſed pauperibus,vel Eccleſiæ Ibi Sà n.10. Nau.c.23.nu 105.

21 Mentalis ſimonia ad reſtitutionem non adſtringit , ſicut vſura item mentalis obligat.Corc.l.cit n.93. apud Sà vbi ſup.

22 Simoniaci in beneficio inhabilitas ad alia beneficia , in foro tantum intelligitur exteriori,non conſcientiæ.Couar.Conſil.34.de ſimon.Paris de reſign.l.4. quæſt 2.

23 Simoniace renuncians,nullã facit renunciationem,neque ipſo iure priuatur,ſed puniri vtique valet, & debet arbitrarie Nau.c.23.n.105.

24 Ab alio commiſſam ſciens ſimoniam in Ordine,vel beneficio , denunciet,

 alioqui

alioqui nisi facta den.non absoluatur.Bon.f.mihi 270.n. 16.t.3.

25 Qui per simoniam ab alio commissam eligitur,ipso inscio,resignet, at nisi faciat, vllam excommunicationem non incurrit;grauiter tamen delinquit retinendo.Sà ex parte vbi sup.n.13.Lop.pag.2.c.45.Bon.ibi n.13.

26 Aliquid præuio pacto accipiens pro in Relig.ingressu,in excomm. labitur sine vero pacto,minimè;simoniam tamen non effugit,si vt pretium accipiat;datoq; alius gratis det;& huiusmodi mentalis dicitur simonia.

27 Aliquid,etiam expacto, à Religionem ingrediente accipiens pro sustentatione ingredientis,à simoniæ labe eximitur, dato monasterium sit diues Bon. to.1.f.mihi 790.n.1 &c Laym.l.4.tr.10 c.vlt n.39. & hoc ideo, quia temporale pro temporale accipitur,pro sustentatione scilicet Religiosi,quæ pretio æstimabilis censetur;excessus tamen omnino euitetur;imo & aliorum scandalum.Nota, nullam adhuc incurri excommunicat. posito temporale quid præuio pacto accipiatur pro ipso in Religionem ingressu,nisi professio sequatur : vel si sequatur, sed gratis ad illam nouitius admittatur.Bon t.1.f.mihi 825.826.824.

28 Simoniace res spirituales acceptæ[beneficio dempto Ecclesiastico] neque naturali, neque humano iure restitutioni sunt obnoxiæ, ante saltem Iudicis sententiam.Bon.t.1 f mihi 837 p 3.1.diff per totum.

29 Qui pretium accepit,non adhuc re spirituali tradita, pretium iure diuino & naturali restituat;licitè quippe rem tradere nequit : Tradita vero re,iuxta judicis sententiam restituat, vel sibi retineat : nisi sit pro beneficio, & Ordine, quoad hoc vltimũ; quippe in huiusmodi omnino ad iudicis arbitrium acceptum restituatur. Bon.vbi sup.

30 Ordinis,vel iurisdictionis actus, vel fonctiones per simoniam factæ tenent per se loquendo Quælibet vero Ecclesiasticæ rei, & spiritualis acquisitio, irrita videtur,pecunia mediante,facta. Item omnis iurisdictionis actus, vel administrationis,qui ad beneficij ordinatur prouisionem,mediante pecunia factus, irritus habetur,idque Ecclesiastico solùm iure.Ibi f.830 31.& 832.

31 Simoniacè pensionis facta collatio, probabilius,tenet.n.22.f.833.ibi.

32 Si electio,v.g.rite fiat, at confirmatio per simoniam, non ob id electio irritatur per turpem & irritam confirmationem, licet ipsa sit confirmatio nulla & sic de cæteris rite factis ad beneficij consecutionem actibus, non enim per subsequentem simoniacum irritantur,nisi in delicti, per iudicem, pænam irriti reddantur.Suar.c.58 n.7.Fill c.13 q 9 n.25.apud Bon.ibi f 835.n.2.

33 Aliquid tradere spirituale,prçuio pacto,vt accipiens sit gratus,vel vt titulo gratitudinis sibi seruiat,simoniæ contiret turpitudinem : hoc quippe çstimabile pretio censetur; alioqui spirituale tradere gratitudinis causa omni caret simonia Bon f 811.num.7.

34 Pro intrinsico labore ad Missam celebrandam,vel Sacramenta administrãda,vel conficienda, nihil omnino innoxie accipi valet, v.g pro labore in ipsa Missa dicenda,in se vestiendo,genuflectendo,&c at pro extrinseco, v.g pro ad Ecclesiam itando, summo mane surgendo,in tali loco celebrando, sine quacunque simoniæ suspitione conueniens accipere valet stipendium,deque eo pacisci; huiusmodi enim labores dicuntur extrinseci, & ab ipsa sacra distincti actione, vt patet. Idem ibi n.1.& 2.f.812.Vict.dcs m.p.2.n.20.

35 Item

35 Item innoxiè quid exigi potest pro incommodo in Missa cantanda adhibendo,& labore. Item pro libertatis priuatione ad quid libuerit agendum.

36 Item pro lucro cessante, quod tempore ad missandum insumpto acquisijsset, nisi Sacrificio intentus Sacerdos fuisset. Item tute accipi valet pecunia à beneficij procurante ratione laboris,& impensæ in scribendo, chartam emendo, &c. nempe ob lucri priuationem, quod alioquin habuisset,& commodi temporalis: quibus omnibus in alterius se commodum exposuit. Bon.f.813.p.3.4.

37 Notandum, quando titulo vexationis redimendæ aliquid impedienti datur, vt sup. id quod datur spirituale non debet esse sed temporale: cum enim iniusta vexatio impedimentum sit temporale, ita & id, per quod redimitur temporale sit oportet, alioqui sine simoniç labe redimens non euaderet. f.814 nu 2.

38 Solo iure humano inducta simonia, tolli per contrariam valet consuetudinem: secus de simonia iure vetita diuino, & naturali. f.16 n 1. Azor.3. p.l.12. cap.19. quęst.1.

39 Propter sequentia simonia incurritur iure tantum humano vetita, nempe, cum alio commutare, sine licentia, beneficium pro beneficio; propria autoritate beneficium resignare, pensione reseruata; vendere beneficium, fructuum habita ratione,& temporalium emolumentorum: aliquid examinis ratione accipere, officium vendere Ecclesiæ, vel spirituale; officium vendere dispensatoris, seu œconomi; Officium vendere defensoris, seu syndici, itē Iudicis; item māsionarij, item primicerij Id. Bon.f. ibi. f 779 n.3.&c.

40 Clericalis pensio, nempe quę titulo confertur clericali, & spirituali, materia est simoniæ. Secus si sit laicalis, est enim hæc prætio æstimabilis. f. 800.n.n.2.3.

41 Pensionis retento titulo, vendi possunt,& donari pensionis fructus, etiam ad uitam pensionarij. Calix cum beneficio ecclesiastico commutari nequit.

42 Beneficiorum inęqualitas in dignitate, aut re spirituali, pecunia compēsari nequit, vel Papa consentiente. Inæqualitas vero prouentuum Papæ valent autoritate compensari per pecuniam. Ibi id. fol. mihi 999 n.10.11.

43 Opera vendere misericordiæ, v.g. mortuos sepeliendi actionem, vel infirmos visitandi, nullam inducit simoniam Suar.l 4.c. 18.n.24 Fill.c.2.q.10. Regin. l 23.n 208.& 226. Valent.t.3.d.sp. 6 q.16.

44 Calicem vendere, item nullam inducit sim. præciso eo, quod pluris ob benedictionem vendatur, sed ad materiam tantùm ratione habita. Bon. fol. 782. num. 12.

45 Pluris Rosarium, vel coronam vendere, ex eo solum, quod reliquiam tetigerit, vel indulgentias contineat, simon. inducit. Suar.c.14.n.24.

46 Pecuniam alteri, vel pensionem promittere, vt concurrere ad benf. desinat, simoniam continet; quia sibi ad beneficium pretio viam parat. n. 19.

47 Sacramentalia, v.g. cęremonias, benedictiones, &c. sine labe nequeunt simon. vendi. Item ordinum vendi nequeunt functiones, horarum canonicarum preces, vel priuatas etiam orationes: nisi quid titulo accipiatur gratitudinis, vel damni emergentis, vt sup de Missa. Suar li 4. de Rel.c.14.n.2.t.1.& n.3 Fil. tractas.c.3.q.q.9. n.19.

48 Aliquid alicui dans temporale, vt peccare desinat, vt confiteatur, communicet,&c. in solius operantis vtilitatem, libertate relicta faciendi, vel non

faciendi

faciendi simoniam non incurrit;dat enim vt illecebram, non vt virtuti pretiũ Mol.de iust.62.d.93.conc.

49 Aliquid dare temporale,vt quis aliquem non absoluat, ordinet,vel vt celebrare desinat,simoniacum non est.Less.l.2.c.35.dub.11.n 64.Suar. de sim.cap. 22.num.3.

50 Intellectus dona spiritualia vendens,v.g doctrinam,scientiam,&c absque simoniæ labe vendit. Pro ipsa concione Sacra,nihil accipi valet, sustentatione præcisa,&c.vt sup.de Missa.Theologiæ vendens Doctoratum, nullam incurrit simon.Ius patronatus innoxiè vendi nequit.Nau c.23.n.100.

51 Episcopo sine simon.labe minimè licet, debitori soluere nolenti beneficiũ conferre Ecclesiasticum,ea lege, vt sibi iam debitam soluat pecuniam:quia in beneficijs omnis est vetita pactio præuia. Idem de filio iudicis beneficium conferente,pacto inito,vt reum absoluat, vel pænæ mitiget rigorem. Secus nullo præcedente pacto, sed animo sibi iudicis beneuolentiam conciliandi. Suar. de sim c.37.n.28.& l.4.c.37.n.19.

52 In Materia simon.dari non posse videtur materiæ paruitatem,quia si quis vnum tantum emere intendat Aue Maria,lethali se videtur culpa astringere.Ob vero ignorantiam,vel in aduertentiam, vel etiam indeliberationem quandoque fieri veniale quibit. Vide sup. de materiæ paru.in fine.

53 Seruiens Episcopo intentione, loco pretij seruitutis, habendi benef si habuerit,resignare non tenetur; simonia enim mentalis restituendi non parit obligationem Non uidetur simon.si quis Titio,v.g.promittat daturum se alicui eleemosynam,modo, & Titius sibi beneficium obtineat; contrarium est tutius, vide sup.n.51.& Ant.Dian.4.p.f.137.res.118 & 5.p.f.355.res.75.

Sodomia. Vide Luxuria.

1 BVlla Pijcontra Clericos sodomitas in foro non videtur conscientiæ vsu recepta, neque obligare. Dian.2.p.f.286.res.61.

2 Probabile item habetur pueros succubos in sodomitico actu muliebria patientes,quatuordecim ætate annorum minores, reseruatione no affici,vbi sodomia reseruatur Idem 2.p.f mihi 217.res 1.

3 In vase præpostero fæminam carnaliter cognoscens,vere sodomiam non cõmittit; ob id neque in reseru incidit,vel alias pænas contra sodomitas. Id. p.2. f.286.res. 62.

4 In Confessione explicet non oportet sodomita,num agens, an patiens extiterit. At dicat,num cum coniugata, vel affine,aut consanguineo, vel consanguinea.5 p. f.348.

5 Clericus sodomia occultè infectus,non est suspensus;secus si publicus ratione infamiæ,& celebrans irregularis euaditres.69.2.p.f.mihi 287.

6 Reseruata sodomia,vel sub pænis vetita,non ob id bestialitas reseruatur; &c.dato grauius sit scelus. Incurritur reseruatio,&c.siue agendo,siue in sodomia

mia patiendo.tamen in vas seminis requiritur emissio.Idem res,66,ibi fol 287.& in comp.v.sod.n 74 & 11.

7 Ob nefandum sodomiæ vel attentatum crimen, à marito vxor diuortium iure petit.Farinacius decis.178.Rotæ romanæ.Riccius decis.237.

Sortes. Vide Sortilegium.

1 IN temporalibus,licitè sortes ducuntur; at in elect.Ecclesiæ,nefas vti eis. Excipe,nisi aliqua sit super beneficio lis dirimenda,neque alia valeat dirimendi inueniri ratio Less.l.2.c.43.n.18. ad fin.

2 Sorte non sunt officia,vel secularia,dis tribuenda, nisi plures æque sint idonei,& pares. Consultoriç regulariter sortes sunt damnatæ nisi humano deficiente consilio;eo quippe casu innoxie Dei per sortes licet voluntas indagari. Caiet.2.2.q 95.art.8.apud Soar.Ench.l 7.v.sortes.

Societas.

Cap. I.

1 QVi in societatem pecunias ponit,sed illarum non vult stare periculo; nihil habebit lucri,mutuum quippe celebrare censetur. Quod si periculo partis stet tantùm pecuniæ, lucrum recipiet pecuniæ periculo exposite respondens.Sa Societ.nu.1.

2 Semper in dubio societas, secundum loci consuetudinem fuisse censetur inita.Mol.dist.41.c.64.

3 Damnum operam ponentis,commune debet esse, modo eius fuerit causa societas,& quidem propinqua:vt est & lucrum,cuius fuit societas causa propinqua.Præsterea expensæ de corpore fiant societatis, si societatis fiant causa, nisi aliud sit conuentum,aut per legem statutum,vel consuetudinem introductum; neque detrahendum id,quod domi consumpsisset. Mol.dist.417 & 18.

4 Vno pecuniam conferente,altero vero industriam, & operam,neque vllo facto lucro ex societate,industriam conferens ipsius perdit industriæ fructum; & qui pecuniam,pecuniç amisit fructum.Quod si integrum supersit capitale, ponenti restituatur;alio tamen non conuento. Bertol. Fum.in summa Aurea v. Societas,n.3.Bon.t.2.f.655.n.1.2.&3.Nau c.17.n.252.Quod si pereat,item ponenti perit.Idem Armilla,ibi n.3.

5 Socius capitale conferens cum socio operam conferente pactum valet inire,vt si capitale pereat,fortuito etiam casu,in vtriusque pereat damnum;modò id grauaminis iuste compensetur,contra naturam siquidem est societatis, & potius assicurationis est contractus.Michael Salon.t.2.art.3.apud Bon.ibi.

6 Caio cētū in societatem conferente,innoxie cū socio conuenire quibit solam conferente industriam,vt sibi,v.g.quinque pro centenario det,reliquum sibi

retineat

retineat lucri , siue plus,siue minus:adest enim hic præter societatem , quidam sortis contractus,cui vterque tum lucrandi ; tum & perdendi se sponte exponit; at capitale ponentis omnino stet periculo. Azor. 3.p.l.9.c.4.q. 56.

7 Capitalis item periculum in socium industriam ponentem reijci tute valet, iusto id percio tamen compensandum,vt sup.n.5.

8 Socio rem communem nomine proprio administrante , totum sibi lucrum acquirit;at dāna,si quæ passa inde sit societas,compēset oportet. Bon.t 2. f.mihi 657. num.9.

9 Quamuis ex se pecunia sit infrugifera,& sterelis,attamen negotiationi , & periculo exposita,iure fæcunda censetur ; instrumentum enim est negotiationis. Nau.c.17.n 251. Reginald.l.25.n.37 Fill.tr.38. n.6.

10 Ille neque peccat neque restitutioni fit obnoxius , qui cum vnam inierit societatem,item aliam init , citra prioris præiudicium; dato se aliam promisero non inire;cum vero prioris id agens societatis damno,restituat omnino. Proinde famuli ab vno ad operandum conducti , & aliorum se negotijs implicantes cum prioris domini aliquo damno,restituant. Mol disp 419 Rebell.l.10.q. 8.n.4. apud Bon.t.2.f.656.n.4.5.

Societas Animalium.

Cap. II.

1 PRo licita animalium societate obseruanda sunt primò , vt singuli aliquid in societatem conferant,animalia scilicet , aut custodiam , aut industriam. Præterea,seruanda æqualitas,ita vt expensæ, damna , & lucra vnicuique sint ad ratam communia . Tandē , vt conferentis stent animalia periculo . Valet id tamen periculum in accipientem reijci , ad eius maiorem animalium curam excitandam ; huius insoliti grauaminis debita facta compensatione,alioqui iniquus hic omnino habeb etur contractus. Bon.ibi f.661. n 2.&c Fill.tract.38. n.86.

Sortilegium Vide Cap.23. Variorum in fine.

1 LOnge est diuersa sortilegiorum ratio à sortium ratione; Potequia de sortilegijs tractatus ad magiam malorum patratricem pertinet ; at de sortibus tractatus ad magiam pertinet diuinatricem . Præterea , ille prauam respicit peccandi voluntatem , & alteri nocendi,hic,sciendi curiosum respicit intellectum,quæ non expedit scire. Tandem , sortilegio nunquam fas vti,ob quamcunque tandem causam, vel apparentem vtilitatem , aut mali euasionem;est quippe sortilegium in se,& intrinsice malum, neque sua vnquam valet malitia in toto denudari ; secus de sortibus,vt patet , innoxie enim aliquando constat mitti; vide Ignat. Lup.in sua Noua Luce in Edictum S.Inq.p.3. l.17 art.3.diff.vnica,& art.4.diff.vnica,ad fin. Cætera de sortil.fusius in fine.li.c. Variorum.23.

2 Pa-

2 Paſtori alicui oues tradere hac lege, vt paſcat, & earum curam gerat; præterea, vt idem reſtituatur numerus ex fętibus ſupplendus, ſi aliquæ pereant, etiam paſtoris nulla interueniente culpa; & paſtor ſingulis annis dimidiam reliquorum accipiat fætuum partem, iniuſtitia non caret: quippe hic æqualitas deeſſe cenſetur, modo paſtoris pluris æſtimetur opera, & induſtria quàm ouium valor omnium. Azor. c. 7. q. 12. Fil. tract. 106 n. 84.

3 Item illicita ſocietas cenſetur, v. g. quis animalia alteri dat, hac lege, vt pereuntibus animalibus, æqualiter vtrique pereant, ſin autem, lucrum æque diuidatur, & capitale danti reſtituatur; deeſt quippe æqualitas. Azor. lib. 9. cap 7. quæſt 10 ad fin.

4 Socius, cuius culpa animalia perierant, iuxta valorem reſtituat tempore amiſſionis habitum, ſeu læſionis. Rebell. q. 8. n. 3.

5 Alicui tradere, v. g. oues, hac lege, vt in præſcripti temporis fine lucrum diuidatur, at illarum pretium tradatur iuxta valorem tempore traditionis, niſi id oneris iuſto pretio accipienti compenſetur, iniuſtitiam continet; quia animalia ſufficit reſtituere quæ ſuperſunt, vel iuxta valorem tempore reſtitutionis habitum, niſi culpa cuſtodientis fortè perierint, vel deteriora fiant. Idem ſentire videtur Rebell. q. 6. n. & q. 8. n. 3. cum Bon, t. 2. f. mihi 661. n. 9.

Spes.

1 QVi peccatorum ſperat remiſſionem, vel Beatitudinem diuina abſque ope obtinere, ſed naturæ viribus, præſumptionis fit criminis reus; ac proinde ſpei deſtruit habitum. Imo & fidei deſtruit naturam, ſi ſcienter cum iudicio contra fidei articulos coniungatur. Item ſi beatitudinem ſperet adipiſci ex Dei ſola Miſericordia, nulla cooperatione, vel bono opere.

2 Quis deſperationis ualet ſine hæreſi crimē patrare: v. g. dicens, Deus mihi non parcet: ſic vero dicens, Deus mihi parcere nequit, hæreſis ſe reum conſtituit; vel ſi dicat, ſaluari non poſſum; ſi id credat, ſtatim excommunicatus euadit. S. Thom. 2. 2. q. 21 & 20. art. 2. Becc. c, 17. q 9. Tol. l. 4. c. 7. n 9. Laym. lib. 2. tract. 2. cap. 2. num. 4.

Sponſalia. Vide Matrimonium.

1 QVi nullo præfixo tempore ſponſalia inijt, niſi alio requirente, adimplere non tenetur; id commune eſt debitis omnibus ſine temporis factis preſcriptione. Dian. 4. p f. mihi 130. reſ. 24æ.

2 A Sponſalibus reſilire impuberes nequeunt, iuramento firmatis, poſt pubertatem adeptam; præſertim ſi tempore erant ſponſaliorum doli capaces. 4. p. f. 143. reſ 287.

3 Inter conſanguineos inita ſponſalia, addita, ſi Papa diſpenſauerit, conditione, nulla habentur. Proinde vterque innoxiè, Papali obtenta diſpenſatione, à

ſponſalibus reſilit, vel altero inuito dato iuramentum addtur : qui autem ſine cauſa ſe retrahit, impenſas ſoluet diſpenſationis. Ibi reſ. 290.

4 Eodem modo nequit ſponſa, quo ſponſus, à ſponſalibus reſilire : quippe ſponſo ſe tangi impudice, & oſculari permittente, vel amplexus admittente, ob id ſponſa a ſponſalibus reſilire nequit; id enim ſponſę dedecori non eſt; excipe, niſi huiuſmodi ſit tactuum nimia frequentia. Ibi reſ. 283.

5 Vtroque ſponſo fornicatione polluto, & id poſt ſponſalia, viro ſoli ſe retrahere licet. Item ſponſa oculum, vel naſum, aut aurem amittente, vel ſi contagioſus ſuperueniat morbus, aut lepra; vel etiam ſponſalibus oris grauiolentia immedicabili ſuperueniente; aut Gallici morbi vehemente ſuſpicione : vel tandē notabili deformitate. Non idem licet ſponſæ, in ſponſo huiuſmodi defectibus poſt ſponſalia emergentibus; niſi tamen talis accideret deformitas, quæ horrorem in ſponſo gignat, aut ad ſuum officium exercendum eum ineptum reddat. Ibi reſ. 284 f. 142. 4. p. & reſ. 285.

6 Nulla dotis facta promiſſione, ob reſpectu ſponſę paupertatem ſuperuenientem, ſponſalia diſſoluuntur. Quod ſi ſponſæ noua repente obueniat dotis acceſſio, uel hæreditas, ita ut iam ſponſus ei ſit inæqualis, non ideo reſiliendi ius habet. Idem de ſponſo repente longe ſponſa ditiore facto. Ibi res. 286.

7 Puber factus, ſtatim, alterius non expectata pubertate, à ſponſalibus reſilire valet. Ante ſeptennium ſponſalia, malitia tamen ætatem ſupplente, valide ineuntur, in foro ſaltem conſcientiæ; imo & in externo, malitia clare ineſſe pueris patente. Item graui metu contracta, nulla valent : neque iuramento firmantur. Ant. Dian. 4 p. f. 139 & 140. reſ ibi.

8 Taciturnitas non ſufficit puerorum, alijs pro ſe ſpondentibus, ad ualide ſponſalia ineundū; imo aliquod requiritur tacitum, vel expreſſum ſignum, ſponſalia à parentibus celebrata ratificans. Ibi fol. mihi 138. reſ 270. 171.

9 Noua, & iuſta emergente domicilij cauſa mutandi, vxor ſequi uirum tenetur, pacto in contrarium ſponſalibus adhibito non obſtante, nimirum d perpetuo in ſponſæ domo manendo: ſecus, pactum ſeruandum. f. 122. reſ. 211.

10 Per Matrimonium validum, ſaltem quoad eum, qui non contraxit, ſponſalia diſoluuntur, quoad verùm coniugatum, tantùm ſuſpendi uidentur, ſi alter expectat, donec matrimonium diſſoluatur. reſ. 209 & in eomd. v. ſponſalia num. 5.

11 Poſt ſponſalia cum vna, ſequentibus cum alia ſponſalibus, addita copula, priora probabiliter diſſoluuntur, ob nimirum damnum ſecundæ tollendum. num. 6.

12 Probabiliter ſoluenda in ſponſalibus pœna appoſita iniuſte reſilienti ſub præcepto non eſt : ad damna vero alteri illata per receſſum a ſponſalib. tenetur. num 7.

13 Sponſalia, vel iuramento addito, in Religionem non prohibent ingreſſum; & per ingreſſum omnino tolluntur, profeſſione non expectata. n. 3. ibi & 4. p. fol. 120. reſ. 207.

14 Nulla iuſta extante reſiliendi cauſa, reſiliens cogi per cenſuras quibit, moderatè tamen, & non pręciſa compulſione. Fictè inita ſponſalia, nulla obligāt, dato ſub matrimonij ſpe fæmina cognoſcatur, vel iuramentum addatur, ſed & id

fictè;

ficte ; hoc autem in foro dico conscientiæ, nam in externo vtique foro contrahere compelletur ficte promittens ; excipe, nisi longe sint dispares sponsi, & sponsæ conditiones; eo namque casu decipi voluisse sponsa censebitur, si disparitate cognita, adhuc violari matrimoni spe permiserit; de omnibus tamen, in conscientiæ foro, tenebitur ficte promittens fæminæ per copulam illatis damnis. Diana quoad prim. n. 2. & 1.

15 Secunda, vel iurata sponsalia, nulla tenent contra priora, legitimæ saltē non dissoluta. Sà v. sponsalia n. 1.

16 Vtriusque requiritur sponsio ad validitatem sponsaliorum, neque alterum sufficit alterius acceptasse promissionem, nisi & se intendat obligare. Cum hæretico nulla tenent sponsalia; secus de matrimonio. Cum infideli vero sub conditione, si conuerti velit, posita conditione tenent. Dicere, non aliam nisi te ducam, sponsalia non facit. Quòd si ita dicens virginem violauit, ducat omnino deceptam. Em. Sà ibi n. 1. per totum.

17 Sponsalia clandestine inita tenent, neque sic contrahens lethaliter delinquit. Vtriusque consensu dissoluuntur, vel iurata. Item altero absente, neque per iudicem statuto tempore redeunte, etiam iurata. Item si sine sponsæ consensu recesserit, neque breui reditus speretur. Item per alterius in hæresim lapsum.

18 Spōsa, vel per vim fornicante post sponsalia, ea tolluntur respectu innocentis.

19 Per copulam affectu maritali cum sponsa habitam, clandestina non transeunt sponsalia in matrimonium Item claudestinum matrimonium sponsaliorum vim non induit, nisi contrahentes se obligare intenderint quatenus potuerunt.

20 Item sponsalia dissoluuntur, comperto altero asperiore esse ingenio. Item aliquo succedente, quod si tempore ad fuisset, vel cognitum fuisset sponsaliorū sponsalia non fuissent inita, nulla reddi noscuntur. In dictis omnibus causa manifesta existente, nulla iudicis requiritur sententia ad sponsalia deserenda; item si clandestine inita fuere. Em Sà l. c. per totum.

21 Sponsus, rem cum sponsa post causam sufficientem à sponsalibus resiliendi, habens, ius resiliendi amittit. Reginald. lib 31. num. 267. Rod. 1. p. cap. 208. num. 10.

22 Sponsus occultum habens defectum ad sponsalia dirimenda sufficiens, alterum cogere ad contrahendum potest Matrim. nemo quippe ad se prodendū tenetur De metu, vi, & dolo in sponsalibus adhibitis, vide v. Matrim. ibi enim dicta, & huc referri valent. Sanch. disp. 68. Fill. tract. 10. c 8. & q 11. num. 298. apud Bon. t. 1. f. mihi 290 n. 12.

Sterilitas, Vide conductio.

1 STerilitas nunquam in muliere nupta viro procurari valet. Dian. 5. p. tract. 14. rel. 90. fol. 360.

Stuprum. Vide Matrim. Luxuria.

1 VEl puella consentiente, stuprum semper specie à reliquis luxuriæ peccatis differt, ob id in confessione stupri circumstantia aperienda est: & hoc saltem probabilius. Graff. 1. p. decis. l. 2. c. 79. Azor. 3. p. lib. 5. cap. 5. q. 1.

2 Qui vi, aut fraude, metu, vel mendacio, nulla etiam matrimonij interueniẽte promissione, à puella copulam extorsit carnalem, ducere in matrimonium eam, vel dotem præbere tenetur ei, ita vt æque bene, ac si corrupta non esset, nubere valeat. Virgine vero consentiente, ad nihil strouprator tenetur, cum nullã ei intulerit iniuriam; idem dico, licet precibus, muneribus, & suasionibus à puella copulam extorserit; non enim preces voluntarium adimunt; licet forte pater augere dotem cogatur, vt puella æque bene nubat, id enim est per accidẽs. Nau. c. 16. n. 16

3 Filius, vel patre inuito, ducere quam deflorauit tenetur, neque in hoc ei morem gerere tenetur; & hoc precise, & per se loquendo, nam longe dispari existente conditione, & puellæ nota, nisi per vim deflorata fuerit, ducere eam vel plene dotare forte non tenebitur, cum decipi voluisse puella eo casu censeatur; proinde ad aliqualem teneri satisfactionem, ad prudentis arbitrium, non ad rigorosam, sunt qui probabilius existimant. Sanch. de matrim. disp 22. Nau. c. 14. n. 15. *Dian.* in Summæ Summario v. stuprum. n. 2.

Subditus. Vide Relig. & Cap. Miscell. pro Relig.

1 SVbditi culpa, Prelati probatur negligentia. Subdito, num Prælati preceptum sit contra Deum, dubitante, obediendum; vel contra Prælatum accusatione subditi pendente, vel denuntiatione. Excipe, nisi & ipse dubitet Prælatus de potestate, vel precepti honestate; vel aliequi subdito graue ex obedientia immineat damnum. Perr. Bell. in promp. v. subditus, n. 4. 2. & 3. & Dian. in *Summæ Summario* v. Subditus.

Successio. Vide Filius, Testam.

1 FIlij per subsequens matrimonium legitimi, succedunt parentibus, ac si vere à natiuitate, vel conceptione legitimi fuissent naturales; ad omnia item per matrim habilitantur Notandum, ascendentes, & descendentes adinuicem sibi succedere in infinitum, ad decimum vero tantum vsque gradum collaterales succedere; Eis deficientibus, vxorem viro, virum item exori succedere ab intestato. Parum hæc ad Confessarium, ideo breui cõsultò me expediui. Bon. t. 2. f. mihi 808. n. 5 & n. 7. ibid.

Suf-

Suffiagium. Vide Capitulum, & priuatio vocis.

1 VNicuique suo licitum est suffragio renunciare, vel ad capitula non eundo, vel per albam schedulam in vrnam immissam; aut item clara voce renunciando.

2 Excipio, modò inde nullum tertij emergat damnum, aut communitatis, vel depublica agatur auctoritate. Rodr. in Summa, tit de elect. c. 102. n. 7. & tomo 1. quæst. 1.

3 Spirituale suffragium tria requirit, vt ei, cui applicatur prosit 1. Vt suffragio indigeat. 2. Vt sit in gratia. Vt ea pro quibus applicatur peccata, iam quoad culpam rem issa sint; nimirum quia pænæ remissio, culpæ supponit rem issionem, etsi venialia tantùm & culpa manente, item ad pænam manet obligatio, neque per vllam, uel plenissimam, tollitur indulgentiam Bon t. 1 f. mihi 249. n 2. &c.

4 Qui ex ininncta debet pæn tentia defunctis suffrag um offerre, in peccato m. nulliter præstat, nisi ex opere operato valorem id suffragium habuerit, aut Ecclesiæ nomine offeratur, vt minister. Vide eund. ibi n. 11. f. 150.
Contrarium item probabile habes ex Sà v ind. n. 2. iuxta dicta sup. v. id. n. 5.

5 Quæ per alium fiunt opera tanquam instrumentaliter, valent, dato exequens lethali detineatur noxa, modo mandans non sit huiusmodi, at in gratia, vt patet de per alium elemosynam fieri mandante, qui dum eam tradit in p. detinetur m.

6 Sufficit autem si dum opus fieri præcipit sit in gratia, licet Executionis tempore lethale inueniatur peccato detineri Sot. dist. 45. q. 2. art. 1. concl. 6.

7 Ab existente in p m. indulgentia defunctis applicata, valet. Vide sup. de ind.

8 Satisfactio tantum valet alij communicari, at meritum ad vitam æternam est in communicabile; proinde tantum prodest operanti. Suar. dip. 48. sect 6. n. 8 & sect. 8. n. 23. & 24.

Subreptio. Vide dispensatio.

1 SVbreptio, item & obreptio, rescriptum, vel gratiam, aut dispensationem vitiat.

2 Fit autem subreptio per falsi expressionē; obreptio, per veri taciturnitatem.

3 Surreptitia non dicitur gratia, dato aliquid sileatur, expressis tamen necessario exprimendis: quamuis eo suppresso, facilius gratia fuerit obtenta.

4 Surreptitiæ ipso iure sunt litteræ nullæ. P. Bell. in Prompt. v. surreptio. Barbosa n. 1. v. surrept. & seq.

Super-

Superſtitio. Vide Idolatria.

1 DVplex habetur ſuperſtitio, ratione rei cultę, quatenus cultū colitur diuino, & modi indebiti ratione; v.g. ſi quis Iudęorum cæremonijs Deum colat, quibus Chriſtum eſſe venturum ſignificatur, aut falſis contendat miraculis Chriſti fidem confirmare; aut diuino turpia admiſceat officio, tamquam officij partem. Bon t. 2. f 213 n. 1. & & 2. Sanch. in op. mor. l. 2. 6. 37. n 5. & 7.

2 Quando præter Eccleſiæ vſum in rebus ponitur Religio, in quibus non eſt ponenda, v. g. numero, colore, ſitu, & id genus idolatria committitur Item Eccleſię ritibus, aut ceremonijs variatis. Leſſ lib. 2 c. 43. num. 4. Suar de Rel. lib. 4. cap. 13. num. 16. tomo. 2.

3 Qui in diuino officio turpia, aut vana can t, organo item pulſato, aut quouis alio inſtrumento, ſed vanis, & tripudij modulationibus; etiam ſi illa vt officij non intendat partem admiſcere; mort. peccat: impuram quippe prouocat delectationem. Quod ſi voce tantùm vtatur profana, impura præciſa delectatione, verbis item profanis, lethaliter non videtur delinquere, malo tamen præciſo fine, & ſiniſtra intentione: namque organi ſonus, aut vocis ex ſe eſt indifferens. Nau. c. 11. n. 24. Sanch. l 2. c. 37 n. 4.

Suſpenſio. Vide Cenſura, Clericus, Religioſus.

Cap. I.

1 SVſpenſio propriæ intellecta, cenſura eſt Eccleſiæ, qua Eccleſiaſtica impeditur perſona ne ſui exerceat beneficij, vel officij, aut Ordinis, in totum, vel in partes, in perpetuum, vel pro determinato tempore munus. Henriq. l. 13. cap. 31. num. 2. Nau. c. 27. num. 151.

2 Suſpendere effectum ſuſpenſionis, ille, qui tulit, ad tempus valet, ita vt ſuſpenſus celebrando nullam labatur in irregularitatem; effectus quippe ſuſpenſionis vltra ferentis non extenditur intentionem. Sayr lib. 4. c. 10.

3 Abſolutè lata ſuſpenſio, & illimitatè abſolute ſuſpendit ab officio, & beneficio Cum alicuius vero effectus expreſſione lata in particulari, ad illum effectum vim tantum habet & ad illum annexa. Proinde à Pontificalibus Epiſcopus ſuſpenſus, ſuſpendi ſolum à pe tinentibus cenſetur ad vſum Epiſcopatus, v.g. Ordinum collatio e, Confirmatione, vel Eccleſiarum conſecratione, & id genus; non vero à iuriſdictione, nempe beneficiorum collatione, cenſurarum auctoritate ferendarum; neque à Miſſarum celebratione, aut confeſſionis audiendis. Bon. t. 1. f mihi 493 à n. 1.

4 Item à iuriſdictione ſuſpenſus non cenſetur, qui ab ordine fuit ſuſpenſus. Item, à beneficio ſuſpenſus non videtur, vel eius fructibus, niſi indirecte, quatenus

per

per suspensionem ne munus suum obeat impeditur. Sayr. l. 4. c. 5. n. 12.

4 Item ab inferiore suspensus, etiam videtur à superiore Ordine suspensus Secus de à superiore suspenso Ordine: nam inferior in superiore fundatur.

5 Ab Officio suspensio, sine limitatione lata, ab ordinis intelligitur officio, & iurisdictionis. Ab officio simplex suspensio, ad Beneficij non attingit suspensionem, aut illius fructus: at huiusmodi suspensus per alium suum præstet oportet officium: nam beneficium propter officium datur Suar. disp. 26. sect. 1. Fill. tract. 17 c 2. q 1. n. 15.

6 Item ab Officio suspensus non habetur, qui à beneficio suspenditur: proinde à beneficio suspensus, vsu non priuatur, & rerum exercitio spiritualium, aut temporalium, consequenter beneficia iure conferre valet. Bon. t. 1 f. mihi 494 n. 9 10. 11. Sayr. l. 4. c. 6 n 11.

7 Fructus autem beneficij, eo quo fuerit tempore suspensus, in Ecclesiæ debet vtil conuerti, substituto tradendis detractis, pro beneficij oneribus obeundis. Sayr. c. 6. n. 16. Fill. c Apostolicæ, de exceptione.

8 Ne turpiter mendicare cogatur, ille, qui, in delicti fuit pænam suspensus, de fructibus alatur beneficij. Secus de ob contumaciam suspenso; sibi enim imputet, cum in sua sit manu absolui, & fructus percipere. Alter. tomo 2. d. 5. cap. 4.

9 In aliquo loco ab officio suspensus, vbique suspensus habetur, lata modo suspensione absque vllius determinatione loci. Nulla tenet suspenso à beneficio, beneficij facta collatio; modo absolutè suspensione lata.

10 Nullam labitur in irregularitatem, vel culpam mortalem suspensus, Ordinum functiones, à quibus est suspensus exercendo, modo se sua non ingerat sponte: aut majorem solemniter non exerceat ordinem à quo fuit suspensus, Vide pro n. 8 Bon ibi f mihi 596. n. 7. 8. pro 9. vide f. 497. n. 4.

11 Validi, per suspensum tolleratum, actus fiunt. Secus de per denunciatum factis actibus, titulo præciso colorato, aut vulgi communi errore. Ordinis vero actus, iurisdictionem nequirentes, tenent, v. g. consecrare, confirmare, & id genus. Tandem, Sacramentalis non tenet absolutio, per publicum collata suspensum, potè quæ Ordinis, & iurisdictionis est actus. f. 498. n. 7. id.

12 Ob veniale ferri suspensio non valet. Imo grauis in iure lata suspensio pro delicto, in conscientiæ non incurritur foro, à delinquente in eo delicto tantum venialiter; dato in foro externo suspensus iure habeatur. Ob alterius tamen pecc. suspendi quis valebit. Dian. 5. p. tr. 10 res. 19. f. 234. & res. 22.

13 Per appellationem subsequentem omnis suspenditur suspensio, suspensione dempta ab officio, & Ecclesiæ ingressu. Ibi res. 16. & 17. f. 233. 234.

14 Sic suspensionis forma dicente, suspendo te, vel sis suspensus; tam beneficij quàm officij includitur, suspensio. Ibi res. 14.

15 Disiunctiua suspensio, nimirum, ab officio, vel beneficio, ligat, ad suspensi liberum arbitrium, & prohibet quod ipse maluerit. Ibid res 13. f. 233.

16 Suspensus à minorum Ordinum collatione, valet Episcopus maiores dare. res. 6.

17 A Sacramentorum collatione susp. ea recipiendo nihil delinquit. res. 12. ibi.

18 In Pontificalibus celebrans Episcopus, nulla irregularitate irretitur, quamuis

tis ab Ordine sit suspensus Episcopali. Id. res. 4. ibi 5. p.

18 A beneficio suspensus, à iure non censetur beneficij conferendi suspensus, & confirmandi, sibi ratione beneficij, à quo est suspensus, proueniente. Idem de ab Ordine suspenso Item, probabiliter saltem, à beneficio suspensus, fructibus non priuatur pensionis, sibi titulo collatæ clericali. Si ab Ecclesia toleretur, actus etiam iurisdictionem requirentes, per suspensum facti tenent. Diana. res. 11. ibi. Et res. 15. 1. 1. 2. & 3.

19 Per non habentem exteriorem iurisdictionem Ecclesiasticam, lata suspensio nulla tenet, sed quædam censetur, prohibitio. Idem de solo verbo suspensione lata, non scripto. Item nulla est suspensio ab officio non propriè ecclesiastico. Em. Sà verbo, suspensio n. 4.

20 Ob contumaciam latam suspensionem, admonitio præcedat. Secus de ob præteritam culpam lata. Ab Episcopali suspensus Ordine, non ideo à iurisdictione erit. Ab Ecclesiæ suspensus ingressu, solum ei celebratio in Ecclesia prohibetur, & diuinorum auditio; proinde in ea sumere innoxiè quibit Sacramenta, orare, iurisdictionem exercere, imo mortuus pænitens, in ea tutè loco donari Sacro valet. Tandem extra Eccles. v.g. in Oratorio, vel priuata valet domo, vbi celebratur, celebrare. id ibi n. 5. 9. & 10.

21 Post legitimam appellationem lata susp. nulla tenet: vt neque excomm. vel interdictum At iam lata legitimè suspensio, per sequentem non suspenditur appellationem. Capitulo suspenso, vel conuentu, singuli (nisi culpa sint affecti) non habentur suspensi Qui excommunicare, item suspendere communiter valet. Vid. eum ibi n. 11. 12. & 13. Sayr. l. 4 c. 2. Nau. cons. 44 de temp. ordin.

22 Perpetua, & totalis ab officio, & beneficio lata suspensio, depositio dicitur. Sà n 21.

23 Certus se non peccasse, nullam certò incurrit suspensionem. vide sup. nam. 11.

24 Scandalo remoto, communicare non prohibemur cum suspenso, in ijs, in quib est suspensus, modo nullo actu cum eo ad peccatum cooperemur. Sà ibi parte.

Suspensio Quì tollatur.

Cap. II.

1 AD tempus lata suspensio, eo cessat elapso Item si dicatur, donec satisfeceris, exhibita satisfactione cessat, nulla absolutione impertita; secus de excomm. Idem de interdicto, quod de suspensione dicendum est. Suar. disp. 79. sect. 1. n. 1. Tol. l 1. c. 46 Bon. t. 1 f. 508. n. 1. &c.

2 Episcopus Perpetuam subditorum tollit suspensionem, vel si Papæ reseruetur, ex delicto tamen prouenientem occulto, neque ad forum deducto contentiosum.

3 In Puram vero pœnam latam, solius est latoris tollere suspensionem, aut ei superioris. Vide quoad n. 2. Conc. Trid. sess. 24. c. 6. pro 3. Bon. ibi n. 6 1 c.

4 Probabile item habebur omnem tolli suspensionem, per contumaciæ de-

positio-

positionem, nulla adhibita absolutione. Dian. 5. p. 236. f. resol 25.

5 Nisi sit reseruata, probabiliter per quemcunque simplicem tollitur Sacerdotem Confessarium. cap. nup de sentent. excomm. l. 6. apud Bon. n 6. l. c.

Tabellæ.

1 CViuscunque hominis imago seu tabella, cum quantæcunque sanctitatis seu martyri fama defuncti, in Ecclesia, Oratorio aut publico loco, tam seculari, quam Regularium curæ subiecto, cuiuscunque Religionis exponi non potest, nisi ab sede fuerit Apost. canonizatus, aut saltem Beatus declaretur; quod si qua sit apposita, amoueri debet. Sacra Congr. Romanæ Inquisitionis. 1615. sub Vrb. VIII. Barb. in Coll Bull. v. Tabulæ.

2 Item ex cera; aut argento imagines, aut tabellæ pictæ, vel sculptæ, &c. ad hominis non beatificati vt sup. Sepulchrum appendi, aut affig vetantur sine recognitione ab Ordinario omnino, & sede Apost. referenda, & approbanda. Ibid. id.

Temperantia.

1 EBrietas est intrinsice mala, ideo ob quodcunque non est bonum procuranda, directè.

Tempus. Vide ętas, Annus, mensis.

1 TRiginta annorum tempus, longissimum; decem vero, longum censetur in iure. Em. Sà in Apor. Conf. v. Temp. num. 1.

Tempus anni, mensis, &c. Vide in principio A, ab, ad, &c.

1 IN canone, vel quacunque lege, aut Bulla Pontificia certo annorum, mensium, aut dierum numero assignato, intra quem aliquid fieri vel omitti debeat, non expresso de annorum, &c. adimpletione, vel inchoatione, generaliter tene, si in lege, &c. tempus cum præpositione, in, assignetur, nimirum, in anno tertio, quarto, v.g. mense, die, & id genus, solum requiri compertio anni, &c inchoationem. Quòd si casu vtatur Genitiuo, v.g. lege sic dicente, nullus valide in Religione profiteri valeat, nisi ætatem sit annorum sexdecim adeptus, eo casu adimpletio requiri annorum censetur.

2 Lege vero accusatiuo vtente casu, cum præpositione, ad, Solum anni requirit inchoationem. Dicente vero, v g. per decem annos, adimpletos requirere constat. Idem omnino si in lege habeatur propositio, post.

3 Lege cum propositione, Ante, loquente, v.g. ante 22. annum, vel 24. inchoatos requirit tantum, vel in cæptos annos. Id cōstat ex Trid sess. 23. c. 12. assignante pro Ordinibus Sacris suscipiendis legitimam ætatem. Noto probabiliter haberi,

ri, quando annus requiritur completus, adhuc sufficit vltimum diem esse anni inchoatum. Vide omnino pro hac materia Laurent. de Portell. in Comp. dub. Reg. v. annus, dies. Item Naldum v. ad, ab, & me in principio, hoc eod. v. ab.

Tertiarij. Vide Cap. Miscell. pro Relig.

1 TErtiarij collegialiter, aut cum claustralibus viuentes, habitantes, ab Ordinarij sunt iurisdictione exempti, inque Regularium valent Ecclesijs, Parocho inconsulto, sepeliri. In domo vero propria habitantes, seculari sunt foro subditi; & Paschatis tempore in parochiali debent Eucharistiam sumere; item à proprio Parocho Vnctionem sumant extremam, & alia Sacramenta, Pænitentiæ excepto Sacramento. Petr. Bell. in Promp. Reg. v. Tertiarij n. 4. 5. 6.

Testamentum, vide Legatum.

1 TEstamentum condere non valens, si aliquid Ecclesiæ relinquere desideret, scripturam manu scriptam propria relinquat, cum subscriptione, & valide faciet; neque enim in ijs, quæ causa pia fiunt legatis, iuris ciuilis requiruntur solemnitates, vel si Religiosis quid legetur Dian. 5. p. f. 90. res. 119.

2 A Nouitio factum testamentum, confirmari censetur professione, sicut per naturalem fuisset mortem confirmatum; neque post valet professionem reuocari. Nau. com. 2 de Regul. n. 53 Rodr t. 3. q. 16. art. 3. & q 69. art. 3.

3 Religiosis à Papa testandi concessa facultas absolutè, ad vsus intelligitur pios, vel saltem honestos. Probabiliter, testandi concessa facultas, testamentum prius factum ualere facit, & roborat. Mol. t. 3. disp 604 n 5. quoad prim. quo vero ad secund. Sanch. 7. in Decal. c. 8. n. 60.

4 Legatum Ecclesiæ factum perpetuo seruandum, cerculo tamen centum videtur annorum finiri, à testatore mortuo, saltem probabiliter ita iure statuente, ast in contrarium militat consuetudo. Dian. 5. p. f. mihi 357: res. 84.

5 Quemuis valet testator extraneum instituere hæredem, lateralium nulla consanguineorum facta mentione; at scandali omni præciso periculo, imo & consanguineorum necessitate magna; nullo quippe iure id agere prohibetur. Idem 1. p f 129. & 5 p. f. 89 res. 114.

6 Qui, vi & fraude præcisis, aliquod mutari curauit testamētum, aliumue instituit hæredem, aut sibi aliquid legari restitutioni non astringitur. 3. p. f. 195. res. 33.

7 Ad puellas matrimonio locandas pauperes legatum, etiam viduis datur pauperibus. Item iam nuptæ datur sine dote, vel modica, Secus si pro virginibus fiat maritandis.

8 Alicui puellæ, si nupserit, legatis centum, si vero Religiosa fiat, quinquaginta, centum facta Religiosa item habebit: Id. 3 p. f. 192. res. 29. vers. 4 5. 6. & 7.

9 Qui

9 Qui egrotans testari cępit, aut codicillum nuncupare, morte vero præoccupatus cæptum absoluere nequiuit testamentum, irritum quidem manet testam. quoad profanas dispositiones, quoad vero pias, iure tenet. Item valet testamentum ad pias causas, etsi alterius committatur arbitrio. 5.p.f.93. res. 126. 127.

10 Nulla moribundo est patri ingerenda difficultas, qui vni vult plus relinquere filio, quam alij: iusta quippe semper subesse id agendi, causa censetur, v.g. morum probitas, intem in patrem maior pietas, &c. res. 130. f. 94.

11 Ad pias causas donatio tenet, etiam insinuatione non facta, neque reuocari valet, iure ciuili non obstante. 3.p.f.181. res. 107.

12 Moribundus, ea, quę in conscientia dispone e tenetur, disponat, & quæ vult, validè enim, etiam nullo teste, disponet, & testatur, vrgente necessitate. Dian. 5. p. f. mihi 92. res. 123.

13 Mutandum testamentum male conditum, vel si sit iuratum. Benè vero dispositum, & perfectum, iuramento addito, citra lethalem nequit culpam reuocari, huiusmodi tamen tenet reuocatio, de non reuocando iuramento non obstāte. Aliqualiter vero imperfectum, & aliquali mutandi causa extante, tutè mutabit, & citra noxam. 5 p. f. 92. res 122.

14 Ad mortem damnatus, in foro nequit externo testari; in conscientia, vtique, neque hæres in foro adigitur conscientiæ, ante sententiam se hæreditate abdicare. Ibi f. 91. res. 320.

15 Testamentum minus solemne, causa præcipuè pietatis nuncupatum, quoad etiam alia valet non pietatis causa relicta. Sà v. Testam. n. 4. & 49.

16 Cum aliquid faciendum præscribitur intra tantum tempus à testatoris obitu, intelligitur à die scientiæ, aut etiam aditæ hæreditatis. n. 47.

17 Duobus testamenti executoribus præmium relictum, altero exequi nolente, habebit alter. Item altero mortuo, uel absente, alteri testamenti incumbit executio soli. n. 45. & 46. Vide Sylu. test. 2 n. 5.

18 A testatore conditio opposita, ne Episcopus executorē compellere queat, aut Iudicem, aut ne in suo testamento iura locum habeant, pro non opposita habetur. Couar. in cap. cum tua, de test. & Sà n. 41.

19 Ille, cuius arbitrio bona sunt ex testamento distribuenda, in pias det operas. num. 40.

20 Hæc conditio in testamento adhibita (si non nupserit) in ea quæ nunquam nupserat; & hæc (si non ingrediatur Religionem) pro non adiectis habentur. num. 37.

21 In Religione facta professio, iam factum non rumpit testamentum. n. 38.

22 Vi, aut fraude facta dispositio, ab eo, qui sine vi, &c. sic disposuisset, tenet. Disposuisse non censetur, qui disponere volebat, sed non potuit. Aliquo dicente testatore, vt fiat quod Confessarius mandauerit fiat id, quod verisimiliter à testatore mandatum fuisse censetur. In dubio censendum est id testatorem voluisse, quod si viueret censetur quod mandaret ibi n. 35. 36. 31. & 32.

23 Fratris, frater rumpit testamentum, & Soror ex patre eodem, si in eo infamis fuit institutus, nisi in aliqua solum parte institutus fuerit; aut nisi frater ei fuerit ingratus, vel soror. Filius exhæredari, si velit, potest, filiorum eius præiudicio præciso. Quòd si sit minor, & læsio notabilis, in integrum conceditur restitutio.

ſtitutio. Item ingratus fil. niſi in gratiam fiat à patre receptatio, aut non condito teſtamento pæniteat, aut Religionem fuerit ingreſſus; in teſtamento, cauſa exhæredandi exprimatur, & filio teſt. riſcindi petente præbeatur. Vid. l. Fratres & Sà ibi l. 1. n. 30 & 26.

23 Legitima nequit fil. à patre priuari; licet e minus pater vni, quam alij relinquet. Sylu. verbo legitima, n 8. apud Em. Sà l. cit. n. 27.

24 Religionem ingreſſus, ſine iuris valet ſolemnitate teſtari, contra nonnullos.

25 In teſtamento ſeruus teſtis eſſe non valet, aut pater, filius, nepos, neque teſtamenti incapax teſtatoris, vt ſpurius, vel hæreticus, aut iuris inteſtabilis; item neque fæminæ, neceſſitate præciſa. Sà n. 21. & 22.

26 Ad cauſas pias locum non habet ſtatutum, quod vltima voluntas nõ valeat niſi regiſtrata. n. 24.

27 Niſi deſcendentes, aut his deficientibus, aſcendentes inſtituãtur, eſt nullum, ſaltem tacita exhæredandi cauſa; legata tamen, & fidei commiſſa, item militis teſtamentum, Clerici, aut Religionem ingreſſi tenent.

28 Solo non valet nutu teſtamentum fieri; Militis, vel ad pias cauſas, vtique. Item legatum, cauſaue mortis donatio, vel fidei commiſſum nutibus fieri poſſunt. Nutu tamen factum, in foro tenet conſcientiæ, ſi talem teſtatoris fuiſſe conſtet voluntatem n. 25. & 29. Mol. diſ. 127.

29 Clericus, probabiliter, teſtare valet, vt miles in bello, cum duobus nempe teſtibus rogatis, vel fæminis n. 20. ibi l. c.

30 Septem teſtibus inuentu difficilibus, quinque ſufficiunt: vel ruri nuncupato teſtamento per eum, qui habitare ibi ſolebat. Item teſtari ſufficit coram Iudice, aut principe, duobuſue teſtibus cum eo. Item duo ſufficiunt teſtes, coram eis hærede teſtatori promittente eius ſeruaturum voluntatem. Ibi n. 12. 13. 14.

31 Vbique valere teſtamentum, coram Prælato, duobuſue teſtibus conditum ſunt qui aſſerunt. Minus ſolemne teſtamentum, valet vt codicillus, modo ad codicillum habeat neceſſaria, & ſe dicat teſtor velle valeat, quantum valere poteſt; id autem communiter volunt, vel ſi non dicant.

32 Quinque ad codicillum ſufficiunt teſtes, vel non rogati, aut fæminæ. Inter vero liberos, aut ſi ſit militis in bello, duo ſufficiunt. Cæci vero codicillum, ſeptem exigit teſtes, addito Tabellione, vel alio, loco eius.

33 Coram duobus teſtibus ſuam declarare voluntatem, etiam non rogatis, vel fæminis, in teſtamento ſufficit parentum, etiam cæcorum, inter liberos, horumue deſcendentes, etiam per fæminam. Vide ibi per n. 8, 15. 16. & 17. Syl teſt. 1. num. 3. verſ. octauo.

34 In quocunque teſtamento, ſi aperte fiat, quinque ſufficiunt teſtes, imo tres ipſo addito notario n. 9. Sà ibi verbo Teſt.

35 Minus ſolemne inter filios naturales, valet teſtamentum matris inter ſpurios, & naturales. Item inter liberos patris valet teſtamentum, ab eo ſolum ſcriptum, vel ſubſcriptum: etiam quoad in eo contenta pia legata.

36 Secundum non ſolemne teſtamentum ad pias cauſas, prius ſolemne, ad pias item cauſas reuocat n. 10. & 11. & Sylu l. c. n. 5. ad fin.

37 Commode quis teſtatur, quodlibet ſcribendo, & ſic clauſam tradendo Iudici

dici

dici chartam, septem præsentibus testibus, obsignandam; in ea suam contineri testando voluntatem. Couar. Regula peccatum 2. §.3.& c.n.1.

38 Pro conscientiæ foro sufficit legatarijs, vel hæredi possidere ex sibi cognita testatoris voluntate: quibuscunque alijs in testamento solemnitatibus deficientibus. Spurij filius à patre valet spurij hæres institui; mater vero, licet illustris, spurium tutè instituere (si legitimis careat) valet. Non illustris, etiam si non careat. Sà n.3. Bon. t.2. f.771.

39 In gratia fieri omnino debet testamentum, vel pium legatum, ad hoc, vt ad vitam prosit legantis, vel testatoris, æternam; sufficit tamen in gratia confirmari. Nau. in Summ. c.26. n.36.

40 Testamenti reuocatio nulla tenet, nisi reuocans se velle dixerit ab intestato decedere, vel nisi nouum instituat hæredem. Mol. disp. 153. col. 2.

41 Inualidum redditur testamentum patris, in quo filius prætermittitur, nisi exhæredandi causam præbuerit, quæ in testamento exprimi debet.

42 Item nullum patris tenet testam. filio superueniente posthumo, cuius nullam pater fecit mentionem, nullum tamen quoad hæredis tantum institutionem censetur, cætera tenent. Vide pro vtroque n. Bon t.2. f 779. n.1.

43 Ad testamenti validitatem per militem in ipso facto conflicto, satis erit proprio scribat sanguine in clipeo, vel re alia suam voluntatem; modo eius probetur manus per duos saltem testes, vel non rogatis, Cætera huc forte spectantia verbo habes, legatum, & legitima Bon. tomo 2. f 764. n.12.

Testis. Vide Reus.

1 VNicus aliquando testis probat, idque quando nulli infertur præiudicium; v.g pænitentem esse emendatum Cofessario attestante de eius licentia, vel cum de peccato agitur euitando, vel impediendo, quod quis sit baptizatus; item de partium consensu. Sà v. testis. nu.1.

2 Qui occultum nouit contrahendi matrimonij impedimentum, licet ex contrahentis occulto oriatur scelere, & probari nequeat, denunciet oportet, nimirum pro contrahentis futuro impediendo fornicationis peccato. Couar. in 4. decret p.2. c.6. n.20.

3 Nullo, in iudicio, testi creditur non iurato; contra vero quemcunque duobus creditur testibus. Item duo testes, vnius, quantecunque auctoritatis, supplent vicem. Bannes 2.2. q 7. art. 1.2. & 3

4 Testibus paribus, reo fauetur excipe in matrimonio, libertate, dote, & testamento. Item partium iuribus obscuris, reo fauendum. Bannes l cit. col. 9.

5 Vel cum propriæ discrimine vitæ tenetur, qui suo falso testimonio aliquem in vitæ coniecit discrimen, dictum reuocare, profectu saltem sperato. Nau. ca. 15. num. 17.

6 Super diuersis factis testes singulares deponentes, regulariter non probant.

7 Mulier in criminalibus, excipe simoniam, testamentum, & hæresim, testis nequit iure esse. Item impuber, viginti annorum ætate minor in criminalibus. infamis, infidelis contra fidelem, nisi in hæresis crimine, cognatus ascendens, vel

dexen-

descendens per lineam rectam, familiaris, actoris inimicus, amicus, laicus in crimine contra Clericum, Criminis socius perseuerans, ignotus. Excipe in his omnibus, nisi aliud bonum exigat commune, v.g. hæresis, læsæ crimen maiestatis, &c. Bannes l.cit.art 2.col.8 Ban.

8 Veritate aliter sciri non valente, Regulares adigi ad testimonium nequeunt ferendum in ciuilibus. In sanguinis vero causa, pro liberatione tamen, cogi possunt. In quibuscunque causis valent, sui monasterij, testari, vel criminalibus. A teste, vel Episcopo, aut Cardinali, iuramentum exigatur, alias nihil probat. Petr. Bell. v. testis n.1.2.3.4. & 5.

9 Quis testificari, auditu tantùm cognita, non tenetur, vel si à fide dignissimo audierit. Citra lethale, reo non licet testi falsum obijcere crimen, si contra iuris testetur ordinem, aut falsum. Id. n.10. Dian. 3.p.f.147. ref.4

10 Lata excommunicatione per monitorium, testes tenentur priuilegiati occultum reuelare sui coniuncti crimen, nisi alij adsint iuridici. 5.p. f.313.

11 Iuridice interrogatus, ad damnum non tenetur restituendum, quod ex nõ detecta fuit secutum veritate; non enim contra iustitiam quicquam peccauit commutatiuam, imo contra charitatem tantùm, & obedientiam. 3.p.fol.179. ref. 10.


12 Mutus tantùm, & surdus tantùm, iure testatur de re super sensu non impedito cadente, at hoc in ciuilibus tantum, non criminalibus. 5.p. tract.6.ref.32. fol. 146

13 Qui accepta pecunia verum testatur, restituere non tenetur. At qui item pecunia falsum testatur, ante falsi depositionem omnino restituat, at falsa secuta depositione, danti restituere non tenetur, sed de omni tenetur contrariæ parti damno inde secuto. Nau.c.25.n.43 Bon.t.2.f.399.n.18.

14 Qui veritatẽ negauit, se præsentando retractare non tenetur, nisi alijs aliquod sit damnum oriturum. Item testis, qui morali adhibita diligentia pro debito testando, falsum deposuit cum alterius præiudicio, siue inaduertenter aut ex obliuione innoxia, reparere non tenetur damna inde reo illata. Sanch. l.1.c.7.n.8. quoad prim. quo vero ad secund Sot de iust.q.7 art 4.

15 Qui c tatus, ne testetur alio se transfe t, contra iustitiam non delinquit, sed charit tem, proinde restitutioni reo non tenetur faciendæ, qui suo adiuuari debuerat testimonio. Bon t.2.f.mihi 398.n.11.

16 Cum graui suo, vel suorum damno veritatem in iudcio aperire testis nõ tenetur, vel si de sub secreto habitis interrogetur; sed vti æquiuocatione tute valet; excipe, nisi de delicto interrogetur, quod alias denunciare etiam teneretur, v.g. hæresi, vel in publicum, aut tertij damnum vergente; eo quippe casu nullum (Confessionis excluso) obligat secretum. Reginald. l.24.n.48. Less. d.6.nu.50. Azor. cap.27.dub.6.



Ton-

Tonsura. Vide Ordo.

1 PRima valet tonsura, illi qui omnia habet requisita in Cap. 4. Sess. 23. Conc. Conferri: dato aliquo sit irretitus impedimento, quo ad alios nequeat Ordines ascendere; neque Cap. 11. eiusdem sess. obstat, pote quia de quatuor hoc loquitur minoribus, at illud de prima Tonsura tantum. Sacra Concil. Congr. apud. Barb. in Coll. v. Prima tons.

Transitus.

1 AD laxiorem transitus Ordinem, nisi de Summi fiat Pontificis consensu, nullus tenet. Ad strictiorem, nedum licitus fit transitus, imo laudabilis. Petere tenetur Religiosus transeundi, etiam ad strictiorem Ordinem, licentiam à superiore, ast ea iniustè negata, tute trásire valet. Immediatus huiusmodi valet licentiam dare Prælatus, saltem probabiliter. Notandum neque per Summum Pontif. licentiam ad laxorem Ordinem transeundi sine causa, in foro saltem conscientiæ, tute concedi posse. Qui illegitime transit non apostata, sed fugitiuus censetur. Vide citatos à Bellas. verbo transitus, per totum, probabiliter ex causa transeundi licentia valide dant, etiam ad laxiorem, Prælati transituri. Pellizz t. 1. f. 218. n. 65.

Thesaurus.
Quì se gerere debeat Confessarius cum Magiam operatricem exercentibus, Et effectricem. quo ad inueniendum thesauros.

1 DIligenti in primis sunt discussione examinandi huiusmodi thesaurorum inuenteres, quo nam pacto nouerint in tali loco thesaurum latere; an apud se aliquod habeant scriptum thesaurum manifestans.

2 Deinde, pœnitentes non fas esse admoneantur, neque Astrologis licere, aut Magis per astrolabium inquirere vbi nam thesauri delitescant; id enim per solam ipsorum scientiam scire nequibunt, at dæmonis id valent interuentu, si quid forte inueniant.

3 Item admonendi longe falli, qui ad desiderium consequendum, v.g. thesaurum inueniendum, dæmonem externe adorant; dato minime esse credant adoratione dignum; grauissimo enim se vrgent scelere, vel exteriorem dæmoni adorationem exhibendo; præterea in reseruationem delinquunt, vbi id reseruari contingit delictum magiæ, vt hic Brixiæ. Imo si aliqua dæmonem esse adoratione, vel cultu dignum credant, in reseruatam omnino Papæ hæresim incidunt. Videndus Ignat Lup in sua luce in Edict. S. Inq p. 3. l. 19. diff. 2.

Tutor,

Tutor, Venatio, Vicarius, Virgo.

1 MAtre excepta, fęmina non potest esse tutrix; item auia potest; & hæ alijs præferuntur tutoribus legalibus, vel datiuis, qui nimirum à Iudice dantur: non vero testamentarijs. Matre vero, aut auia ad secundas conuolante nuptias, tutela in eis cessat, bonaue mariti, pro administrationis ratione reddenda hypothecata manent. Bon. t. 1. fol. mihi 804. num. 1.

2 Tenetur omnes restituere fructus, quos de bonis pupilli sua culpa non percepit, expensis tamen deductis. Idem de Curatore respectu minoris. Sylu. v. tutor. §. 4.

3 Regularis, tutor esse non prohibetur, legitimus, nempe vt successori consanguineis. Secus de testamentario, vel datiuo. Item, miserabilium valet tutelam suscipere. Bellas. in Prompt. v. Tutor n 1. & 2. Graff. p. p. Dec. li. 3. c. 5. num. 112.

Venatio.

1 VEnari & Religiosis fas est, limito, honestæ recreationis causa, & omni remoto scandalo, prauoque fine, & sine clamore, strepitu, & canibus. Idem Ven. n. 1.

2 Vetita venatione captum animal, restitutioni non est obnoxium; neque in alieno captum predio, alij venatione non locata. Em. Sà v. Venatio num 4.

Vicarius.

1 QVi in conuentu nullum habent Superiorem, Prælati verè censentur. V. g: qui loco defuncti Superiores, vel priuati, aut per longum tempus absentis, substituuntur. huiusmodi enim eandem habent autoritatem, quam ij, quibus sufficiuntur. Religiosi de iure, Episcopi fieri valent Vicarij, Superiore annuente.

2 Prælato locali absente per diem vnum naturalem, à reseruatis absoluendi facultatem iure dant Vicarij; modo eodem non sit die reuersurus, aut subditus studiose ad illum vsque diem confiteri non distulerit. Sà v. Vicarius.



Venditio, vide, Emtio eius relatiuum.
Virgo. Vide stuprum.

1 COrrupta, sed vulgo virgo habita, legatum tutè habebit pro virginibus maritandis. Ant. Diana 2.p.tract.16.resolut.le fol. mihi 262.

2 Legatum pro virginibus maritandis orphanis, pauperes parētes, & inutiles habentibus. datur, nisi adsint quæ parentibus vere sint orbatæ.

3 Pro virgine maritanda factum legatum, cum alio non valet pio operē commutari. ibi eadem resol. & Lara de anniuersarijs l.1 c.12.

4 Virgo oppressa, lege non valet canonica inter virgines consecrari: per gratiam vero quasi virgo suscipitur. Animo non corrupta, sed corpore tantum; virgo censetur. Suar. t.4. de Relig. tract.9. l.1 c.11.n.10.

5 Virginum consecratio, venialia remittit, ad modum Sacramentalium. Suar. ibi n.14. & p. Bell. in prompt. v. Virgo n.7.

Verberare. Vide absol. ob Cler. verb.

1 VEl Sacerdotem ualent Prælati subditum verberare. Soar. in Ench. l.7. v. verberare, etiam per laicum, si sit incorrigibilis. Ibi, id.

Vestis.

1 REligiosorum vti veste, siue maris, siue fœminę, valent laici citra lethale; ludibrio, & scandalo præcisis. Sylu. v. habit. q.5 apud Soar. in Enchir. l.7. v. vestis.

Visitatio. Vide Cap. Miscell. pro Relig.

1 QVicunque Visitator, in Conc. Trid cautum est ne aliqnid, vel muneris titulo, accipiat, occasione visitationis, pręter victualia, alioqui intra mensem restituat, & quidem dupliciter, sub pæna respectu Episcoporum, interdicti ab Eccl. ingressu, inferiorum vero Prelatorum, suspensionis. Sess.24.c.3.

2 Proinde, ne prætextu quidem equorum, quicquam innoxiè recipiunt, nā ad victualia id non pertinet. Item secretarij, Cancel'arij, & id genus adiuncti quicquam immune recipere non quibunt, pro decretis, ordinationibus, vel labore Ben.t.3.f. mihi 429.n.1.& 2.

3 Visitare Episcopus quascunque valet Ecclasias sæculares, intra suæ diocæsis.

ſis fines exiſtentes, etiam ad Regulares pertinentes, modo per ſeculares eis deſeruiatur. Sacra Card. Congr. Concil. teſte Armander in addit. ad re compil. leg.

4 In quibus regularis non viget obſeruantia valet Monaſteria Epiſcopus viſitare. Decret. Vrbani VIII. de cel. Miſſ. & Con. Trid. Seſſ. 21. c. 8.

Votum, Vide profeſſus, Nouitius, Relig. Cap. I.

1 

Otum voluntaria eſt, & deliberata promiſſio Deo facta, de meliori bono, quàm eius oppoſitum: v. g. de eleemoſyna eroganda, quod eſt melius, quàm non erogare, & ſic de ſingulis. Secus factum votum nullum obligat, neque tenet. Sic Comm. Doctores; vide Nau. c. 12 n. 24.

2 Alias de præcepto valide quid voueri poteſt, v. g. ieiunandi valet votum diè vigiliæ, vel eleemoſynæ extreme indigenti faciendæ, &c. Huiuſmodi autem vota non adimplens, duplici ſe lethali onerat delicto.

3 Voti non petere diſpenſationem vouens, tenetur: item de diſpenſatione non utendo. Huiuſmodi autem votum valide adhuc legitimus tollit ſuperior diſpenſando, vel irritando; non enim hoc votum Superiori diſpenſandi adimit poteſtatem Petr. N. c. 15. n. 25. Rodr. 2. p. c. 94. n. 2.

4 Ab eo, cui ob incontinentiam nubere ſalubrius foret, quàm innuptus manere, factum votum non nubendi, nullum tenet: id enim de meliori non cenſetur bono; ſed diſpenſatio adhuc peti a nouente debet, vt tutius ſe gerat, ac conſultius, ne forte à diabolo decipiatur. Petr. Led. trct. 10. cap. 2. d. 5.

5 Si in omnibus Prælato obediendi fiat uotum, ui uoti in licitis obediendum tantum. Sanch. c. 6. num. 10.

De voto per errorem, vel metum nuncupato. Cap. II.

1 VOtum ſimplex per errorem emiſſum, aut dolum circa cauſam verſantem finalem non valet; ſecus de facto per errorem, vel dolum circa impulſiuam tantùm cauſam verſantem. Proinde vouens eleemoſynã erogare alicui, paupertatis ductus motiuo, ſed libentius vouet, ex eo, quòd eſſe exiſtimat doctum, probum, &c. voto omnino deuincitur, dato poſtea non eſſe huiuſmodi comperiat, imo ignarum, & improbum: finalis enim cauſa ſubſiſtit, nempe indigentia. Item voti cauſa finali ceſſante, & ipſum ceſſat votum; ceſſante impulſiua, non ceſſat voti obligatio: ſolemne vero obligat in vtroque caſu

2 Vo-

2 Votum ex errore factum circa rei substantiam versante, aut per dolum, nō obligat. Ita Bon. tomo 2. fol 284: & 286. num. à 1. &c. Less. lib. 2. cap. 40. d. 2. num. 11. 12.

3 Graui metu votum emissum, vel si iuramento confirmetur, nullam habet vim ratione iuramenti, nisi sit à causa illatus intrinseca. Sá n 8.

4 Ex metu graui iniustè à causa extrinseca incusso, seu libera ad votum extorquēdum, nullum valet. Excipe nisi vouons sibi metum incuti ignoret ad votum extorquendum: tunc enim valeret. Azor. p. 1. l. 11. c. 15. q. 6.

5 Qui, metu in virum cadente constantem, Ordines suscipit, voto nō adstringitur castitatis. Idem de ante vsum rationis ordinato in Sacris. Si vero metu cessante, ordine cum metu suscepto vtatur, castitatis tenebitur voto; eo quippe casu votum ratificasse censetur. Sanch. l. 7. de matrim. disp. 29. & in Summa lib. 4. cap. 3. num. 18.

De Materia voti.

Cap. III.

1 De immoderatis macerationibus corporis, quæ naturali aduersantur iuri, v. g. si cum vitę sint coniunctę periculo, aut morbi notabilis, nullum tenet factum votum: at solum quoad excessum; nam quoad moderatas, tenet; vtile namque per inutile non viciatur Sanch. c. 6. n. 4. 5 & 6.

2 Aliquo eleemosynam vouente ad vindictam de inimico sumendam, vel quia iam sumpsit, nihil fit, imo blasphemia erit; auctorem enim non licet Deum facere peccati. Secus de uoto rei ex se bonæ, facto ad bonum consequendum ex aliquo malo, v. g. si quis voueat si ex adulterio prolem susceperit eleemosynam erogare, hoc enim tenet votum. Suar. l. 2. de uoto c. 3. n. 4.

3 Inualida censetur facta contra prius uotum promissio; pote quæ de re est illicita, sed valida fiunt acta ex se licita, contra licet prius votum; uotum siquidem vouentem inhabilem ad agendum non reddit: idcirco matrimonium ab eo, qui castitatis tenetur voto initum, tenet. Bon. f 293. t. 2.

4 De re votum emissum partim bona, partim indifferenti, vel possibili, & impossibili, honesta, & partim turpi, quoad bonam, & possibilem, honestamue obligat, modo ab impossibili, &c. separari queat; nisi tamen vouens rem promiserit possibilem, & imposs. per modum vnius; aut vnam ab alia dependenter; eo namque casu ad neutram obligatur, altera adimpleri non valente. Suar. l. 2. c. 10. Fill. tr. 16. q. 3 apud Bon. t. 2 f. 292. n. 1. 2.

5 De re indifferente factum votum, nisi ea ad aliquem dirigatur bonum finem, v. g. ad peccati occasionem euitandam, aut ad Dei honorem, &c. non tenet Proinde votum die Sabbati ab aliquo opere abstinendi, libertate relicta aliud quodcunque operandi, nullum tenet. At si dirigatur ad id, vt orationibus eo die uacare possit, vtique obligat, & tenet. Bon. ibi f. 289 à n. 2.

6 Rei bonæ factum votum ad finem obtinendum indifferentem, obligat, excipe, nisi aliqua mala vitietur circumstantia; proinde uotum ad diuitias obtinendas emissum obligat. Sotus 7. de Iust. q. 1 art. 3. ad fin. vers. An vero.

7 Omnia euitandi peccata emisso uoto, uouens vi tenetur uoti à mortalibus abstinere, ob id lethali patrato peccato, duplici se lethali culpa deuincit. Azor. 1. p. l. 11. c. 14. q. 4.

8 Duplici uoto, eodem tempore adimplendo concurrente, nisi vtrunque adimpleri queat, prius adimpleatur, nisi posterius de re fuerit grauiori, & meliori, tunc enim posterius adimpleri debet. Em. Sà Vot. n. 33. Sanch. l. 4. c. 5. num. 22.

Voti quatenus obligatio extendatur.

Cap. IV.

1 VOti sufficienter obligatio adimpletur, si res præstetur uota; etiam absque voti intentione adimplendi; vt & cætera Ecclesiæ præcepta, ut sup. v. g. horæ can. Proinde Apostolorũ limina inuisendi adstrictus voto, uotum adimplet, etiam si ea Romam profectus aliorum causa negotiorum, visitet: excipe, nisi peregrinationem item uouerit, & itineris laborem. Sanch. l. 4. ca. 11. n. 68.

2 Voti si quem pæniteat, lethaliter non delinquit, modo adimplere quod uouerat intendat. sicuti enim nolle uouere nullum continet peccatum, sic uotum emisisse pænitere nullam inducit culpam Fill. tract. 26. ca. 8 q. 10. n. 214 Laym. l. 4. tract. 4. c. 4. n. 5. Regin l. 18. n. 239.

3 Nullo uoti adimpletioni tempore præfixo, cum primum commode poterit, adimpleatur. Tempore præfixo, eo adimpleri tempore debet. Sanch. cap. 14. num. 15.

4 Qui statuto tempore uotum non adimpleuit, postea adimpleat, nisi ex deuotione, temporisue intuitu fuerit tempus assignatum: eo enim euentu, transacto tempore nulla amplius uoti adest adimplendi obligatio; ut patet de uoto ieiunandi certo aliquo die, in alicuius Sancti honorem, & uenerationem: eo namque elapso die nulla uoti adest obligatio, licet eo non fuerit die ieiunatum. Nau. c. 12. num. 54.

5 Ab hærede adita hereditate, realia tenetur heres soluere uota à defuncto non soluta; legitima tamen salua portione Less. c. 40. d. 10. num. 65 Suar. li. 4 cap. 11. num. 6.

6 In approbata professus Religione, soluere realia non tenetur uota nondum acceptata; idem de eius heredibus. Sanch. c. 15 n. 23. Sylu. v. uot. q. 7.

7 Quoad partem realem heres uota defuncti soluere tenetur mixta, si æqualiter sint realia, & personalia; uoto uero reale tantum accessorie existente, non tenetur; accessorium enim sequitur principale. Hinc defuncto eo, qui se suaque uouit Religioni tradere, hæres soluere dicta defuncti non tenetur bona Religioni, quæ Religioni, eo non defuncto, acquisita fuissent, Rod. 2. p. c. 99. n. 12.

8 Debita

8 Debita ex iustitia, ab hærede præferri debent ex uoto debitis: propterea inquiunt Doctores, legitima debitis minuitur, non uero uotis. At pijs legatis vota præferuntur, funeris detractis sumptibus. Sanch ibi, n. 19.

9 Parentum uota filij nomine nuncupata, filius soluere non tenetur, nisi corã filio nuncupentur consentiente, vel postea ratificante. N.c.12.n.47.

10 Cõmunitatis successores, ui non teneantur voti à communitate ante facti; proinde nisi votum adimpleant, peccabunt utique contra fidelitatem, & superiorum præceptum de uoto obseruando, contra tamen uoti obligationem quicquam non delinquent, quæ omnino est personalis Sanch.c.15.n.19.

11 Personale uotum, per alium adimpleri ex se nequit. Azor lib. 11. cap. 15. quæst. 16.

12 Posse uero aliquem ieiunium, v.g uouere, aut peregrinationem, disciplinam, &c. per alium suscipiendam non negandum: hoc autem non erit per alium adimplere uotum, cum ipse ieiunare, vel peregrinari non uouerit, sed curare vt alter ieiunet, &c.

13 Hinc patet personale uotum, nisi uouens per se adimplere valeat, neque per alium adimplere tenetur. Secus de reali, v.g. eleemosynæ.

14 Materiæ leuitate non excusante, uel inaduertentia, uoti uiolatio ex se lethalem inducit culpam. Quòd si quis totam uoti omittat adimplere materiam, licet minimam, probabiliter lethaliter delinquit, v. g. si quis unum recitare uoueat Salue Regina, neque recitet si possit. Suar. l. 5. de uoto c.4.nu.10. at contrarium est probabilius.

15 Qui vero quid minimum de magno præterit uoto, non plus quam uenialiter peccat. Nau c.12.n.14 Argon 2.2 q 88 art 3.d.1.

16 Votum non adimplens, de quo num emiserit dubitat non peccat. Secus de eo, qui se uotum fecisse certo scit, sed num adimpleuerit ambiget, nã adimpleat oportet Reginald l.18 n 276. Henriq l.11 c 11.n.5.

17 Aliquam uouens determinatam Religionem, tutè strictiorem ingredietur: imo & æque strictam: nam probabilius est uouentem propria posse auctoritate uotum in æquale commutare. Quòd si Papa dispensante, laxiorem ingrediatur, & profiteatur, tenet professio, at mortaliter peccauit. Sanch. 5. l 4.c.16.n.26.

18 Qui in Religionem admitti nequit, de qua uotum emiserat, à voti liber euadit obligatione, nisi per ipsum stet quo minus accipiatur; vel modo ad tempus tantùm non fuerit dimissus. Qui uero in genere Religionem uouerat, ab una dimissus, ad aliam se conferat, in ea tamen prouincia existentem, nam ad extra prouinciam Religiones existentes se non tenetur conferre, ut uotum soluat, neque prouinciæ singula adire tenetur monasteria; sed solum diuersa ordinum diuersorum, ad quæ se speret admissum iri. N. ibi n 46.

19 Nisi admittatur, sed inculpabiliter, innoxiè matrimonium inibit, modo & castitatẽ non uouerit. Val tomo 4. disp.6. quæst.6.p.4.q 4. Clau. Reg. lib.6 cap.10, num. 23.

20 Religionis uoto deuinctus ab obligatione liber euadit, si per annum Religionem expertus, nouerit se huiusmodi non fore aptum Religioni. Azor. lib. 12 c. 11. q. 9. ad fin.

21 Qui & Professionem emittere uouit in Religione, nisi [ob suam culpam]

fuerit

fuerit admissus, se tenetur emendare, vt admittatur: secus de eo, qui non profiteri, sed ingredi tantùm vouerat: non enim se tenetur Emendare, vt admittatur. Tol. l. 4. c. 17.

22 In dubio de uoti obligatione, iuxta debet intentionem vouentis explicari. Dubio de eius intentione versante, uoti seruetur materia, non secus, ac si legis fuisset humanæ communis, vel diuinæ materia, quæ cum magno non videntur incommodo obligare; & hoc præcisè, & communiter loquendo. Nau. ca. 12. n. 65 Fill. tr. 26 c. 3. q 8. n. 96 Laym. l. 4. tr. 3. c. 3. n. 3.

Quì voti tollatur obligatio.

Cap. V.

1 NOtabili superueniente mutatione in uoti materiam, quæ si præuisa fuisset, votum conceptum non fuisset, v. g. voti materia illicita effecta, indifferente, aut maioris impeditiua boni, aut impossibili, voti desinit obligatio, quatenus huiusmodi durabit mutatio, non amplius. Quod dixi de toto, idem de parte voti dicendum. Suar. l. 4 de uoto, c. 9. n. 4. Regin. l. 18. n. 277.

2 Omnia laicorum non valet Summus Pont. irritare vota: id enim tantum valet, qui in uouentem potestatem habet dominatiuam, vt pater, tutor, &c. imo neque Clericorum; valet tamen ea irritare, quæ ipsius obstant rectæ gubernationi. Ratio est quia, licet Summus Pont. plenissimam in fideles habeat auctoritatem circa spiritualia, at dominatiuam non habet potestatem in ijs, quæ priuata fiunt auctoritate. Suar l. 6. c. 1. Fill. tr. 28. c. 2. q 4. n. 233.

3 Hinc carnem macerandi votum irritare non valet, licet Clericorum, ijs exceptis, in quibus Clerici à Summi Pontificis pendent arbitrio, ratione tum personę, tum & materiæ. Religiosorum tamen omnia irritare valet uota; habet enim in eos plenissimam dominatiuam potestatem, in ijs saltem, in quibus per suos valent Superiores irritari; neque enim in omnibus irritari valent, vt infra Bon. t. 2 fol. 312. n 1. Clau. Reg. l. 6 c. 10. 17.

4 Filiorum impuberum pater, tutor, vel mater tutrix irritare iure possunt uota realia, personalia, & mixta; saltem pubertatem nundum adeptorum; vota autem in pubertate ratificata licet ante eam emissa irritare nequeunt, saltem personalia, nisi in graue paternæ potestatis vergant præiudicium.

5 Religiosorum omnia vota (de ad strictiorem ordinem trãseundo exceptis) per eorum valent Superiores irritari: item Monialium per Abbatissam; valent tamen Religiosi uota nuncupare, de ijs, quæ regulæ non obuersantur, aut Superioris præcepto, vel tandem aliquo modo rectæ eius gubernationi non officiunt.

6 Nouitiorum suspendere, non item irritare Superior valet vota quæcunquę. Vide Bon. pro his, omnibus vbi sup fol. mihi 312. & 313. 414. 315.

De

De Commutatione.

Cap. VI.

1 SVmmus valet Pontifex, Episcopus, & Episcopali iurisdictione gaudens, ab eis delegatus, uota commutare subditorum Papæ non reseruata.

2 Sine causa uoti facta dispensatio, vel commutatio, nulla tenet, vel si per Papam fiat. Idem, ibi fol. mihi 317. n. 9. & 11.

3 Suũ quilibet valet in melius, aut clarè ęquiualens, votum commutare. Henriq. l. 7. c. 30. n. 5. Less. l. 2. c. 49. n. 87. Clau. Reg. l. 6. c. 12. n. 5.

Dispensare.

Cap. VII.

1 IVsta id causa postulante, nisi facta in alterius sint fauorem, Episcopi iure valent ordinario in sibi subditorum votis dispensare Papæ non reseruatis. Idem Bon qui sup. loco cit. f. 320. n 4.

2 Idem de iurisdictionem habentibus Episcopalem: extra etiam diœcesim id valent Episcopi, & alij qui sup. Suar. l. 6 de uoto c. 11. n. 10.

3 Archiepiscopi, cũ suffraganeis Episcopis idem valent, quod in subditis; subditos vero suffreganeorum, nequaquam dispensant, extra tamen visitationem.

4 In voto Religionis, vel castit. aliquando dispensat Episcopus, v. g. aliquo graui imminente periculo, Papali expectata, vel legati dispensatione; item per metum etiam leuem uoto emisso: item in conditionato voto sub conditione de futuro, quæ ad huc non sit adimpleta; item in temporali, non perpetuo voto; item quando castitatis, vel Religionis uotum alij est voto accessorum, in quo ipse potest dispensare; v. g. vouente aliquo non ludere, & si ludat, castitatem seruare; Episcopus in voto dispẽsans non ludendi, item in uoto censetur dispensare castitatis seruandæ.

5 Cum eo Superior dispensare censetur, quem ad aliquem admittit actum, cùm aliquo sciat impedimento detineri, quominus alias ritè admitti posset.

6 Religiosorum prælati cum suis dispensant subditis in quocunque voto; & nouitiorum, licet irritare nouitiorum nequeant uota.

7 Valentes cum alijs ex generali facultate dispensare, secum item tutè dispensare valent, vel alij ad sibi dispensationis beneficium impertiendum, facultatem dare. Pro sup dictis à n. 3. vide Bon. t. 2. f. 320. 321. 22. 23. & 24. 25. Sanch. de m. f. 8. disp 3. n. 8.

Cætera

Cętera de voto in generali.
Cap. VIII.

1 PApa in aliud votum commutante sibi reseruatum ; id ab Episcopo in aliud valet ex causa commutari;id enim Papę non est reseruatum . Sà v.voti irrit.n.24.

2 De matrimonio ineundo emissum uotum,nullum tenet. Si vero matrimonium voueris,[virgini à te corruptę de matrimonio data fide, teneris uoto . Ibi.

3 Votum de matrimonio ineundo,in eo, qui se continere non potest, emissum,forte nõ obligat.Item de paupere ducenda uotum pietatis intuitu emissum obligat ibi.

4 Viri valet vxor irritare uota sibi omnia præiudicantia,se non consentiente Sanch.l.1.de matr.disp.4 n.2.

5 Dispensare valens, & commutare valebit;non è contra . Probabilius qui dispensare ex priuilegio valet,in votis nequit iuramento assertis dispensare. Nau. cap.12 n.79.

6 In castitatis uoto solemni probabilius ex causa valet grauissima Summ.põt. dispensare.

7 Commutatio sine causa,in melius,cum causa,in æquale fiat opus. Quis valet votum non seruare , si in magnum obseruatio vergat periculum neque dispensator adiri ualeat. Votũ Excipio castitatis,quę & ipsa vita præstat.Sà.v.uoti, irrit.n.10.8.

8 Qui se adimpleturum alicuius uotum promisit , per Religionis illud implere tute valebit ingressum ; vel si reale sit uotum,nedum personale.n.7.

9 Religiosi facti Episcopi Prælatus,omnia valet uota irritare, nisi factus Episcopus ea confirmauerit . Vota irritata,per irritantis non valent consensum iterum obligare. Item votum impuberis de aliquo faciendo pubertatis tempore, irritari adhuc ualet,vel personale Id.n.5.Nau.c.12 n.66.Lop c.48 col. 2.

10 Sine causa uotum in quod consenserat , irritans,peccat, at valide facit ; nulla etim ad validè irritandum causa requiritur,sed ad licite . Secus de dispensatione.Tutor irritare uota valet impuberis, etiam ante quam sub suam veniret potestatem emissa.Azor.q.6.de irit.Less.d.10.Suar.t.2.de Rel.

11 Sacerdotij uotum,castitatis non censetur,proinde per Epis. dispensatur. Sot.l.7 q 4 art.3.

12 De re impossibili uotum,re facta possibili,non obligat. Qui quotidie dare uouit eleemosynam,nisi hodie det,cras addat. Votum vt obtineas,si non obtineas soluẽdũ adhuc,nisi dixeris,si obtinuere.Nõ nubere uouens , castitatem uouisse nõ censetur, ob id Episcopus dispensat. A carnibus abstinere vouẽs , à lacticinijs non uouet abstinentiam . Sà n.31.34.35.24 25.

13 Se aliquid uouens facturum, si peccare aliquod contingat peccatum , de prima dice intellexisse censetur ; nisi de quotiescunque expresse intenderit .

Religio-

Religionem uouens, nullo expresso termino, quam primum ingrediatur, si commode ingredi valuerit Qui non ualet Religiosus fieri, ad castitatem non tenetur vi uoti seruandam, nisi castitas principalius uota fuerit, & à primo liberatus, à secundo item liber euadit. n. 26. 28. & n. 29.

14 Religiosi votum seruandum est, donec per Superiorem irritetur. Metus ab Ecclesiæ præcepto obseruando excusans, item à uoto excusat. Vitare uouens veniale, si non uitet, plusquam venialiter probabilius non peccat, at tutius est lethaliter delinquere. Virginitatem vouens, nisi seruet, castitatem tenetur seruare, nisi aliud intenderit. Nau c. 12. n. 67. Lop c. 25. N. n. 44.

15 Dubio extante, num cum uouisti mentis compos fueris, teneris. Azor. lib. 11. cap. 15 q. 2.

16 Religionem uouens, vt lautius, & luxuriosius uiuat, uoto tenetur; & ad finem tenetur deponendum, religioseue, secundum regulam, uiuendi animum sibi proponere debet Qui uouere intendit, licet adimplere non intendat, tenetur. Secus de se obligare non intendente; nam neque videtur animum uouendi habere; at qui sic uouet, peccat. N ibi n. 43. & c 12 n 27. Sà n 6

17 Qui falso putans se voto teneri, uotum ratificat, ob id non obligatur. Probabilius habetur, illum, qui ad uouendum metu adigitur, si animum se obligandi adhibeat, metu non obstante quocunque, uoto teneri. Nau. c. 12. n. 71. Azor. ca. 11. q 6. cas. 7.

18 Religionem deprauatam, neque regulas obseruantem uouens, ingredi probabiliter non tenetur. Nau. l. c. n 46. Graff l. 2 c. 24. Em. Sà v. Vot. n. 11.

19 Qui in peccati penā Religionē uouit, v. g. si eo se peccato coinquinare cōtingat, uoti non tenetur obligatione, licet forte se permittat tali coinquinari peccato. saltem probabiliter. Ant. Diana 4. p. tract. 4. res. 101 fol. mihi 119.

20 Qui Iubilæi tempore uoti obtinuit commutationem nisi postea id consequatur, adhuc tamen uoti manet commutatio; neque huiusmodi sub lethali Iubil. lucrari tenetur. Idem 5. p. tract. 12. res. 40. fol. 281. & 2. p. f. 250 res. 12.

21 Regulares ualent Confessarij in omnibus uotis dispensare laicorum; in quibus ipsi valent Episcopi, voto peregrinationis vltra duas dietas excepto. Item in iuramentis, debiti petitione, &c. vt alibi innui. Et quando ex suis priuilegijs supradicta commutant vota, in minus tute commutare quibunt. 3. p. tract. 5. res. 25. vers. 4. f. 154.

22 Condicionalia, vel temporalia aut pænalia castitatis, vel Religionis, &c. vota, etiam adimpleta conditione, Episcopus, vel Regularis Confessarius tollere ualet; extra etiam Confessionem. Item iuramentum de religionem ingrediēdo, &c. Idem dico de uoto peregr. in Hierusalem, S. Jacob & limina Apostolorum. Probabiliter votum solemne, ex metu iniusto vel leui nuncupatum, in foro conscientiæ nullum obligat, nisi, metu non obstante se uoluerit profitens obligare. Vir, uxoris omnia valet irritare uota, ante etiam matrim. emissa, vel post matrim. adimplenda, dato in ea ipse consenserit. Dian. 3. p. fol. 154. res. 25 uers 8. & 5. p. res. 57. f. 287. & res. 58. 61. & 3. p. res. 120 f. f. 123. item p. 4. res. 110. f. 21.

Vsura.

Cap. I.

1 VSura est id, quod supra sortem lucri accipitur, ex mutuo immediate,& principaliter prouenicns Communiter Doct.

2 Aliquid ex mutuo sperare, vel immediate accipere tanquam sibi ex iustitia debitum, vsuram continet mentalem. Secus si ex amicitia, aut liberalitate speretur, vel accipiatur; licet si nulla huiusmodi ad fuisset spes, mutuum non fuisset datum. D. duci tamen in pactum huiusmodi non ualet gratitudo, vel amicitia. Valentia t.3 disp.5.q.21 punc 1.vers.circa tertium apud Bon.t.2.f.618.n.5.

3 Alteri mutuare præuio pacto, vt sibi, vel si sit dignus, officium, vel beneficium conferat mutuatarius, nefas est Item non licet tuum agrum colore non parato mutuum dare, ea lege ut colat. Mol.disp.310.n.10. Reg.l.25. n.200. 202.

4 Scienti suam pecuniam plus ualituram, alteri mutuare non licet, adiecto pacto de non restituendo, nisi tempore, quo plus valebit, obligando mutuatariũ ad eundem numerum, vel mensuram restituendum; at licet obligare solum ad ualorem, vel mensuram, quæ adæquat pretium rei traditæ. Bon. ibi f.621.nu.19.

5 Aliquo pecuniam mutuante præuio pacto, ut in eadem materia, & forma fiat restitutio, restituere in eadem sufficit specie pecuniæ, & non mutato metallo; neque enim idem numerus restitui debet si forte valor creuerit pecuniæ; nisi tamen pactum initum fuerit de eodem restituendo numero, ad ualorem nulla ratione habita. Medin.de rest. q. vlt.

6 In mutuo quando contrahentes eo contraxerunt pacto, vt eadem quantitas restituatur, seruandum, & eadem debet quantitas restitui, ratione, periculi, augmenti, vel decrementi habita tamen, ne labem iniustitię contractus contineat.

7 Quando pro, v.g. tritico triticum nõ restituitur, sed pecunia, si in contractu conuentio ineatur, vt tantundem restituatur tritici quoad pondus, & mensuram, tantundem restituatur, vel pretium iuxta præsentem æstimationem; nullo inito pacto, restituatur iuxta valorem tempore contractus habitum, non solutionis. Mol disp.311.Bon.ibi f.621.

8 Cum pacto sibi faciendæ restitutionis mutuans, tempore, quo res pluris valebit, vel probabiliter creditur valitura, labe se inquinat vsuræ, excipe nisi in illud tempus decreuerit illam seruare, at expensæ, & pericula detrahenda.

9 Aduocato mutuans, ea lege, vt sibi teneatur patrocinari, etiam iusto patrocinij dato stipendio, crimen se vsuræ onerat; obligatio quippe huiusmodi pretio æstimatur. Mol.disp.309 n.2.Bon.t.2.f 621.

10 Vicissim mutuare fas est, & ad mutuandum se duo obligare inuicem cum opus mutuo habuerint. Nunc autem mutuanti non licet accipienti hoc onus remutuandi imponere, siue statim siue in posterum. Mol, ex parte disp.308. Azor. 3.p.l.5.c.7.e.6.

Num

Num aliquid supra sortem accipere Fas sit.
Cap. II.

1 Aliquid ratione carentiæ pecuniæ, nequit supra sortem exigi, vel ob expectandi obligationem ad certum vsque tempus. Damni vero emergentis, vel lucri cessantis causa fas vtique erit quid vltra sortem exigere.

2 Si in principio nullum præmittatur pactum de lucro soluendo cessante, cum damno emergente, nihil tute quit accipi loco damnorum; excipe, nisi culpabilis intercesserit mora in restituendo; eo enim casu de omni tenetur damno mutuatarius mutuanti secuto, præcise causa moræ, & mutui.

3 Mutuatario debito non soluente tempore, si ob id mutuator sub interesse aliqua contraxerit debita ad otiosos vsus, vel superfluos, v.g. ad ludos, commessationes, meretricandum, & id genus, probabilius ad damna non erit mutuatarius adigendus reficienda. Secus si ad vtiles contraxerit, & honestos vsus. Pro n. 1. Mol. tr. 2. disp. 308. n. 8, cetera Bon. t. 2 f. 613. vide ibi p. 4.

4 Tantum exigere pro lucro cessante, quantum re ipsa futurum erat lucrum, nefas est; fas vero, quantum spes lucri æstimabatur; expensis detractis pro lucro faciendo: neque statim à principio licet lucrum exigere speratum. Nau cōm. de vsur. n. 54. Med. c. de acquis. per us. q. 3.

5 Periculi ratione capitalis amittendi, vel cum expensis exigendi, aliquid vltra sortem innoxiè exigitur; dato re ipsa postea nulla intercedat difficultas, vel damnum: modo mutuator mutuatarium non compellat ad se ipsum eligendum pro mutui assecuratore, vel fide iussore, sed quem voluerit eligendi facultate relicta. P. N. l. 5. c. 2. n. 343.

6 Item in pœnam, ob non factam debito tempore restitutionem, aliquid citra vsuræ labem valet exigere mutuator; modo ad vsuram non apponatur pœna paliādā, & culpabilis nō intercedat mora, saltem in causa, v.g. si ob ludos, meretrices, & efiat impotens ad restituendum; item moderata sit, & culpæ debet pœna proportionari; huiusmodi autem pœna etiam nulla iudicis expectata sententia fore videtur soluenda. Nau. c. 17. n. 215. Tol. l. 5 cap. 48.

7 Fructus pignoris pro mutuo securando accepti sibi retinere mutuator non valet, sed in sortem computare tenetur, expensis, si quas fecit, detractis. Reginald. l. 25. n. 204. & 241. Azor. 3. p. l. 7. c. 9. cas. 8

8 Fructuum restitutionem facere non tenetur gener, si agrum loco pignoris pro dote acceperit; huiusmodi enim pignus non tam ad dotis securitatem, quam pro matrimonij sustinendis datur grauaminibus. N. l. 3. c. 2. n. 172.

9 Item vidua alimenta à viri valet defuncti hæredibus accipere, quatenus sibi dos restituatur; non enim pro dilatione ad dotem soluendam accipit, sed damni titulo emergentis, vel etiam lucri cessantis. Mol. disp. 322. Tol. lib. 5. cap. 30.

10 Regis, vel Principis ministri reos se constituunt vsuræ, aliquid à creditoribus accipientes ob anticipatam eis factam solutionem; damno emergente, vel lucro ob id cessante præciso. Litigiosum vero creditum, & cum difficultate exigendum, tutè minoris emitur, ab eo tamen, qui difficultatis causam non dat; vt v g militum, vel nobilium famulorum credita, exactu difficilia. Bon. in Cóp. Ioan. de la Val Belga. v. us. n. 26 & 27.

11 Viduæ, & pupilli a labe debent simoniæ eximi, qui suas tradunt pecunias mercatori, ea lege, vt v g quinque pro centenario accipiant, modò tres celebrandi intentionem habeant contractus, nempe societatis, assecurationis capitalis, & assecurationis lucri certi pro incerto lucro maiori; cum enim huiusmodi tres valeant contractus cum alio celebrari seorsim, cur non cum eadem valebunt persona in i ? Tradi tamen oportet pecuniam ei, qui vere creditur negotiaturus, alioquin palliata committeretur vsura. ibi n. 28.

12 Quod per Montis pietatis Ministros exigitur, non ob mutuum, sed ob necessarias impensas ad montis administrationem exigitur, proinde omnis ab eis vsuræ labes abesse censetur; modo nihil ad montem augendum exigatur. Ibi num. 31. & 32.

13 Mutuare cum pacto, vt ad meam accedat mutuatarius tabernam pro merce sibi comparanda non fas erit, etiam mercium iusto dato prætio; nimirum quia huiusmodi valet obligatio pretio æstimari. Mol ex parte disp. 309. n. 4. Azor. 3. p. l. 5. q. 7 & l. 7. c 7 q 3 Nau c. 17 n. 200

14 Aliquid cum pacto mutuare vt accipiens officium, vel beneficium det ecclesiasticum vsuram continet. Dare vero mutuum ad collatoris ineundum amicitiam, vt postea conferat, nullam vsuræ continet labem, licet conferre nullo sit modo paratus, nisi prius per beneficiandum gratificetur; & hoc saltem probabiliter, neque item simonia committitur vlla. Dian. 2. p. ref. 61. f. 121.

15 Ad sciendum quantum quis exigere valeat, lucri ratione cessantis, attendatur, vt qui mutuat tantum ex lucro remittat cessante, quantum alteri se de tanto lucro habendo assecuranti daret, in se suscipienti quidquid accidere poterit periculi; v. g. si quis pro cento, quindecim speraret lucri accepturum, sed quinque pro assecuratione libenter daret, à mutuatorio decem tute accipiet, tantum, haud plus, pro lucro cessante. Ibi f. 133. ref. 65.

16 Locare, aut pecuniam vendere nullam implicat vsuram. Caiet. verb. vsura.

17 Vsurarium contractum faciens, bona credens fide licitum, & iustum, tantum valet lucri retinere, quātum alio acquisiuisset contractu licito. Less. d. 10. cap. 20 lib. 2.

18 Altero domum ad habitandum tradente, alio vero pecuniam ad vtendū, contractus fit vsurarius, lucro præciso cessante, vel damno emergente. Sà v. vs. num. 9.

19 Qui tanquam ex dono, & gratitudine à mutuatario aliquid accepit, comperto fuisse ob mutuum, & quasi ex obligatione datum, restituat omnino, si et n sumpserit, id in quo factus est ditior restituat, nisi prescripserit. Tol. l. 5. c. 29 n. 5. Nau. de vsur. n. 25. Vide Rebellum l. 8. q. 3. f. 2. de obl. vest.

Vsu-

Vsurarius.
Cap. III.

1 PRetio merces vēdens rigoroso, illasue deinde infimo redimens ; non est vsurarius : & si de eidem mercatori retrouendendo pactum interuenerit pecunia numerata, & pretio infimo, sapere huiusmodi videtur venditio usurę labem, censeturque ad vsuram paliandam celebrata. Less l.2 c.21.dub. 16 n 130.

2 Mala fide aliquid vltra sortem accipiens, aut mente vsuraria, putans id sibi tanquam mutui pretium dari, & ex obligatione, restituat omnino, nisi postea sibi fuisse donatum comperiat. Fill. tract. 34.c.6.4 3.n.114.

3 Ex pecunia vsuraria fructus perceptos, restituere vsurarius non adigitur, industriæ enim fructus censentur. Secus de fructibus ex re fructifera per vsuras recepta perceptis, v g. agro, & &c. id genus. res enim domino fructificat; at pecuniæ dominium in accipientem fuit translatum; Agri vero, vel equi, minime. Sā v. debitum n.12. Thom. 22.q.78 art.3.

4 Soluere usuram promittens, soluere adhuc ui non tenetur promissionis. Si iurauerit, soluat, at postea repetere iure valet: aut iuramenti dispensationem obtineat, quam Prælatus dare tenebitur. Suar. l.2.c.9.n 17. Sanch. in summ. l.3.c.c. 11. num.9.

5 Ab usurario petere nefas est sub usura mutuum, quamuis alias dare parato. Extremæ necessitatis casum excipio. Absolute vero ab vsurario mutuum fas erit petere, iusta petendi causa suppetente. Ad inutilia, & uana, nō licet, uel alioqui à dare parato. Rebell. l.8.q.16. Fill. tract 34.n.19.

6 Vsurarij bona ipso facto non sunt pro usuris restituendis hipothecata, vel tacite. Vide Sā. v. us. n 1. N l.5. Consil.

7 Nulla bona habens usurarius, præter restitutioni obnoxia, donare, uel filiam non ualet dotare. Mol. disp. 228. & 330. Tol. l.5 c.35.

8 Ex vsura si quis officium accipiat, restituere quidem illud omnino cogendus, fructus uero inde perceptos, minime; de damnis uero danti, ob priuationem illatis, teneter. Item pecunia emptum vsuraria, restitutioni obnoxium non remanet. Tol. l.5.c.35. Mol. disp.312. Sā ubi sup n.3.

9 Vsurarius de rebus in specie non debitis, plus filijs, & uxori tenetur, quam mutuanti. Ibidem ab Em. Sā n 6. Henr. Gand. quodl. 4.c.1.q.27

10 Notarius usurarij manifesti instrumentum scribens, quicquam restituere non tenetur loco mutuatoris non restituentis. Item qui in gratiam mutuatarij, mutui fuit mediator, & proxeneta, nihil restituere tenetur. Idem de testibus in confectione vsurarij instrumenti adhibitis. Quod si fictum scribat instrumentū, quo usuræ pallientur, utique eo tenetur casu Notarius restituere, principali non restituente.

11 Vsurarij merus executor restituere non tenetur; secus de agente principali Sā ibi n.12. Mol. dist 331. Bannes. 78. art.3.

12 Vsurarij hæredes pro rata soluant tantum, etiam alijs non restituentibus; non enim in solidum unusquisque tenetur: re uero usuraria apud aliquem extante, is totam omnino restituat. Mol. disp. 332.

13 Inter Sæculares de usura etiam sæcularis iudicat iudex, siue de iure, siue de facto usuræ agatur. Idem Mol dist 333. Sylu. usura 9.

14 Hæredibus restituere nolentibus, vel non ualentibus, legatari, & donatarij ad restituendum non adiguntur: heredes quippe id munus explere tenentur, sufficiente tamē, ad integre satisfaciendum, hæreditate relicta. Bon; t. 2. f 638. n. 14

15 Publica non præmissa satisfactione, publicus non debet absolui vsurarius, vel Sacro Pane refici: si nequeat sufficiens cautio creditoribus per scripturas detur autenticas; neque id præstare ualente, iuratoriā omnino prestabit cautionem. Sa v. us. num 7.

16 Ab usurario eleemosynas accipi nihil uetat, nulla tamen inde ad soluendum contracta impotentia. Mart. Bon. t. 2. f. mihi 639. n. 1 ad finem. Si in mutuo, pactum de non repetendo intra certum tempus fiat probabiliter innoxie aliquid supra capitale ob id exigi ualet. Sa usura. n. 15. in fine, at contrarium est tutius, uide sup. hic. n 1.

Vxor. Vide Vxoratus.

1 VXor non tenetur Pauper uirum alere, uel ē contra. Sanch. de matr. l. 9. disp. 5. n. 27. apud Franc. Soar. in Enchir. l. 7. v. uxor. Vtrum vero ad mariti soluenda debita teneatur, uel mutuum, &c pro se alenda, uid; Sanch. ibi n. 48.

Vxoratus.

1 VXoratus adulter sed emendatus, sæpe uxori facta de reconciliatione instantia, & ipsa negante, Religionis tute institutum sumere quibit. Sanch de Sac. am disp 35 dub. 5. conc. 4 n. 16.

2 Vxoratus, qui matrimonio consummato, legitime professus est si carnaliter uxor cognita à se postea fuerit, adulterij utique reus non euadet, ast Sacrilegij tantum se reum constituet: ad suam enim, non alienam accessit uxorē, licet, uoti ratione, Sacrilegè. Imo uero neque, in rigore, illegitimi ex ea copula filij suscepti haberentur, quoad succe sionem, & honores. Sanch. l. 9. dem. disp. 38.

3 Vxoratus per longum tempus abfuturus, si de uxoris fide, ob calliditatem, dubitet, eam monasterium ingredi cogere iure ualet, quatenus redeat; huiusmodi siquidem non est iniuriosa coactio Suar. t. 5. 3. parte disp. 23. sect. 7.

4 Vxor à marito in adulterio deprehensa, si ab eo Religionem ingrediendi

votum

uotum facere cogatur, alioqui eam occisuro, ingredi tenetur: iuste enim metus fuit incussus, & citra iniuriam. Vide omnino Ledismam de statu Relig. in comm. cap. 5. conclus. 8.

5 Vxoratus suscipiens ordines, de hæresi fit suspectus. Cæsar Carena de off. S. Inq. p. 2. tit. 17. §. 3. n. 12.

FINIS.





VARIA

Ad Officium S. Inquisitionis spectantia. Deinde de officio Confessarij cum pœnitentibus, casus ad S. Officium spectantes habentibus.

Cap. I.

1 Vicarius Gen. Episc. in causa hęresis non procedit contra Regulares, cum neque ipse procedat Episcopus vt iudex ordinarius, sed vt delegatus: & hoc de iuris saltem rigore. Carena p. 1. tit. 6. §. 3. n. 12. 13.

2 Vicarius Generalis Episcopi sine speciali nequit Episcopi commissione causis assistere. Fidei cum Inquisitoribus. Idem ibi p. 1. tit. 6. §. 2. n. 6. petr. Guazzinus Tract. mor. lib. 2. disc. 1. c. 9. n. 10.

3 Generalis Episcopi Vicarius ordinariam habet iurisdictionem.

4 Vicarius Generalis Episcopi, Vicario præcedit Gener. Inquisitoris: excipe, nisi Papę, sit auctoritatæ, aut S Congr. deputatus immediatè. Cæsar Carena de offi. S. Inq. p. 1. tit. 7. §. 3. n. 10.

5 Episcopus in hęreticos sibi subditos iurisdictionem habet ordinariam; in exemptos, potè, Regulares, delegatam. Idem ibi, tit. 5. 4. §. 1. & Castropalao in opere morali, tract. 4. d. 8. punct. 12. §. 1. n. 2.

6 Neque Episcopi in Inquisitores, neque è contra valent procedere: in causis enim fidei pares habentur, par autē nulla habet in parē iurisdictionem. Idem Car. ibi.

7 Inquisitor sine Episcopo, & hic sine illo citare, capere, in carcerem trudere, compeditare valent hęreticos, contraue illos inquirere, &c. prout in deum expedire visum. At in pænam ad carcerem alter nequit sine altero damnare, torquere, ad diffinitiuam neque sententiam deuenire. Vide Castro Pal. in op. Mor. tract. 4. disp. 8. p. 12. apud Carena, vbi sup. Neque, alter valet seorsim ab altero absolutoriam ferre sententiam, ibid. excipio, si sit contrariam consuetudinem. Ibi id. vel si alter absit, vel adesse nequeat, vel renuat.

8 Hæreticum, vel suspectum nequit Inquisitor ad abiurandum adigere sine Episcopo, nisi sponte compareat neque sit præuentus, Castropalao, ibi, cap. 13. n. 16.

9 Episcopus non requiritur domicilij, sed loci requiritur delicti, quod est fortius forum, quam domicilij: præsertim si vtrunque domicilium sub eodem sit principe temporali: Idem Castro palao, ibi apud Caren. vbi sup. §. 3.

10 Vicarius Gen. Episcopi subest, in fidei reb. Inquisitori; qui & Vicario precedere debet probabilius, etiam in congressibus, & sessionibus indifferentibus, nedum in causis, & Sancti officij actibus; Maiorē enim habet dignit. secus in sinodalibus sessionibus, vbi vt caput Clericorū sedet Vide Tract. mor. nouissimi petri Guazzini ad def. anim. l. 2. ca. 9. & Cæs. Carena in tract. de offi. S. Inq. p. 1. t. 5. §. 7.

11 Puniri à suis Superioribus valet. Inquisitor si in non spectantibus ad S. Inquisitionis offic. delinquat. Quod si in officio delinquat, per Pap. aut S Congreg. tantum puniri valet. Item, Episcopo hæretico manifesto, & fugam parare credito, contra eum Inquisitor secretam sumere valet informationem, ad Sacram Congr. cito mittendam; secus minime.

12 Non procedit contra Nuncios, S. sedis officiales; neque contra alium Inquisitorem,

13 Valet item de rigore, contra suos, vel Generalem, procedere Prelatos, in fidei rebus.

14 Vicarius Inquisitoris Generalis, catenus suis est subditus Superioribus, quatenus, & ipse Inquisitor. vide sup. n. 11.

15 Papam, probabilibus, non posse esse hæreticum, probat Cæsar Carena in tract. de offic. S. Inq. p. 1 tit. 5 §. 9. neque vt doctor priuatus.

16 Infidelis, hereticus esse nequit. pertinacia de ratione est heresis: nimirum vt errans determinate consentiat in id, cuius contrarium ab Ecclesia scit esse determinatum: neque vllam requiri in errore temporis moram, communiter aiunt.

17 Qui dicit, sum credere paratus, modo rationibus de meo conuincar errore, heresis reus habetur.

18 Qui viris non assentitur doctis, vel ipsi Inquisitori aliquid esse de fide, e asserenti, si ipse id non esse credat de fide, & alioqui credere paratus, non habetur hæreticus. Videndus omnino Cæsar Carena, vbi sup. & Pegna, comm. 26 ver. Cæterum contraria sent. P. P. apud eundē.

19 Dubius in fide non est hæreticus, aut infidelis: modo non pertinaciter & volontarie.

20 Omni hæresis sunt suspitione immunes, qui inuiti circa fidem tētantur, Demonis suggestione, imo mereri inquiunt doctores, faciunt enim cum tentatione prouentum. Videndus Ferdinandus de Castro Palao in opere Mor. p. p. tract. 4. disp. 3. punc. 2. n. 8. & seq. & Valler. de. diff. vtriusque fori, v. hæres diff. 2. Vers. sexto fallit.

21 Cathecumenum, fidem negantem Christianam, ab Inquisitoribus non esse puniendum, verius doctores existimant: de ijs enim qui foris sunt Ecclesia non iudicat: per Baptismum enim fit homo Christianus, non per fidem tantum; proinde Baptismo fluminis non suscepto quis membrum non fit Ecclesie.

22 Casu

22 Casu, quo quis ficte, neque vere esset baptizatus, ob, v.g. intentionis ministri defectum, vel formæ substantialis si à fide recederet, in foro non esset externo puniendus, modo huiusmodi esset essentialis defectus Ecclesiæ notos; secus Ecclesia eum ignorante, quando eo euentu, cum ecclesia de occultis iudicare non soleat, per eandem iure, vt verè baptizatus, ab exteriori fide recedens puniretur.

23 Qui infans fuit quidem Baptismo initiatus, ast statim ad infideles delatus, inter quos nihil in Christiana fuit fide instructus, si à fide recessum fecerit, per ecclesiam non videtur puniendus: ad hæresim quippe non sufficit fidem infusam per Baptismum relinquere; imo in fide opus est instructione, saltem aliqua Vide Alphons a Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. cap. 3. apud Cæsar. Car. ex quo supradicta omnia, in tract. de officio S. Inq. p. 2. t. 1. Quomodo enim credent ei, quem non audierunt; aut, quomodo audient sine prædicante?

24 Propositionem negans Theologicam deductam ex altera de fide, altera vero ex lumine naturali euidenti, dato vere dici nequeat hæreticus, attamen huiusmodi præsumitur, v.g. Christum fuisse negans risibilem, cum certo tamen credat fuisse hominem.

25 Si nũquis sit baptizatus sit dubiũ, inter Christianos educatus pro baptizato habetur, proinde ab Inquisit. in fidem delinquens puniri debet.

26 Licet reo iniuste damnato, etiam in S. Inquisitionis iudicio, Iudicem ad Dei Tribunal in Valle Iosaphat, citare, & Deum Iudicem apellare, sequentibus tamen cõcurrẽtibus conditionibus, primo, si quodcumque in Iudicem absit odium, & maliuolentiam, nec non vindictæ liuor, sed bono fine proposito, vt inde iniuste condemnati innocentia appareat, & vt per id infamia, alioqui familiam inuasura, tollatur. secũdo: quod innocentis sit magna oppressio, & cum magna in Deum fiducia, & eius iudicium fiat citatio, & corde puro; & quod omni sit humano auxilio reus destitutus. 3. quod iudici se inique, & iniustè processisse in ferenda sententia constet, alioqui nullam pauebit Iudex ad Dei tribunal citationem, iuris ordine seruato, & bona fide: iusto enim debetur iudici præmium, non pœna. Quod si Iudex omnino de sententiæ equitate non sit tutus, sed aliquo vrgeatur scrupulo: eo quidem casu non omnino huiusmodi est appellatio contemnenda; at tunc omnia denuo rimari, & diligenter discutere debet, pro causæ indaganda veritate; hoc præstito, nullum à Deo expectabit supplicium. Huiusmodi vero rei supradictis non concurrentibus, ad Dei Trib. citantes, ex Bossio in praxi criminali, tit. de extraordinariis criminibus, n. 9. sunt extra ordinem ad Iudicis arbitrium mulctandi: peccant enim huiusmodi friuolam pretendentes appellationem; proinde magna vti circomspectione

ne debent prouocantes, ob id Delrius in Disquisit. Magic. lib. 2. sec. 1. vers. Dico secundo, ait huiusmodi appellationes, & citationes in hominibus vitæ non probatę, periculis fore plenas quando eos, aut amor valet proprius, ambitio, aut nebula fortè vindictę decipere incautos, & fallere. Carena vbi sup. t. 1. §. 10. per totum, ex Delrio, & alijs.

27 Ioco, aut linguę ex lubrico, magna irę inuasione vel commotione, aut corporis eximio dolore, & id gen. blasphemias proferens hærecales, ab Inq. non est fidei Christianæ vt hæreticus puniendus: imo alia debet pęna puniri arbitraria, v.g. pecuniaria ab ipso S. Offic. Inquisitore. Carena ibi, t. 1. §. 12.

28 Vbi caute, admonet, non fore huiusmodi exceptiones admittendas ab Inq. nisi probe per ipsum probentur delinquentem; alioqui super intentione torquendus, Ibi, id.

29 Verba, & facta, quæ in vtranque valent, bonam, & malam accipi partem, & sensum, in bono debent sensu accipi, proferentis qualitatibus consideratis, nec non proferendi modo, & occasione. Dian. p. 4. tract. 8. res. 83.

30 Sicuti tenens aliquid, quod contra fidem non est, si credat esse, vere hæreticus habetur: ita qui tenet quid contra fidem, si contra eam credit non esse, hęreticus minime habendus. Vide Cæsar. Car. ibi, §. 13. ex Farinatio de hæresi, q. 179. n. 1.

Variorum.
Cap. II.

1 NVlla protestatio iuuat protestantem, si di ijs fiat rebus, quæ vnusquisque explicite scire, & credere tenetur: quippe ex malitia huiusmodi peccare se perhibet. Secus si protestatio negationem pręcedat eorum, quæ implicite tantum scire protestans tenetur.

2 Excipe, nisi sit Episcopus, aut Inquisitor, qui omnia de fide tenenda scire tenentur explicite. Carena, p. 2. tit. 1. §. 15.

3 Item nulla iuuat protestatio, facto contrario extente; v. g. qui protestatur venisse, & credit Messiam, at comedere Agnum pergit paschalem, & c. Iudęorum more tenet, ea protestatione nihil iuuatur idem.

4 Qui pręcise ad aliquid hęreticale cogitur patrandum, nihil peccat; huiusmodi enim coactione adactus pręcisa, magis pati, quam agere censetur. Idem ibid. n. 81.

5 Coactione vero non præcisa, sed conditionata existente, v. g. ad mortem à tyranno intentatam euadendam, si quis quid patret heretica-

le,

le, heresis quidem non incurrere notam constat, at graui se scelere afficit lethale; pænis tamen non erit hæreticurum propositis mulctandus. num. 82.

6 Secus leui metu existente, v. g. Carceris, verberationis, reuerentiali; imo si in persona contingat graui, neque statim, metu remoto, resipiscat, de vehementi suspectus habetur, & vt talis ad abiurandum iure adigitur. Ibi. Statim vero reuerso, abiuratio nulla forte indici debet, iuxta Iudicis prudentiam, qui perpensis, & consideratis considerandis, se geret. Ibi id. ad fin. ex Farin. de hęrei, q. 83. n. 26. & 28.

7 Verior habetur sententia, per duos omni maiores exceptione contestes, hęresis probari crimen. Id. ibi, tit. 18. n. 95.

8 Excipe, nisi de homine alioqui probatissimo agatur cōdemnando vel de morte infligenda, vel graui quacunque pæna. Ibi n. 96. secus si de flagitioso, & malæ vitæ homine sit sermo. Idem, ex Diana resol. mor. p. 4. tract. 7. res. 52.

9 Omnino ad Iudicis standum iudicium, circa indicia ad reum torturæ addicendum. Nullus tamen ad tort. addicitur de delicti corpore non constito. Farin. de hæres. apud Caren. ibi t. 19.

10 Se verba, vel facta patrasse fatens hæreticalia, super intentione torquetur, si malam non fuisse mentem asserat. Si vero, non confessus, sed per testes fuerit id egisse conuictus, super intentione non torquetur, sed puniri tute valet. Car. ibi §. 20. ex Farin. de hæresi, disp. 179. n. 60. Et Diana hanc sequitur doctrin. res. mor. p. 4, tract. 7. res. 34. vers. sed quid ego.

11 Quorum sic est doctrina intelligenda, quod duo sunt factorum genera; quędam nempè clare, & manifestè heresim significant, vt quia non ob aliud fieri noscuntur, quam ob intellectus errorem hęreticalem, v. g. externa adoratio, incensatio, & huiusmodi exterior honoris præbitio, idolo exhibita, &c. ad quę naturali nō sumus inclinatione proni; vt & circuncisio, & id genus: quædam vero fieri cernuntur, ad quæ naturaliter inclinamus, vt ad gulam, luxuriam; in his non ita facile in intellectu error videtur pręsumendus, ac in primis. In primis farinacij, & aliorum tenenda doctrina; in his, non ita; neque enim dixerim Confessarium sollitasse in Conf. conuictum, vel alium de carnium diebus vetitis esu conuictum, & id gen. vt negatiuum statim fore hæreticum condemnandum: propterea super intentione tantùm, etiam de facto externo conuictū, puto fore torquendum. Carena ibi. §. 20.

12 Imo neque priora patrantes; si ad id probauerint aliquo fuisse graui metu adactos, nisi quatenus prudens Inquisitor, rei consideratis qualitatibus, & facti, expediens fore putauerit ad torturam deueniri. Ibi id.

13 In

13 In tormentis persistens in hæresis crimine, si satis fuerit, & sufficienter tortus, & plene inditia per torturam purgauerit, locus abiurationi non datur, aut canonicæ, purgationi.

14 Secus si non sufficienter tortus, neque plenè fuerint inditia per torturam purgata; prout plerunque in S. solet officio mos teneri; non sic in alijs foris, vbi acrius rei torquentur. At in huiusmodi prudentis standum Inquisitoris iudicio. §. 21. vbi in fine ait, animaduertendum est quòd qui fatetur se dixisse aut fecisse aliquid hæreticale, & de mala negat intentione, post torturam adiurare solet, vel de leui, aut vehementi; præsumptio namque intentionis malæ ex delicto orta, aut facto hæreticali ad eo vehemens est, vt per solam nequeat Inquisitorum dari solitã torturam purgari.

15 Contra Clericum, vel Monachum ad torturam inditia non sufficiunt, quæ contra laicum forent suffectura; & mitius laicis sunt Clerici torquendi: nulla tamen alia requiritur Clerici diffamatio præuia delicti ad torturam; & hoc de iuris saltem rigore: sed semi plenam sufficere, aiunt communiter, Delicti probationem. Abb. pan. cap. de deposit. n. 6. apud Car. vbi sup. §. 22.

16 Omnes quoscunque reos confessos, & de hæresi conuictos fore pro vlteriori habenda veritate, superue complicibus torquendos, ad Iudicum iudicium Sacra statuit Congr. apud Cæs. Car. vbi sup. §. 23. & ita Farin. de hæres. q. 185. n. 133.

17 Excipe, nisi semi plene non fuerit probatum, vel non constet alios habuisse delicti complices: at vsus, saltem in Italia, haberi videtur huiusmodi conuictos super complicibus torqueri, dato nihil constet delicti socios habuisse. Vide Dian 4. p. tract. 6. res. 27.

18 Idem procedit, & de ijs, qui suum sunt crimẽ confessi; modo socios habuisse aliqua sint inditia. Farin. sup. n. 35. Imo probabiliter, etiam nullis extantibus inditijs. Car. ibi. ad fin.

16 A torturæ decreto appellari valet; a diffinitiua vero sent. minime. Imo raró contingit, quòd vel à torturæ decreto appellatio sit ad mittenda, vt plurimum enim friuola huiusmodi noscitur appellatio. Scacia de. Iud. ciuil. Crim. & hæret. li. 1. cap. 97. n. 90. & Car. ibi. §. 24. Intelligo de crimine hæresis, secus forte de alio crimine ad S. Offic. spectante. Imo in hęresis crimine admittitur recursus ad S. Cong.

Cap. III.

1 HÆreticis pœnitentibus formalis iniungitur abiuratio, & publica. §. 25. id.

2 In fide errans, & se errasse dicens quia id teneri putabat ab Eccl. super prætensa solet credulitate torqueri; id personę, & erroris qualitate exigente § 25. præterea errorem reuocat, aliqua addita pænit. ibi.

3 Relapsi ad abiurandum non admittuntur; quando, licet se Ecclesiæ petant restitui vnitati; attamen non admittuntur, licet ad Euch. & Sacramentum admittantur Pęnitentię; quippe quoad externum creduntur forum impenitentes: quicquid sit de interno. Idem ibi. §. 25. Vide opus, sup. Recoll. v. Abiuratio.

4 Vtrum Inquisitor huius S. Offic. ab hæresi in foro valeant interno absoluere pænitentes inuenio DD. inter se valdè altercantes; pro vtraque enim parte multæ extant, & validę opiniones: asserit Diana, negante Carena, vbi sup. §. 16. Idem de Episcopo, & superioribus Regul. respectu suorum: vide quę sup. in Recollectione, verbo absol. ab hæresi, ca. 1. Item p. Dian. res. Mor. p. 1. tract. 5. per totum.

5 Super irregulalitate ob hæresim manifestam contracta valēt Epis. dispensare, dato ex quorundam sent. ab hæresi vel secreta minime ababsoluere queant. Cęsar Car. vbi sup. § 26. n. 142.

6 Limito, quoad ordinum exrrcitium, citra Missæ Sacrif. & Confessionum auscultationem; quoad hæc enim non nisi per Papam habilitantur. Vide multos à Car. ibi citatos DD. præsentim Sanstarell. cap. 3. per totum.

7 Hæretici, ob hæresim infamiam incurrunt; proinde nulla valet eorum eos nobilitas excusare ab ignominiosa pęna. §. 27.

8 Præterea ab omnibus arcentur, & priuantur honoribus, dignit. & Offic. publicis. ibi.

9 Idem probabiliter de filijs, quantumuis catholicè viuentibus suntque per Papam abilitádi, aut supremum S. Inq. Tribunal. ibi n. 147.

10 Item, omni priuantur ante, vel post, obtento benef. nec non inhabiles omnino fiunt ad obtentionem. ibi.

11 Extenditur sup. dictum de pęnis, ad acceptatores, fautores, & defensores hęreticorum. ibi.

12 Non extenditur ad vehementer suspectos de hæresi. ibi. 149.

13 Quandoque hęretici impęnitentes, vel relapsi, morte solent mulctari, degradatione, & Ecclesiasticæ sepulturæ priuatione; nec non bonorum confiscatione, & ad succedendum inhabilitate. n. 150.

14 Hodie ab Ecclesia ad pęnitentiam hęreticos receptos, loco carceris perpetui nisi vnde viuant habeant, ad triremes mittuntur. Spontè vero comperentes mitius plectuntur. Vide sup. Carenam. §. 32.

15 Hæresiarcha ille dicitur, non tantùm qui nouas adinuenit hæreses, verum, & ab aliis inuentas tuens, & defendens aliis ve prædicans. Pegna, comm. 64. in princ. p. 2. apud Car. vbi sup. §. 33.

16 Huis-

16 Huiusmodi hæresiarcas, etiam prima vice vlla absque misericordia, brachio fore tradendos sæculari, dato conuerti velint, sunt qui asserunt. §. eod. n. 185.

17 Sancti Officij, causæ, die etiam festo in Dei honorem valent expediri: & circa eas sententiari ex priuilegio valet. n. 191.

18 Ex piæ Matris Ecclesiæ benignitate aliquando hæreticis parcitur pœnitentibus; & in hoc ad arbitrium standum Inquisitorum: etiam id procedit, sæculari brachio iam hæretici penitentis facta traditione: at magna quoad hoc vltimum, est vtendum circumspectione, cum huiusmodi vera non credatur conuersi, & ex corde, imo ex nimio mortis timore, & ignis vrentis: quod si admittantur, sine pæna non euadant carceris, &c. ad arbitrium Car. p. 2. tit. 2. §. 1.

Cap. IIII.

1 Regulariter loquendo, pro prima vice hæreticus conuersus ad misericordiam recipitur. §. 2.

2 Excipe celebrantes, vel Pænitentiæ, cum non sint Sacerdotes, Sacramentum administrantes; huismodi quippe, prima etiam vice, brachio traduntur sæculari.

3 Item, Trinitatem negantes, Diuinitatem Christi, eiusque de sp. Sancto Conceptionem, mortem eius, vt nos redimeret: & tandem Intemeratę V. M. Virginitatem; denique Magistratus, & temporales, aut spirituales Dominos in schisman labentes: hic adde lamias per malefitia occidentes. Ibi, per totum.

4 Ille impenitens habetur hæreticus, qui de hæresi conuictus, adduc errorem impudens defendit, & impiè, neque Ecclesiæ curet reconciliari, hæresim detestari, abiurare, & se purgare. *Ibi*. §. 3.

5 Huiusmodi impęnitentes, post longam in carcere detentionem, sepe addibitas de resipiscentia admonitiones, in hæresi obdurantes, igni traduntur viui cremandi. Idem ibi, quod fieri testatur in praxi.

6 S. Offic. impositas pęnitentias non adimplentes, per Inq. S. Offic. puniri valent, vt si è carcere loco pænitentiæ, sibi iniuncto effugiant. Relapsi tamen huiusmodi pęnitentias non adimplentes non habentur, at impænitentes iure habentur. §. 4 ad fin ex Pegna, comm. 146. p. 3.

7 Relapsus ille censetur, qui vel formalem abiurauit hæresim, & post in vehementem lapsus est suspitionem, vel qui primo de vehementi abiurauit, & postea in formalem incidit hæresim. §. 5.

8 Item relapsus habetur, qui semel de formali abiurauit, at postea hæreticum recepit, vel semel tantum, sed scienter, & formaliter vt hęreticum.

reticum. Vide Ferd. de Castro pal. tract.4.disp.6.p. 2.n.8.

9 Qui de vehementi abiurauit, si postea in vehementem incidat suspicionem, relapsus non habetur; quando ad hoc, vt quis vere habeatur relapsus necessariũ comperio quod vere, & realiter de lapsu constet in hæresim formalem. Ibi.

10 Item à fortiori, qui de leui abiurauit, si in vehementem incidat, vel leuem hæresis suspicionem nullo valet modo relapsus haberi: attamen graui est pęna mulctandus. Idem Car. ibi. §.5.

11 Vlla sine misericordia, brachio sæculari huiusmodi relapsi relaxantur: nam sufficit semel Ecclesiam decepisse per falsam pænitentiã: dato se pænitere ex animo asserant. § 6.

12 Pęnitens tamen, qui vt sup. se erroris pænitere dicit, viuus igni non tradatur, imo prius strangulari, postea igni debet dari; vel etiam, si petat, Sacramentaliter absolui, Sacroque Pabulo valet recreari. At impęnitens viuus flamnis dari consueuit. Ibi.

13 Nota, quamuis nunquam Ecclesia gremium verè pænitenti claudere solet, attamen, id in foro intelligo poli, & conscientiæ, vt dixi sup. de confesso, & Pane Sacro refecto; secus vero in foro est dicendum fori Ibi. & Sijmanchi de Cath. inst. tit. 57 n.16. & 17.

De Officio Confessarij circa hæreticos Pęnitentes, negatiuos, & relapsos.

Cap. V.

1 PVra mentali hæresi existente in Pęnitente, vt alibi sæpe innui, nulla adest excommunicatio; proinde à quocunque huiusmodi valet pænitens, alias à mortalibus absoluere valenti, ab hæresi abstringi. Secus si aliquo fuerit signo externo per pænitentem, etiam nullo pręsente, patefacta. Nota, huiusmodi exteriorem actum, ex se peccaminosum esse debere, neque sufficit Confessario fuisse in ordine ad Confessionem patefactum ad inducendam excomm. soli Papæ res. in Cænę Bulla. Deinde noto, hæresi externa, & mentali existente, consideret Confessarius num præuia abiuratione fuerit per S. Offic. Inquisitorem, vel Episc. in foro externo sublata excomm. tunc enim hęresis manet peccatum tollendum, quod, vt alibi dictum à me fuit, per simplicem tolletur Confessarium, alias à mortalibus pænitentem liberare valentem. Item, noto, quicunque verba proferens hęreticalia, & plasphemias, absque vllo tamen hæreticali animo, à quocunque item Confessa-

rio, vt sup. leuatur: hoc supra sæpe item dixi suis locis his præcisis, & in Sacramentali Confessione, facta hæresis in foro externo abiuratione, eadem erit abiuratio confirmanda, & à pænitente iuramentum per Confessarium erit exigendum de mandatis in forma parendo, ac diligenter pænitēs interrogandus super hæresis qualitate, tempore quo in eo obduruerit, de Ecclesiæ præceptorum transgressione, videlicet num semel in anno sua fuerit peccata rite confessus; festa coluerit, & id gen. probe discutiendo, suis cum circūstantijs, pro Confessarij prudentia.

2 Addendum item existimet Confessarius, fore Pænitentem ad contritionem inducendum peccatorum, & ad futurorum cautionem: hoc autem satis præstabit Officium, per illius ad Tim. 4. recordationem, præsertim pro hęresis crimine præcauendo, nempe, *Attendite spiritibus erroris & doctrinę dæmoniorum; omnis enim hęresis, & hęreticorum dogmata à Diabolo sunt*, & sub pietatis specie, vera latet impietas.

3 Quamobrem Idem Apost. ad Tim. 3. ait, *Voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem abnegantes*. Qui locus communiter de hæreticis exponitur.

4 Tandem in catholica studeat fide pænitentem solidare præsertim per illud D. Hieron. tom. 2. *Apertam animi mei sententiā proferam, in ea esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fondata, vsque ad diem hanc durat. Sic vbi audieris eos, qui dicuntur Christi, &c.*

5 Item, identidem illud pęnitentem iubeat, vel mente replicare, *Nemo potest venire ad me, nisi Pat. meus traxerit eum*. Item, *Illumina cor meum, ne vnquam obdormiam in morte, & dicat inimicus meus, &c.*

6 Absolutione vero impensa, de omnibus debet à Confessario pęnitēs admoneri pænis incursis ob hæresim externam.

7 Noto, negatiuo, iuxta priorem opinionem, non esse hęretico Pænitenti absolutionem Sacramentalem denegandam. Vide pro sup. dictis omnibus Cesarem Car. p. 2. de hæreticis Pænit. tit. 2. §. 7. Fill. quæst. mor. t. 2. tract. 22. ca. 6. n. 182.

Quō se gerere debeat Confessarius circa Apostatas pænitentes, ad Conf. accedentes.

Cap. VII.

1 NOto, me hic de à fide apostatis intelligere, non vero à Clericatu, vel Religione.

2 Est

2 Est autem de qua loquor, apostasia, recessus à fide totalis, neque specie ab hęresi differt. ob id Confessarius circa Apostatas ea debet obseruare omnia, quæ, & sup. de hęretico pęnit.

3 Circumstantiam apostasiæ non fore in Confessione necessario exprimendam, sunt qui probabiliter asserunt; videndus Ant. Dian. in res. Mor. p. 1. tract. 7. res. 1. qui ibi 32. enumerat Doctores pro negatiua sent. Imo, & ipse Carena, huius tractationis haud imperitus, hanc communem ait esse recentiorum sententiam: pro contraria, decem, & octo, nō plures, enumerat Doctores: licet ipse huic adhæreat assertiuę sententię. De hoc satis In Recollectione, suis locis dictum fuit.

4 Notandum item censeo, vt sup. quòd si tantum sit exterior apostasia, aut interior, intus nullo retento circa res de fide errore, à quocunque poterit Conf. iuxsta sup. ca. 5. absolui cum nulla inde in curratur Excomm.

5 Tandem Confessarius, Apostatæ eius ostendat infelicem statū, & exitum ex illo præsertim prouerb. cap. 6. nimirum (quod de apostatis intelligitur) *Huic ex templo veniet perditio sua, & subito conterretur, nec habebit vltra medicinam. Vide Car. vbi sup. de apost. & schism. t. 3. § 15*

Quì se gerere debeat Confess. circa Shismaticum pænitentem ad Confessionem accedentem.

Cap. VII.

1 SChisma aliquando cum hæresi coniungi, aliquando accidit non coniungi: proinde circa schismatici absolutionem omnino se gerat, ac sup. de hæreticis dixi se gerere debere.

2 Verum tamen ad incurrendam Schismaticorum excommunicationem, nullum requiri hęreticalem intus errorē; vt requiritur ad incurrendam hæreticorum excomm. & quod exterius manifestetur, vt sup. sepe; imo sufficit in schismatico, quod exterior fiat ab vnitate Ecclesiæ separatio.

3 Item noto, vt sup. quòd sublata per Episcop. vel Inquisit. Excommunicatione, & schismate abiurato, cum hæresis suspitione in externo foro, ad sacramentalem procedat impendendam absolutionem, ceteris vt supra admonitionibus, ad arbitrium addibitis. Vide eundem Car. vbi sup. de Apost. & Schismat, t. 3. §. 16. Item Bonac. tomo 3, disp. 1. q. 2. p. 5 n. 10. vers. secundo patet.

Qui se gerere debeat Confessarius circa Celebrantem, vel Confessiones Sacramentales audientem, cum non sit Sacerdos.

Cap. VIII.

1 Consideret in primis Confessarius, num huiusmodi criminũ patrator in intellectu, vt sup. dixi, aliquem circa res fidei errorem teneat, nec ne, nimirum quia errore in intellectu existente, ipso est facto Bullę Cęnę detentus excõmunicatione, Papæ reseruata in primo canone, si non adest, minime.

2 Deinde Confessarius huius delicti considerabit grauitatem, nempe vt adæquatam, & opportunam pęnitenti iniungat pænitentiam. imo morti relaxando reo, benignè eum ad mortem æquo animo ferendam ortari debebit, pro nimirum peccatorum remissionem.

3 Morte vero reo non afficiendo, admoneat eum oportet irregularitatis ob celebrationem, vel Cõfessionis auditionẽ incursæ, si sit Clericus, secus de laico, qui nullam inde contrahit irregularitatem; ita Capite 1. de Clerico non ordinato ministrante, statuente; qui solum de Clerico, non vero loquitur de laico. Sic arbitratur, vt ipse ait, Cæsar Car. p. 2. de Offic. S. Inq. tit. 11. §. 8. Cum Henriq. in Summa, lib. 6. de pænit. cap. 2. §. 7. lit. 74. Textus enim in dicto cap. secundum rubricam intelligi debet, sub qua est positus, est autem positus sub rubrica de Clerico non ordinato ministrante, ergo, &c. hęc omnia ab eod. Car. ibi.

Qui se debeat gerere Confessarius circa non denuntiantes, iuxta Edicta S. Officij Inquis.

Cap. VIIII.

1 In primis, maxime est Confessario animaduertendum, num pænitens denuntiare obligatus, ex non facta denuntiatione, in fautoriam inciderit hæreticorum; eo quippe euentu pręter excomm. in edicto contentam, reus item fit excommunicationis in Bulla Cænæ contentæ in hæreticorum fautores, quæ Papæ, vt patet, reseruatur.

2 Si vero tantum denunciare, cum teneretur, omiserit intra præfinitum tempus in edicto, Solum excommunicationem in edicto contentam labitur; à qua vtrum per Confess. Regulares absolutione valeat donari, lis vertitur; nempè priuilegiorum virtute; ac præsertim eorum quibus absoluere valent à quibus cunque excomm. vel sedi reseruatis Apostolicæ; tam â iure, quam ab homine latis: pro affirmatiua extat sententia Portell. in dub. Regul. v. sollicitare, n. 24. vbi sic ait, Vltimo, quæris, quis nam absoluere fæminam sollicitatam valet si omiserit denunciare potens id commodê facere intra tempus in edicto assignatum? dico primo, quod si illa adhuc est in proposito non denunciandi, non potest absolui, neque per Iubil. vel Bullam Cruciatæ: quia est in proposito peccandi non obediendo Ecclesię: Si vero illa post triginta dies, in currens censuram, iam denunciauit, vel excommunicata venit ad Confess. cum proposito denunciandi statim. Dico secundò, hanc excomm. Inquisitorum esse ab homine, vt patet: non enim est à lege lata. Et constat, quòd ab excomm. lata ab homine non potest absoluere vllus inferior, sed solum ille homo, seu Iudex, qui illam posuit, vel superior illius. Vnde sequitur, quod illam non posunt absoluere Confessarij, ordinarij qui sunt inferiores Inq. Tota dubitatio est an Religiosi per eorum priuilegia concessa à Papa vt possint absoluere seculares in suis conuentibus ab omni censura Sedi Apost. reseruata, an inquam possint absoluere ab ista excomm. in edicto Inquisitorum contenta, cum non sit excommunicatio Bullæ Cænę, quæ sola prædictis Patribus denegatur in illa concessione, puto quod possint.

3 Ducor primo, ait ipse, ex verbis concessionis prædictæ, quæ refert Rodr. t. 1. q. Regul. q. 61. art. 1. desumptis, vt ait, ex libro authentico, vbi inter alia dicitur vt possint absoluere etiam sedi Apostolicę reseruata: noto coniunctionem dictionis, etiam, quæ innuit non solum posse absoluere à reseru. Papæ, sed etiam à reseruatis cuicunque inferiori, ergo etiam poterunt ab ista illorum excommunicatione, etiam si illis sit reseruata, maxime cum illi non ponant, reseruatam, at patet ex verbis edictj poni, reseruata, in his partibus Italiæ.

4 Secundò probo, inquit, ex Regula 13. in Reg. iuris 6. vbi sic dicitur, cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus, at plus est absoluere â censuris Papæ, quàm absoluere à reseruatis Inquisitoribus, cum fauores sint ampliandi.

5 Vlterius inquit, Tertiò probo, ex dictis Rodriq. ibi. art. 6. vbi ait posse Religiosos per eorum priuilegia absoluere excommunicatos, nominatim declaratos, satisfacta parte; & excommunicatos

ab

ab homine, item satisfacta parte: sed prædicta fæmina excommunicata prius ab homine iam satisfecit suo modo, quia iam denunciauit, vel parat se ad denunciandum, ergo potest absolui per prædictos Relig. virtute priuilegiorum.

6 Quinto, ait, probo ex Reg cit. n. 23. vbi ait excommunicationem ab homine posse absoluere hominem, qui excommunicauit, vel Superiorem illius, vel illum qui fuit ad id delegatus legitime. At Regulares habentes priuil. absoluendi à censuris Papę habent iurisdictionem absoluendi ab illis censuris reseruatis, quas Papa potest absoluere, & Papa potest absoluere ab ista lata per Inquisitores, ergo illam poterunt absoluere etiam Regulares, habentes iurisdictionem à Papa delegatam, illis concessam in generali, exceptis illis, quæ continentur in Bulla Cænæ Domini.

7 Tandem ait, facit vltimo, quod tradit Sanch. 2. Decal. cap. 1. n. 26. dicens, illum qui legit libros prohibitos in Catalogo, si libri non sint hæretici alicuius, vel si sint hæretici autoris, non tamen contineant heresim, vel non tractent de Religione, taliter legentem non incurrere excomm. Bullæ Cænæ reseruatam Papæ, sed incurrere excommunicationem positam in Catalogo, quæ non est reseruata, pro quo citat Graf. Suijr. Azor. & Vgol. Nota verbum, quod excommunicatio Catalogi contrà legentes libros prohibitos, iuxta proxime dictas limitationes, non est reseruata; & tamen hæc excomm. Catalogi pertinet ad Inquisitores, quę omnia sub censura dico. Ita ille portell. loco sup. cit.

8 Constat igitur Confessarios posse Regulares huismodi in Edictis contentas excommunicationes vi priuilegiorum tollere.

9 Aduertit tamen Cęsar Car. de Offic. Inq. p. 2. tit. 6. §. 20. caute admodum in huiusmodi fore procedendum; & casu accurrente, fore cum S. Officii Inquisitore communicandum.

10 Vbi vero non denuncians in nullam incidit excommunicationem, forte quæri potest, num huiusmodi ante denuntiationem absolui valeat, firmiter promittens se statim denuntiaturum; ad quod respondeo, pęnitente fide digno, & probo existente, tutè absolui quibit, secus minime: excipe communicandi non vrgente necessitate, & similibus; ad statim absoluendum cogentibus.



Qui

Qui se gerere debeat Confessarius cum insordescentibus in excommunicatione, ad Confessionem accedentibus.

Cap. X.


1 PRæmittendum omnino est Confessario huiusmodi insordescentium confessiones adituro diligentem inquisitionem, an pænitens de Ecclesiæ rectè sentiat auctoritate, & de clauibus eius, quas habet ad ligandum, item, & soluendum: quippe nisi recte sentientem inueniat, certo nedum pro mentali est hęretico habendus, sed etiam externo, & manifesto, ac proinde excommunicato Papæ in Bulla Cænæ excommunicatione reseruata: ratio nimirum est, quia, in excommunicatione illa perseuerantia, & obduratio, sufficit ad se satis ostendendum exterius, haud bene de rebus fidei, & Ecclesiæ auctoritate sentire; & sic mentalis error transit in externum, ob idque iudicio subditur Ecclesiæ: cum etiam pura omissio signum contineat sufficiens impiæ mentis interioris.

2 Quamobrem in hoc casu absolutiō non sufficit præ existentis excommunicationis, in qua insorduit, imo, & ab excommunicatione Papę reseruata opus est absolutione, contra hæreticos lata.

3 In intellectu vero nullo inuento de rebus fidei errore, cum pertinacia, interrogandus Pænitens de insordescentiæ causa, num dicto tempore claues contempserit Ecclesiæ, prout iure est præsumendum.

4 Deinde, sublata censura, ab eo, qui eam tulit, vel ab alioqui facultatem habente, monendus pænitens quàm sit excommunicatio timenda, & formidanda, pote quæ fidelem à Christo Capite disiungit, & separat, & de Christi membro, diaboli fit membrum, eiusue seruus vilissimus.

5 Tandem satisfactione congrua iniuncta, pro pænitentis conditionibus, & criminis grauitate, absolutionis impendat beneficium. Supradicta omnia huius cap. dixi Cęsare teste Car. in suo tractatu de Offic. S. Inq. p. 2. de insord. in excomm. tit. 8. §. 10. & Sanch. in Summa lib. 2. cap. 8. n. 16.



Quì se gerere debeat Cõfessarius circa absol. fautorum Hęreticorum, ad Confess. accedentium.

Cap. XI.

1 PRęmitto, si hæreticorùm fautoria, receptio, defensio, conuersatio, & id genus sit hęresi coniuncta, taliter se cum fautoribus, &c. gerere debet, qualiter, & cum ipsis se gereret hæreticis, ad Confessionem accedentibus.

2 Fautoria, &c. ab hæresi immunis si existat, tunc licet huiusmodi fautores nequaquam sint hæretici, attamen excommunicatione deuincti sunt, Papę reseru. in Bulla Cęnæ. proinde num ipse valeat Confessarius absoluere videat; per aliquam facultatem. Num vero Prælati valeant Regul. suos absoluere subditos ab excomm. in Bulla Cænæ contentis, videnda quæ sup. de absolut. à casib. Bullæ Cęnæ.

3 Pro consolatione tamen huiusmodi Pęnitentium, nota absolutionem à dicta excommunicatione, si sit secreta, ex multorum sententia Doct. obtineri posse ab Episcopo, vi concilij Trid. sess. 24. cap. 6. estque huiusmodi Episcopi facultas delegabilis, vt quidam aiunt proinde Confessarius, vel ad Episcopum pænitentem mittat, vel ipse facultatem ad id specialem habere curet ab Episcopo absolutionis impendendi beneficium: quo pręstito benigne pęnitentem corrigat leuiter, & humaniter, non vt hostis, neque vt rigidus medicus: adorteturque, vt in futurum à prędictis fugiat criminibus, vt à facie colubri: & tandem salubres ei iniungat pænitentias pręseruatorias, iuxta regulas per Doctores traditas, præsertim Coninch. de Sacràm p. 2. disput. 9 de Satisfact. dub. 8. per totum.

Quì se gerere debeat Confessarius circa polygamos, nempè duas, vel plures eodem tempore vxores habentes, & ad Confess. accedentes. Cap. XII.

1 IN Primis, vt sup. de similibus dixi, de mente diligenter confessarius sciscitabitur pęnitentem, num, quando secundo contraxit, Priore viuente, benè, vel quid sinistri de Matrimonij senserit Sacramento, errore in intellectu comperto, quod forte crediderit polygamiam

lygamiam licitam esse, cum in hoc vix nulla possit excusari ignorantia, cum eo non secus, ac cum hæretico agendum est, proinde iuxta supra dicta de hæreticis pænit. segeret Confessarius.

2 Comperto vero nullũ in intellectu circa fidem extare errorem, eo debet casu, nisi Episcopo sit polygamia reseruata, quicunque sit Confessarius, à peccatis pænitentẽ absoluere valens, polygamum absoluere.


3 Primo autem Confessarius polygamum admoneat de statu, in quo reperitur, ac peccati grauitate: per illud Domini Nostri Matt. ca. 19. & Luc. cap. 16. *Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mechatur.* nempe super suam.

4 Deinde addat de cum priore redeundi obligatione, & dotis secundę restituendæ; & in hoc casu polygamo malæ fidei obligatio manet relinquendi secũdæ vxori in bona existenti fide, omnia donata, etiam pretiosa.

5 Tandem, si sit mulier, quæ cum duobus matrimonium contraxerat, altero viuente, & si de eius vita dubitet, admoneat de obligatione debiti reddendi matrimonialis secundo viro, & obligationis illud non exigendi; statim ve ad primum redeundi, ac compertum fuerit adhuc viuere; de qua re videat Comitolum, resp Moralium li. 1. q. 129.

6 Sufficienti vero diligentia ad veritatem sciendam de viri vita per mulierem adhibita, & adhuc dubio manente, iuxta probabilem opinionem, præsertim Dianæ res. Mor. p. 3. tract 4. res. 296, nedum reddere, imo & valebit debitum exigere matrimoniale; qui enim rem dubitat quam habet esse alienam, ea vti tute valet, sufficienti adhibita pro veritate scienda diligentia, non obstante quod adhuc dubium aliquod supersit.

7 Circa vero pænitentiam salutarem polygamis iniungendam, ex Cæsare Car. De Offic. S. Inq. p. 2. de polygamia tit 5. §. 14. ad finem, vnde supradicta hausi omnia, siat Confessarius omnino suo relinqui arbitrio, videtur tamen ex Didac. Perez ad Ordinam. Regul. Castell. l. 5. tit. 1. Vers. punitur, conuenienter iniungi pænitentia quadraginta dierum quibus pane solo, & aqua ieiunet: cum septem item annorum pęnitentia. Dixi sup. in Recollectione, v. denunciatio Confessariorum, &c. quomodo se gerere debeat Confess. cum sollicitata in Confessione, & quando nam censeatur Confessarius in pænas sollicitantium incidisse; nũc vero dicã quì se gerere debeat Cõfessarius respectu sollicitantis in confessione, & à quo absolutionis valeat bæneficium donari, &c.



Quî se gerere debeat Confessarius erga Confessarium in Confessione sollicitantem, vel de turpibus cum penitente agentem.

Cap. XIII.

1 IDem quod supra admonendum censeo Confessarium, sollecitantium in Confessione Confessiones auditurum, nimitum, omnino sciscitari à pęnitentibus debere num in mente aliquid erroris circa fidem resideat; residere comperto, idem præstet cum eo, quod, & cum hæretico pęnit. vt sup. nullo vero in mente circa fidem comperto errore, â quolibet valetalio legjtimo Confessario absolutione sollicitans donari.

2 Excipe sollicitatione Ordinario alioqui forte non reseruata, valet enim, vt patet reseruari: Idem de Apostatis, nullum interius circa fidem errorem retinentibus, vt sup. Peierin. in priuil. Minimor, tomo 2. ad Const. 4, 6. reg, 15. §. 9. n. 25.

3 Admoneatur item pęnitens de delicti grauitate potissime ex patre Ribera super. cap. 3. Sophon. in illis verbis, *Sacerdotes eius polluunt sanctum.* n. 3. cuius hæc sint verba, *Sanctum quoque polluunt, contra legem iniuste agunt, cum Sacrę Confessionis secessu, & solitudine ad turpitudinem abutuntur; & eas quę venerant vt abluerentur, magis coinquinant, & contaminant. Horum typum portabant impij filii Heli, qui dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad hostium tabernaculi.* Et deinde, *erat ergo peccatum grande nimis coram Domino: quia retrahebant omnes à Sacrificio Domini.* Tandem Subiungit, *in die vno morientur ambo, & suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet.*

4 Consulendum quoque pænitenti, vt se corde velit puro, & spontè coram Inquisitore sistere, quod nullis præuentus indicijs, sponte comparentium gaudebit benificio; præuentus vero, gaudebit beneficio non citatorum comparentium.

5 Ad denunciandum sunt etiam mulieres cogendæ; licet fortè sollicitanti cōsenserint Confessario, & hoc probabiliter, quicquid in contrarium dicat Portell. in Dub. Regul. v. sollicitare, n. 15. Neque enim se tenetur dicere concensisse, cum id ad Sanctum Officium non quicquam spectet.

6 Neque vllam facere tenetur sollicitata, sollicitantis correctionem ante denuntiationem: quicquid dixerit in contrar. Peier. in priuil. Minimorum.

7 Quomodo autem se gerere debeat Confessarius, cum muliere honestis-

nestissima, vel Moniali, & quacunque alia, adire non valente Inquisitorem, salua fama, & eius honore; dico per scripturam fore denunciationem faciendam, vel familiarem, aut per Confessarium. Portell.

8 Nota cum Cæsare Car. hanc denuntiandi formam per literas non debere executioni mitti, nisi de Inq cõsilio qui in hoc casu cautius agent Confessariũ delegando pro huiusmodi denuntiatione recipienda; quo quo modo res sit agenda, certum est magna fore vtendum circumspectione, tum per Confessarios, tum, & Inquisitores. Animaduertendum, Confessarium de obligatione pænitentem non admonentem, grauissimè per Inquisitores punitum iri. Cęsar Car. de Offic. S. Inq. p. 2. de Conf. sollic. tit. 6. §. 20 per totum. Item Sousa in Aphor. Inq. li. 1. ca. 34. n. 73. Cætera ad sollicitationem spectãtia, vide Sup. in Recoll. quæst. mor. v. denunc.

Qui se gerere debeat Conf. in absoluendis ijs, qui cibis vescuntur vetitis, diebus vesci prohibitis.

Cap. XIIII.

1 Omnino, vt sup. in omnibus ad officium S. Inquisit. criminibus spectantibus dixi probe de mente hæreticali exquirat, Pęnitentem interrogando, num existimet Ecclesiam non satis se bene gerere, dum certis diebus quibusdam vesci prohibet cibis: vel id non posse, vel non debere, & id genus; pote quia ita affectus hęresis censetur reus, proinde excommunicatione Bulle Cænæ deuinctus, contra hæreticos, & Papæ reseruata.

2 Nullo errore huiusmodi inuento, interroget Confessarius, num in voluntate praua sit dispositio, vel num ex contemptu deliquerit.

3 Deinde probe de singulis exquirat circumstantijs delicti, de scandalo pręsertim, & grauitate criminis ostensa, per quod Ecclesiæ contẽni videtur auctoritas, saltem virtualiter, & clauis, pænitentem absolutione donabit: nisi forte sit huiusmodi criminis Episcopo facta reseruatio, vt sæpe assolet: præmissa tamen salutaris pænitentiæ debita impositione; pro Confessarij prudentia: congruens autem huius criminis videtur posse pęnitentia iniungi, vt nimirum per certum temporis spacium sibi bene visum, à carnibus vescendo abstineat, vt per quæ quis peccat, in ijs & puniatur. Car. hactęnus vbi sup. de edentibus carnes dieb. prohibitis, tit. 15. § .7.

Quì se gerere debeat Confess. cum sortilegis Pęnitentibus, ad Conf. accedentibus.

Cap. XV.

1 Item, vt sup. attendendum, vtrummenti resideat pænitentis circa fidem aliquid erroris, & infidelitatis, ratione cuius Sancta sit Sedes consulenda, vel adeunda pro Papali remouenda excommunicatione, publica saltem excommunicatione existente.

2 Quo diligenter animaduerso, & huiusmodi errore non deprehenso, num Episcopo sit loci sortilegium reseruatum itē Confessarius consideret, de iure enim id communi non reseruatur, at de locorum solet consuetudine Episcopis reseruari, præsertim cum abusu si fiat Sacratū rerum; & eo casu mitti ad Episcopum debet pęnitens, vel ad alium absoluere, ex Episcopi auctoritate, valentem: nisi ipse velit Confessarius Episcopum adire facultatem petitum absoluendi: licet consultius aliquando sit ipsum mitti pęnitentem, ob nimirum recidiuum præcauendum, dum absoluendi ita de facili facultatem non dari pęnitens considerabit. Ita Cæsar. de Lazar. q. 11. n. 5. 6.

3 Adhuc tamen fore noto animaduertendum, quod sortilego in foro externo per Inquisitorem absoluto ab excommunicatione in forma, si quam contraxerat, &c. adhuc omnia esse sortilegia Confessario manifestanda: & si sint reseruata, debere Confessarium auctoritatem ab Episcopo habere absoluendi; quippe excommunicatione sublata, non ob id peccata esse desinunt reseruata: & aliud est ab excommunicatione ob hæresim forsan contracta absoluere, aliud reseruata, vel eorum reseruationem auferre.

4 Item diligenter sortilegus interrogetur, de qualitate nimirum, sortilegiorum, rerum abusu sacrarum, vel Sacramentorum, complicibus, de temporis obsurdescentiæ diuturnitate, damnis per sortilegia forte proximo illatis, qualitate mulierum ad amorem allectarum, sortilegijs mediis, de pacto cum dęmone, vel tādem an actus fecerit apostaticos: denique de speciebus sortilegiorum.

5 Item ante absolutionem omnino faciat Confessarius pænitentem pacto, cum dęmone, si adsit, vel tacito renunciare, & per maleficium illata resarcire damna: libros sortilegia continentes ad Inq. deferre.

6 His probe consideratis, & pręmissis, nisi aliqua sit per loci constitutiones particulares excommunicatio (nam per ius commune nullam inuenio contra sortilegos excomm. hæreticali errore dempto, vt sup.) absolutionis impendat Confessarius beneficium.

7 Pro

7 Pro huius cap. clausula, noto Sortilegum Confessariũ, suum posse in crimine socium absoluere, modo non adsit, vt sup. hæresis, vel alia sortilegij reseruatio, vel excomm. & hoc de iure intelligo communi: imo forte neque peccabit id agẽdo, saltem lethaliter, dempto scandalo, & periculo, ne pęnitens ob id ad noua excitetur similia facinora, & sortilegia, facilitate sibi promissa absolutionem à complice obtinendi.

8 Vi tamen Conc. 7. prouincialis Mediolanensis, quod omnem afficit prouinciam, cautum est ne socius valeat criminis socium absoluere; vel Iubilei tempore; est enim inhabilitas quædam Confessarij, non vero delicti reseruatio, quæ per Iubil. vtique, vt patet, tolli posset.

9 Noto casum mihi notatu dignum visum, ex Cęsar. Car. de Offic. S. Inquisit. p. 2. tit. 12. §. 35. ad fin. vnde sup. dicta collegi omnia, Illum qui bona accessit fide ad complicem Confessarium, etiam in Mediolansi Prouincia, absolutum manere: modo vterque huiusmodi ignoret Concilij inhibitionem; quod verum existimo de peccatis, de quibus non est complicitas, quę directè absolui certe teneo, bona fide excusante, de quibus vero adest complicitas, puto tantum indirectè tolli, obligatione manente ea non complici iterum aperiendi, cognito de in habilitate Confessarij complicis: sicut item idem de absoluente, cum non posset, peccata reseruata: me tamen meliori subnitto iudicio. Cætera ad hunc locum forte spectantia, latè infra c. 24. & vltimo.

Quì se gerere debeat Confessarius cum legentibus, & retinentibus lib. hęreticorum, vel alias prohibitos.

Cap. XVI.

1 IVxta regulas supra traditas nũ adsit in Mẽte hęresis est à Confessario primum inquirendum; hęresi inuenta, pote Papę reseruata non absoluat.

2 Qui legit, aut retinet libros hæreticorum, aut aliorum auctorum damnatos, aut prohibitos ob hęresim, aut falsi dogmatis suspicionem, incurrit excomm. nulli reseruatam, in Indice librorum prohibit. posita. Vide quæ à me sup. in Recollectione habentur v. hæreticorum lib. Vbi distinctè habetur ex quorum librorum lectione, retentione, vel impressione, excommunicatio Bullę Cænę incurretur. Item ex qua lectionis quantitate, vel vtrum materię paruitas excuset, vel vtrum temporis excuset breuitas libros retinentes, tandem, vtrum ignorantia etiam crassa excommunicationis, vel etiam qui legens non intelligit, vel legentem

tem audit, vel mente tantum legit, &c. vtrum inquam excusentur? & num solius Papæ sit facult. legendi dare.

3 Libros legens Infidelium, etiam hæresim continentes, excommunicationem non incurrunt Bullæ Cęnæ. Sed aliam non res.

4 Ad Bullæ Cęnæ excommunicationem incurrendum, non requiritur quod libri sit auctor damnatus, sed sufficit quod sit hęreticus.

5 Legens huiusmodi item libros hæretici, dato in ea parte legat, in qua nulla continetur hæresis, excommunicatus euadit.

6 Noto, legentem etiam hæretici librum, qui ex professo hæresim non continet, nec de Religione tractat, dato aliquam contineat, non ex professo, hæresim, in excomm. non incidere Bullę.

7 Censura hac etiam Episcopi afficiuntur, & Cardin.

8 Valent; probabiliter Inquisitores huiusmodi tutè libros legere, ac eorum Commissarij, officio tamen solum durante, & debent Commissarij per sed. Apost. esse creati, non per ipsos Inq. substituti, alioqui probabilius citra excomm. legere non valent, Papæ licentia præcisa.

9 Etiamsi legens, vel retinens, se peccandi mortaliter periculo non exponeret, vel aliquam hæresim imbibendi, adhuc probabilius excommunicatus euadit.

10 Item excommunicatus euadit, qui ad hæresim confutandam libros supradictos retinet; ratio vtique est, pote quia Bulla nullam facit distinctionem, & ad huc peruersionis adest periculum. Neque dicere quicquam valet, legis cessante fine, & lex cessare debet, nam vtique id procedit, si lex in pręsumptione fundetur facti criminis, non vero si se fundet in delicti futuri præsumptione, vt bene ait Castr. pal. tract. 3. disp. 1. p. 14. n. 12. & 13. Bulla autem Cęnæ in præsumptione, vt patet, fundatur futuri delicti. Alioqui, & ille, qui Claustra ingrederetur Mon. bono fine, vel animo v. g. Monialem ad bene moriendum adiuuandi, nullam incurreret excomm. cum finis cessare videatur ligis id vetantis, hoc dici nequit, adhuc enim periculum restat.

11 Addo cum Cæsare Car. de Offic. S. Inq. p. 2. tit. 2. §. 5. n. 34. in nullo casu particulari periculi cessare præsumptionem, nimirum peruersionis: quando in fide quod quis perseueret, donum Dei est.

12 Item, probe erit pęnitens interrogandus, à quibus nam libros habuerit, quantumue temporis penes se tenuerit, quoties legerit, num alijs commodo dederit, an eorum occasione forte lasciue peccauerit; & id genus.

13 Tandem huius delicti grauitatem pænitenti ostendat, præsertim ex eo, quod Ecclesia semper ab initio huiusmodi libros reprobauit, & cremari iussit. Item ex eo, quod D. Paulus ad Thimoth. 2. admonet nos euitare colloquia hæreticorum, quanto magis eorum erunt libri

euitandi

euitandi, qui semper loquuntur, venena euomentes.

14 Item pænitens interrogandus, num aliquos sciat huiusmodi libros legere, detinere, quod si sciat, eos iubeat denunciare S. Officio.

15 Quibus omnibus præmissis, Salutari iniuncta pænitentia delicto proportionata, ita vt pro parte saltem, librorum iniungat spiritualium aliquam quotidianam lectionem, pęnitentis considerata conditione; tandem absolutionem impendat. Sed quid valeat videat Confessarius, circa absolutionem ab excomm. nimirum num sit reseruata, iuxta librorum qualitatem retentorum, lectorum, vel impressorum, iuxta sup. dicta in principio n. 3. & 2. Nam vt patet ex supradictis, ad incurrendam excomm. Bullæ Cænæ tres ruquiruntur conditiones, 1. vt auctor libri sit hæreticus: 2. vt in eo hæresis contineatur, vel de Religione tractet. 3. vt scienter legatur; omnes simul requiruntur, ita vt vna deficiente, dato liber sit prohibitus, huius Bullę non incurritur excomm. sed alia non reseruata, prout sup. ego in Recollectione verbo, hęreticorum libri, Vide ibi. Ex Bonac. tomo 3. de cens. in Bulla Cænæ disp. 1. q. 2. p. 4. per totum. Item ex Cæsare Car. de Offic. S. Inq. p. 2. de retentoribus libr. &c. tit. 10.

Qui se gerere debeat Confess. cum homicida voluntario, mandante, & consulente, vbi homicidium est, vt sup. quoad homicidas, mandantes, & consulentes reseruatum, vt hic Brixię.

Cap. XVII.

1 VT maiorem, quantum fieri potest huius casus habeamus explanationem, omnino fore puto necessarium homicidij pręmitti definitionē; est autem, quantum ad propositum nostrū attinet, *Hominis iniusta occisio, ab homine facta*. D. Th. 1. 2. q. 100. art. 8. ad 3. in princip.

2 Circa illud, voluntarium; primo est inquirendum, quid nam sit huiusmodi voluntarium homicidium? resp. Voluntarium dici illud, quod dolo fit, & malo animo, seu intentione occidendi. lib. 1. ff. de Sicarijs.

3 Hoc vero voluntarium duplex inuenio, in se nimirum, hoc est directè, & per se; & voluntarium in sua causa proxima, & sic habetur voluntarium homicidium indirectè. Thom. 1. 2. q. 6. art. 3.

4 Voluntarium in se, & directè fit, si voluntas id efficit, quod cognoscit

ſcit per induſtriam,& propoſitum. Hoc propriè habetur homicidium, vt in caſu, voluntarium.

5 In ſua cauſa,& indereċtè tantum habetur homicidium, vel per accidens, ſi in homicidum quidem non feratur voluntas, imo in quid aliud; quod homicidij tamen cauſam importat: v.g. ſi quis grauiter pregnantem vulnerare intenderit, vel percutere, ex qua percuſſione fætus ſequatur interitus; item ſi vulnerare quis aliquem intendat in capite, & ob id vulnerati mors ſequatur, licet non intenta per ſe. Secus de eo, qui leuiter tantum intendit percutere, licet cum mortali peccato, & inde forte mors ſequi contingat; id enim neque in ſe, neque in cauſa eſt proxima voluntarium homicidium: v g. ſi ex medicorum pereat im peritia vel ex propria verberati enimi indiguatione, & huiuſmodi: ſicuti neque irregularis ob id percuſſor euadit.

6 In primis duobus caſibus, in reſeruationem incurritur, in hoc vltimo, minime: cum caſu, non voluntate, ſequi dicatur homicidium, neque indireċta, vt in ſecundo accidit caſu: imo neque in ſecundo, ſi præmeditatio requiratur in homicidio.

7 Vt igitur in caſum incidatur, requiritur 1. vt reuera homicidium ſequatur. 2. Vt ſit voluntarium ſaltem in cauſa præuiſa. 3. Quod lethalis intercedat culpa: venialis enim ſub reſeruatione non cadit: licet enim quis alium lethaliter cædendo peccet percuſſione non mortifera; attamen quia inde ſecuturam mortem credere non tenebatur, ob id voluntarius non habetur homicida, neque vt talis in iudicio foret puniendus.

8 Circa vero mandantes, & conſulentes, ſequuto effeċtu, dico mandantem effeċtu ſecuto in caſum incidere, eſto poſtea mandati pęniteat iam dati ſi cum poſſet, & animaduerterit, reuocare non curet: ſic enim dolo non caret: dato aliqua tangatur pęnitentia.

9 Imo id locum habet, eſto pænituerit, & tacite illud reuocauerit, aſt mādatarius id nullo modo nouerat, culpa quippe omnino non caret, ex eo quod cū poſſet, expreſſe mādatariū à mandati non reuocauit executione; ob id ſibi imputet. Item in reſeruatione incidit, dato per alium mandatarius mandatum exequatur: excipe, niſi id expreſſe cauerit, nimirum vt per ſe id pręſtaret homicidium, non vero per alium.

10 Item in caſum incidit reſ. dato omnino mandatarius non exequatur mādatū quoad modū, vel tēpus: v. g. ſi de occidendo mandatum habuit noċtu, non vero in die, ſed de die facit homicidium: vel ſi eum veneno debuiſſet ex mandato occidere: vel poſt certum tempus, at occidit ante, & id gen.

11 Item locum habet, etiam ſi mandatarius mandatum recuſauit, at poſtea voluntate mutata adhuc illud exequitur; modo quando id recu-

ſauit

sauit mandans non dixerit, *ne ergo facias*, sed omnino siluit, eo enim etiam casu incidit mandans in reseruationem; præsumitur namque prior durare voluntas, quę nullo fuit modo reuocata.

13 Probabiliter tamen tacitè mandans homicidium, nullam incurrit reseruationem; proinde, si pater, iniuria ab aliquo accepta, dicat filio audiente, aut seruo, graui sum mærone afflictus ex iniuria mihi ab Antonio illata, quæso ne patiare me vlterius angi, fac me aliquid de te noui audire, vel, nimis es ignauis, mihi non est qui consulat, honorique meo: & ob id seruo, vel filio homicidium aliquod patrante, non ideo pater, vel Herus in reseruationem incidisse erit censendus. Videndus Floronus tract. de casib. res. pars 2. cas. 4. n. 9.

13 Item mandans aliquem verberari non lethali verberatione, vel percussione, morte secuta, in casum non incidit. Præterea, ad occidendum requiritur mādatū, nō ad solum verberandū, aut, citra mortis periculū, ad vulnerandum; & sumus in pænalibus, ideo mitior fiat interpretatio.

14 Item homicidium ratificans excipitur. Quicquid de peccato, & de reatu sit homicidij. Idem de mandati pænitente, & mandatum reuocante, modo, vt sup. mandatario reuocatio innotuerit, licet adhuc homicidium patret, nempe ob id, nam tunc non vi mandati id patrasse cēsetur, imo sponte, & propria malitia; sicut neque mandans eo casu vllam incurrisse censeretur irregularitatem, quam facilius tamen incurri constat, quàm incurratur homicidij reatus voluntarij, & deliberati, iuxtà communem; vide quoad hoc Nau in Man. cap. 27. n. 233. secus de consulente vt infra.

15 Vtrum vero ille ab incursu sit excipiendus reseruationis, qui omni conatu, post mandati pęnitentiam, curauit vt mandatario sua innotesceret reuocatio, at frustra, cum adhuc mandatarius ignorauerit, & proinde homicidium patrauit? Resp. incidisse fore tenendum, tutius, & cum communi, ac probabiliori Doct. sent.

16 Nimirum ob id, nam ex mandato mandans tenetur, sequuto effectu, nisi sciuerit mandatarius mandati fuisse factam reuocationem; vide leg. si Mandassem ff. & cap. mandato, de procur. ergo cum de damnis teneatur, & in reseruationem incidisse censendus.

17 At non desinam hic verba recensere pro negatiua opinione, lucæ fioroni tract. de casib. res. p. 2. cas. 4. de homic. § 10. qui prout sequitur, ad verbum ait, nimirum sic, Quinto excipitur, vt mandans non incidat in casum, qui postquam ipsum pænituit mandati, quantum potuit etiā vt mandatarium certiorem faceret elaborauit; licet ex quo id scire non potuit, mandatarius executus est Mandatum, nam & hunc in excomm. non incidere tenuit Bart. Bre. quem sequitur gloss. in cap. cum quis de sent. excomm. lib. 6. & facit quod dixit Innoc. in cit. cap. mul. de

d sent.

sent. Excomm. Item ait, contrarium tamen tenet in simili gloss. de excomm. in cap. cit. mulieres, verb. auctoritate, versu. Sed pone. Idque ob id, nam mandans ex mandato obligatur, quod executus est mandatarius, qui reuocationem ignorauit: Sed hoc non obstante, inquit, censeo non incurrere; nam in eo casu actio mandatario contra mandantem datur qui de reuocatione certior non est factus, ne damnum iniuria patiatur ex mandato suscepto, executioniue mandato; at hic non iniuria damnum patitur, quia mandatum illud, pote de re turpi, non valebat, neque illud suscipere, vel exequi debebat. Sic ille. Elige quam malis opin. & tute facies.

18 Item, vel tacitè mandato reuocato, mandans ab reseruatione incurrenda eximitur, si adhuc mādatarius, hoc scito, homicidium patret. Tacite autem reuocasse censeretur, si contingat vt mandans amicitiam postea cū occidendo, inierit idue mandatario innotuerit, vel si mandati constet mandantem pænituisse, ratione forte contractę postea affinitatis, & similia nota mandatario: ex quo enim scit mandatum tacite fuisse reuocatum, nihil causæ est, cur expresse certioretur mandatarius: qui si hoc scito ad huc homicidium patret, non ui mandati fecisse censebitur, vt sup. imo ex propria malitia; id autem mandanti non imputandum, tatice mandato sublato. Ita Luc. Flor. ibi.

19 Hoc videtur tamen omnino limitandum sic, nimirum, nisi forte mandans probabiliter sciret, quod nisi expresse mandatum fuerit reuocatum, tacita non obstante reuocatione, ob nimiam mandatarij feritatem, & ad occisiones procliuitatem, adhuc homicidium erat patraturus; eo enim casu omnino expresse reuocare tenebatur, & ni fecerit, in reseruationem incidisse tutius crediderim, & sic omnino tenēdum, alioqui homicidium erit vol.

20 Restat de consulente aliquid dicere, nimirum quatenus consilium in homicidium debeat influere, vt in reseru. fiat incursus.

21 Proinde dico primo, vt constat, efficatiter consulens, secuto effectu, in reseru. cadit; & quocunque tandem modo fiat, vel causa (in iustè tamen) consilium. Ideo, qui alicui cōsulit Domus alicu us incendium, in qua suum dormire forte scit inimicum, ex qua sequitur combustione inimici, vel cuiuscunque alius, hominis tamen, extinctio per ignem, vel domus oppressionem, dato etiam illius expresse necem non intenderet, cum tamen ibi latere probe sciret, tacite enim illum necari voluisse censetur, ex quo domus incendium efficaciter consuluit, in casum procul dub. incidit res.

22 Non refert, vtrum statim dato consilio fiat homic. an temporis lungum intercurrerit spacium: modo resit ipsa consilium homicidij causa. Secus de inefficaci consilio, vel suasione, aut monitione, sine qua adhuc

adhuc ad homicidium factus fuisset progressus: quicquid sit de maiori promptitudine,& maiori ad homicidium animi propensione, ex suasione manantibus.

23 Nunc super est vedere inter Doctorum varias opiniones, & multiplices sententias,num,sicut de mandato sup. dictum est, & consilium satis censeatur esse quod reuocetur, expresse saltem, non enim tacitè sufficit,sicut sufficere ostensum est de mandato, ad hoc vt consulens in reseruationem non labatur.

24 Ad quod dico primo, homicidium consulens,illi qui paratus non erat homicidio,reus sit homicidij voluntarij,morte secuta: modo cum iniuria id fiat occisi,& iniustè, vt sup.hic,n.20.& 21 Bonac.t.1.de irreg. disp.7.q.4.p.8.

25 Dico secundo,consilio legitime reuocato ante homicidij crimen patratum,nulla in reseruationem fit incursio,nam neque in hoc casu cõsulens irregularis efficitur, quæ facilius ob homicidium contrahitur, quam reatus contrahatur homicidij omnino voluntarij, dato postea adhuc consultus homicidij crimen, nulla consilij reuocati ratione habita, patret.

26 Dixi,lægitime reuocato consilio, simpliciter enim consilium reuocasse satis nõ erit,vel eum facere certiorem,cui de occidendo fuit datum consilium: imo omnino, vt probabilior fer Doctorum sententia, necesse est efficacibus consilium rationibus tollere,& influẽtiam omnino consilij in homicidium remouere: pote quia sicut verbis,& rationibus consuluit, ita in consilium tollendo, efficacibus vtatur oportet verbis, ita vt omnino influxum quem per consilium adhibuit, remoueat.

27 Non valet id quod passim ad contrarium probandum adhibent Doctores,nimirum,sicut mandatum per reuocationem, vel tacitam,tollitur,ita à simili, & consilium par est tolli per contrarias consilio suasiones,non quicquam inquam valet;ratio nempe,quia mandatur aliquid nostri solum causa, non mandatarij, ob id opus non est reuocationis causa exprimatur; mandatarij enim nihil inter est,fiat vel non fiat homicidium;& omnino à mandantis pendere dicitur voluntate.

28 Non ita loquendum de consulente: siquidem consilium suadetur, quia suasi inter est, in cuius gratiam dari constat: proinde efficiendum vt omnino à consilio dato is cui datum fuit remoueatur. Neque enim quis facile consilium relinquit,per rationes suasum,& in bibitum; nam sua inter esse iam statuit in animo secundum consilium agere; ob id in nullo nisi per rationes à consilio valet dato adimplendo remoueri. Hęc ex Luca Florono de casib.res.p.2.cas.4. Homic.n.11.quij sic ait Innocentium dixisse in cap.ad audo n.3. vers. In eo autem.

d 2 29 Qui-

29 Quidam tamen excipiunt sic, nisi falsum fuerit datum consilium: sufficere enim tunc aiunt de falsitate consilij admonere consilium sumentem; quo admonito, si adhuc secundum consilium quamuis iniustum occidat, pote quia non amplius vi consilij videtur operari, sed sponte, & indepēdenter à consilium dante. Nau. cap. 27. Contra Sayr. li. 3. cap. 26. n. 33. Idem dicendum quoad incurrendam irregularitatem ob consil. in homicidium datum, id probabiliter.

30 Quì autem sciri valeat, num homicidium ob consil. fuerit secutum, nec ne; in hoc, dicto stetur illius, cui datum fuit consilium, fide digno, prȩterea coniecturis, si v.g. iam occisor minas intentauerit occiso, de ei morte inferenda: aut si iam omnia ad homicidium adornauerat.

Quædam alia pro Confessario, ab homicidio voluntario, vbi sit reseruatio, absolutionis beneficium daturo.

Cap. XVIII.

1 PRæmitto, quod quoties cunque ex delicto homicidij, per quemcunque patrati, culpa non oritur lethalis irregularitatem inducens, neque à fortiori vllam adesse homicidij reseruationem, dato cum aliqua committatur aduertentia, siue veniali culpa, vt sup. iam adnotatum habetur.

2 Qui cum sit homo priuatus suum occidit malefactorem voluntariè, vel morte dignissimum, in res. cadit. solius enim est principis, vel publicȩ personȩ id agere.

3 Imo neque ipse effugiet princeps reseruationem, & lethalem culpam, si quem quantumuis morte dignum occidat, iuris non seruato ordine.

4 Noto tamen, Iudice aliquem iustè, & iustitiȩ ordine seruato, occidente, at animo vindictæ, inuidie liuore, passione, aut quocunque alio in ordinato, ac prauo, & peccaminoso affectu: adhuc tamen inde nullam induci existimo delicti homicidij reseruationem, quicquid sit de peccati grauitate lethali; sicuti neque quicquam restituere pro damnis ex rei condemnatione secutis tenetur hæredibus: quia contra iustitiam quicquam non deliquit; & reseruatio actum respicit externum, neque de occultis vnquam iudicat: vt patet de hȩretico purè mentali, qui, vt sup. à quocunque valet Confessario absolui.

5 Item, addo pro extensione dicti sup. n. 2. id procedere, vel si publicus occidatur viarum latro, & earum grassator: vel nocturnus aggressor,

aut

aut agrorum depopulator; pote quia licet de iure forte id alicubi impune permitti constet, ast id de iure vtique licet ciuili, non canonico.

6 Excipe, nisi ad occidendum forte fiat aggressio: namque eo vtique casu vnicuique, tutelę seruato moderamine, inuasorem occidere fas est, vel Clerico. Quod si in se defendendo moderamen excedatur cum culpa tantum veniali, non incidit occisor in reseruationem: secus excessu lethali existente.

7 Idem de vxorem in adulterio deprehensã occidente; incidit enim,

8 Idem de Tyrannum occidente: qui tyrannice dominatur.

9 Idem de ministrum iustitiæ, ad manus eius euadendas, & mortem, occidente.

10 Idem de præbente ægroto, vel sano potionem ad necandum, morte secuta: vel ad fœtum anima informatum rationali eijciendum, vel abortiendum.

11 Item qui occidi volentem occidit.

12 Nota, si quis ad mortem euadendam, quamquis minatur, nisi aliũ morte afficiat, alium occidat, lethali se vrget crimine, cum ad me saluãdum alium nefas sit accidere innocentem: adhuc tamen in reseru. non incidit. pote quia non omnino voluntarie occidit, vt casus reseruatio requirit: imo volunrarie secundum quid tantum facit.

13 Item incidit statim moriturum morte afficiens.

14 Non incidit qui tyrannum Regnum per vsurpationem possidentem occidit, secus si tyrannicè tantum illud administret, et sup. ratio est, nam vnusquisque ius à natura ad se defendendum habet, vi etiam illata, & Tyrannus perpetuus censetur inuasor, nec non bono inimicus communi, ob id vnicuique vt reipublicæ parti, & membro vim, & iniuriã occidẽdo licet repellere, & sic patriã iniqua liberare vexatione: dato etiam simplex interuenerit promissio (non iuramentum) de habendo eum in regem.

15 Ratio dicti nimirum est, quia promissio iniustè extorta, vt suppono, non afficit promittentem: & vt fides ei seruetur ius non dictat naturale, qui iniuriosè extorsit fidem; hoc patet, ex eo quod neque peccuniã latroni daturum promittens, dare tenetur. Secus si non iniuriose promissio exigatur, licet infidelis sit qui exegit, nam adhuc ei seruanda.

16 Secus de fidem per iuramentum pollicentè, & animo iurandi, ac se obligandi, quando huiusmodi est fides omnino, vel latroni, seruanda, sed solutum repeti deinde tute valebit, non enim iurauit non repetere, sed dare.

17 Sicuti qui proscriptum voluntariè occidit nihil peccat, modo capitali sit exilio proscriptus, vel bannitus: ita neque in reseruationem incidit: modo id bono fiat zelo: non puto tamen eum, qui ex odio huiusmodi

modi proſcriptum occideret in reſeruationem incidere; quicquid ſit de peccato: non enim contra iuſtitiam faceret, at ſolum contra charitatē; qui autem occidendo peccat mortaliter contra charit. in reſeruationem non incidit. Item ad reſeruationem euadendam opus eſt vt intra proſcribentis dominium occidatur: ſecus, & lethaliter delinqueretur, & in reſeru. caderetur.

18 Excipe, niſi ad id facta fuiſſet per illius loci Principem legitima facultas, vt nimirum impune occideretur. Videndus petr. Paul. Guazzinus Author nouiſs in Tract. Mor. lib. 2. de Iudice def. 4. cap. 50. n. 16. &c.

19 Item excipe, niſi ſaluum habeat conductum, vel niſi ibi per aliquot fuerit iam annos toleratus: nam tolerantia ſecuritatem præſtat.

20 Item excipe niſi priuilegiata ſit perſona, v. g. Pater, fil. aut perſona ſit eccleſiaſtica ille qui occidit. Idem Guazzain, ibi. per totum.

21 Item bannitus iam captus occidi tute nequit à priuato.

22 Item neque prægnans licite mulier occiditur, licet banuita, ob nimirum fętus ſalutem ſpiritualem procurandam, vel etiam corporalem.

23 Noto pro ſuperiorum recta intelligentia de banditos occidentibus, quod multum intereſt ſcire, num tantum impune occidi permittantur per ſtatutum, non puniendo occiſores, vel non ſolum permittit ſtatutum impune occidi, imo, & princeps per edictum prēmium occidenti pollicetur; nam in primo caſu non ita certum non peccare occidentem, & in caſum proinde reſeruatum non incidere; in ſecundo vero extra omne dubium habetur nihil delinquere, cum ſupradictis tamen limitationis, nempe quod ex zelo fiat iuſtitię homicidum; & hoc quoad lethalem culpam euadendam.

24 Impune item, & ſine vllo in reſeruationem labendi periculo occidi valet, qui meas ſecum res aſportat, neque aliud recuperandi ſuppetit medium qum furis occiſio: modo meę ſint ſuſtentationi res neceſſarię: & alioqui fur ſe armis tuetur ne res furto ablatę ſibi erripiantur.

25 Neque quicquam dicere valet, nos teneri vitæ proximi res noſtras poſt habere, ſicuti & vitę corporali ſpiritualem præponere debemus; nam ſic reſpondeo, quando in poteſtate non eſt proximi ſuam defendere vitam: in noſtro autē caſu patet ſuâ furem ſaluare vitam vti que poſſe, res v. g. mihi meas furtim, vel raptim ablatas relinquendo. Idem de adulto ſine Baptiſmo, vel peccatorum contritione morituro; quem conſtat me eum cum vitæ corporalis manifeſto, & certo periculo non teneri baptizare, cum in ſua ſit poteſtate ſuam ſpiritualem tueri vitam, contritionis actu elicito, qui Baptiſmi ſupplet aquæ vicem: vtrique igitur ſibi imputent, non res ſuas, aut vitam iure tutantibus.

26 Item pro caſtitate, alioqui certo amittenda, tutanda, occidere fas

fas erit; vel ne adulterium patiatur inuasa, vel si puer ad actum vrgeatur sodomiticum, tutè inuadentem vterque occidere valebit, & innoxie: citra tamen id quod mors intendatur inuasoris, sed tantum violentiæ illatæ euasio. licet enim nullum sit peccatum nisi voluntarium, tamen quia magnum adest consentiendi periculum pati non tenetur inuasus æquo animo violentiam; quandoquidem magis in hoc casu quam in alijs consensus imminet periculum ob carnis naturalem lubricitatem; & saluti magis nostræ spirituali consulere tenemur, quam aliorum corporali, vel etiam spirituali, etiam sylu. v. homic. n. 9.

27 Nobilis item à rustico ignominiose percussus, ad sui honoris reparationem tute, & innoxie etiam occidendo valet repercutere, quatenus ad reparationem occisione opus erit, neque enim se fugæ tenetur dare.

28 Item iuuantes huiusmodi inuasos, si occidant tute agunt; moderamine tamen retento. Videndus Guazzin. vbi sup. ad defensam animarum def. 4. cap 50.

29 Item inquit Floronus de casib. res. p. 2. cas. 4. §. 1. n. 34. innoxie excommunicatum occidi publicum, Ecclesiam persequentem, & incorrigibilem, ob zelum tamen S. matris Ecclesiæ.

30 Item non incidit qui suum aggressorem ad sui defensionem occidit, dato causam se aggrediendi dederit, v.g. percussione, improperio, adulterio cum vxore inuadentis, vel alio quocunque modo: quicquid sit de peccato. Vid. Guazzin. vbi sup.

31 Item, non incidit qui operam rei illicitæ dando, vel etiam periculosæ, præter intentionem facit homic. non enim est voluntarius homicida, sed casualis: peccat tamen lethaliter, cum omnino casuale nō censeatur homicidium, sed culpabile, debitam licet adhibuerit ad homicidiū præcauendum diligentiam: quod si non adhibuerit peccat peccato homicidij, & etiam aliud, prout illicitum exercebat opus; & in casum forte incidit res. nam voluisse videtur, saltem implicitè, homicidium, eo quod cum ex se periculosum exerceret opus, neque cum posset debitam adhibuerit ad homicidium tollēdum cautionem, voluisse censetur homicidium: & hoc procedit, licet opus alias exerceret licitum, at cautione spreta, alioqui necessario adhibenda: honestas enim quantacunque periculosi operis, non eximit operantem ab obligatione cautionis adhibendæ ne homicidium fiat. proinde homicidij in vtroque foro reus habebitur. Quid autem tenendum sit de casu in reseruationem, iudicent viri docti; ego forte etiam non incidere probabiliter existimarem, omnino voluntario non existente homicidio, neque deliberato, vel intento quamuis temerè sit patratum: facit etiam quod reseruatio in dubio strictè interpretamur, cum quædam res sit non fauorabilis, imo pænalis.

Saluo

Saluo meliori semper, et iudicio saniori.

32 Omnino pro conclusione quæstionis puto fore animaduertendum, non qnem cunque actum, ex Florono vbi sup. n. 38. caussam homicidii prębentem, culpam inducere homicij; imo is tantũ id efficit, qui periculum continet occisionis.

33 Exemplo res fiet clarior. : ascendente vilico ad fructus decerpendos arborem alienam, & casu inde eo cadente, si quem sub arbore existentem casu opprimi contingat, absurdum, imo foret ridiculum eum asserere homicidij reum; in quocunque tandem foro: probabile in illo actu periculo non extante quenquam occidendi, quod pręcauere teneretur villicus. Peccauit igitur furti tantum peccatum, non item homicidij; proinde neque vllam facere cogendus ob id homicidium restitutionem. Flor. de casib. res. p. 2. cas. 4.

34 Quæri item aliquando contingit, num mater, aut nutrix, secum in lecto tenellum tenens infantem, si eum suffocare contingat, in casum incidat reseruatum.

35 Huic mihi vidatur casui respondendum, iuxta supradicta: nimirum pręter omne dubium fore lethaliter matrem, &c. deliquisse, quę suffocationis præuiso periculo, vel saltem omnino præuidendo, adhuc temere, & incaute secum infantem retinuit: & quidem culpæ attendenda erit grauitas, vel leuitas, ex parua adhibita, vel magna cautione ad tollendam suffocationem; item ex infãtis ætate, & id genus ad prudentis arbitrium, vel Confessarij.

36 Quod vero ad casum reseruatum attinet respectu homicidij voluntarij, dicerem cum non omnino infantis fuerit nex, & suffocatio volita, intenta, & deliberata, licet temere permissa, forte in reseruationem matrem, &c. non deliquisse: & hoc præsertim aliqua, ne suffocatio sequeretur, cautione adhibita.

37 Et licet huiusmodi sit homicidium indirecte volontarium, & in sua causa, & ob id ad homicidij culpam suffucanti tribui debeat in foro etiam fori, attamen quia, vt inquit Sup. cit. Luc. Flor. ibi n. 39. non est omnino intentum, & præ meditatum, & volitum, ab incurrenda puto reseruatione fore matrem excusandam. sub censura hoc subdo peritorum: in casu enim nostro nulla requiritur præmeditatio, sed voluntas tantum.

38 Item eximit à casu reseruato Flor. ibi, illum, qui ex iustitia aliquem tenetur à morte liberare, vel charitate, & id agere negligit, & ideo mors sequitur, quicquid sit de homicidij reatu in foro vtroque: saltem quoad illum, qui ex iustitia eripere quem à morte tenebatur: nam quoad obligatum ex sola charitate, dato reus in

con

conscientia sit homicidij, iuxta illud D. Ambros. *Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti*, non ideo tamē in foro tenetur fori quicquam rest. neque homicidij habebitur reus, iuxta commune Doctor. axioma, *peccans contra charitatem restituere damna non tenetur*.

De eo qui irę, vel insaniæ actus impetu aliquem occidit.

Cap. XVIIII.

1 DIuus Thomas, 1.2.q.6.art.6. cui adhærit Nau. in Man. Prælud. 6.n.2.& c.17.n.16.& alij, aiunt nullā intrinsecam passionem causare inuoluntarium: proinde qui subito iræ actus impetu, & rixa aliquem occidit lethaliter delinquit: quicquid autem sit de peccato, in casus puto non incidere reseruationem; nimirum quia non omnino voluntariè occidit.

2 Imo Graff. in Praxi l.1.c.14.n.45. hunc tenet non peccare: Sed hoc verum est, quando talis, ac tantus est iræ motus, & perturbatio, quæ inuoluntarium causat: secus si non omne tollat voluntarium: non tamen in reseruationem adhuc incidit taliter affectus si occidat: cum ad reseruationem in currendam omnem requiri censeatur voluntatem, vt sup.

3 Nota, quando simul plures insimul ad occisionem concurrunt, plures in reser. incurrunt, si voluntariè quem aggrediantur occidendo; nec excusantur, licet ex vnius tantum ictu mors sit illata: cum hij omnes simul, & singulatim homicidę censeantur voluntarij.

4 Idem valet, quando in rixa quis occiditur, at cuius sit ictu letali occisus ignoratur.

De homicidio voluntario in bello patrato.

Cap. XX.

1 DE Bello satis sup. Suo loco v. bell. vbi ostensum quatenus occidere in bello liceat, & quandonam iniustè quis in bello occidat, ad ibi a me dicta te remitto. Pauca ad rem nostram subdo.

2 Quotiescunque miles in bello occidit iusto, vt non peccat, sic neque in res. incidit. hoc patet.

3 Item innocentes licite occiduntur, at indirectè tantum, & præter intentū: v.g. pueri, senes, puellę imbelles, eo quod in ciuitate inclusi sint

e obsessa

obsessa, vbi fame interire coguntur, vel tormentis eo immissis casu feriuntur. &c.

4 Item miles in reseru. non incidit, qui in iusto alioqui bello, aliquem occidit, non zelo iustitiæ, sed priuato ductus odio: ast grauiter delinquit, & quidem contra charit. non iustitiam: iuxta sup. dicta de Iudice secundum iuris ordinem occidente, at malo, & iniquo animo. Cętera vide sup. de Bello.

De furiosis homicidium patrantibus. Cap. XXI.

1 DE furioso homicidium patrante, quod ad nostrum prop. spectat noto sequentia. Si quis propria culpa furore captus sit, aut amentia, v.g. propter amorem, &c. occisionem committat, vt non peccat, ita in res. non incidit, vt patet.

2 Excipe (quoad peccatum tantum) nisi furia, vel insania transacta de homicidio gaudium sentiat: at non inde cadit in reseruationem.

3 Idem de infantibus, ratione carentibus, ad lethaliter peccandum: dato etiam iam infantię superent ætatem, & septennium.

4 Idem de somno detentis, si in eo quem occidant: etiamsi sua culpa somno oprimi contingat: vel post somnum de cæde lætentur: at quoad hoc excipio: nam vtique in reserua tionem nō delinquunt, ast læthali se noxa affici constat.

5 Item si vigilans probe nouerat se talia patrare, neque ad homicidium præcauendum debitam adhibuit cautionem: quippe in hoc casu ei homicidium foret imputandum. Reseruatio vero forte non ita; ob rationes sup. dict. de operam dante rei periculosæ, neque debitam adhibente cautionem: non enim omne adest voluntarium, imo tantum indirectum.

6 Quod si data opera se somno dederit, vt eo detentus aliquem necaret, nedum lethaliter delinquit, verum etiam in reseru. labi censetur: eo siquidem euentu directè voluit homicidium: ac proinde ei in foro vtroque imputabitur homicidium: namque somno vsus est tanquam ad homicidium instrumentum, Couar. si furios. p. 3. in princ. n. 7. vers. Nam vero. hoc patet ex pari de dormiente data opera vt polluatur: qui, vt patet, non secus, ac si vigilans voluntariè pollueretur, delinquit.

7 Quod si debitam ne homicidium committeret, adhibuit vigilans cautionē, ut arma remouendo, cubiculum claui, &c. claudendo,

do, neque quid peccat, neque in ref. ibi, vt patet, censetur.

8 Quid vero, inquies, dicendum de eo, qui dormiens homicidium patrat, ad quod patrandum iam erat paratus, v. g. qui cum aliquo litem inierat mortalem, quem ad necem persequebatur, & cum solitus non esset per somnū quid simile patrare, attamē sic affectus dormitum iuit, ac ea motus fantasia in somno inimicum morte affecit? resp. quicquid sit de culpa cum tali affectu dormientis, & inimicum mortaliter odio prosequentis, tenendum omnino puto adhuc in reseru. non incidere; imo neque in foro fori ei imputabitur homicidiū; quod patet à simili de inimicum ad mortem quæsitum occidente sed cum ignorantia comitante; nempe beluam putatum; qui neque vt sup. in Recollect. habui, irregularitatem contrahit; vel excomm. si forte Clericum cum huiusmodi ignorantia occidit, quem ad necem persequebatur. Neque enim Ecclesia iudicat de occoultis, vt patet; neque illa ira semper causa est huiusmodi patrandi crimina, vel illam efficiendi immaginationem; imo causa tantum homicidij fuit remota. Vide sup. Flor. p. 2. ca. 4.

De Ebrijs homicidium in ebrietate patrantibus. Cap. XXII.

1 PAtet clarum apud omnes, ebrium in ebrietate aliquem occidentem nullius fore vel leuissimæ culpe reum: nullo tamen vsu vtentem rationis: proinde item patet neque in casus incidere reseruationem; & id procedit, dato in strenue, & inordinate potando deliquerit: attamen ebrietas accidit non intenta, vel directè volita, sed ad summum indirectè: neque ob id sequitur quod, & homicidium aliquam in se ccontineat culpam, cum neque indirecte fuerit voluntarium, imo accidentale; & hoc procedit præsertim ebrietate non præuisa, neque homicidio in ea patrando; cum non soleret etiam ebrius, quid simile committere. Idem ibi.

2 Imo dato solitum fuisse similia committere, ad huc tamen in reseruationem non incidit occidendo, quicquid sit de peccato in hoc casu: nam ad hoc non se inebriauit, vt suppono: ergo non fuit homicidium omnino voluntarium, & intentum; verum est tamen grauiter peccasse huiusmodi se exponēdo periculo se inebriandi, tum etiam homicidij in ebrietate committendi, cum sciret similia se alias patrare solitum esse: & præterea ei homicidium imputabitur in vtroque foro.

3 Quod si ad id patrandum, se inebriauit, studiose, & data opera: eo casu dic vt sup. de dormiente, nedū reū homicidij fore habendū, verū & in reseruationem proculdubio incidisse, cum verè huiusmodi fuerit ho-

micidium volitum, & intentum directe? Videndus D. Thom. 1.2.q. 77.art.7.apud Lucam Floronum de caf.ref.p.2.|caf.4.§.7.


4 Ex hactenus dictis habetur quis nam occidens in reseruationem incidat, et qui minimè. Super est aliqua breui subdere pro Confessarij rectè gerendo Officio, quoad homicidas absolutione donandos. Sit igitur primum admonendum Confessarium illud, non sat esse ab occisore dici, hominem occidi, ast personam exprimi oportet, vel circunstantiæ ratione, quæ quandoque facit specie mutare peccatum: tum item quia, esto Confessarius huiusmodi homicidium tollendi habeat facultatem à reseruante; attamen haud semper id valebit: nam occisus forte erit Clericus, quod homicidium patet suæ esse Sanctitati reseruatum, publico delicto; vel si Clericum pœnitens occidi mandauerit, consuluerit, vel suum præbuerit auxilium.

5 Longè magis Episcopo occiso, mutilato, vel percusso; pote quia huiusmodi est excomm. Papæ in Bulla Cænæ Dom. reseruata Maximeq. Cardinali occiso, etiam non Episcopo.

6 Præterea, si forte sit Romi peta occisus; huiusmodi quippe est occisor per Papam tantum absolutione donandus, eiusdem Bullæ Cęnę vi, & reseruatione.

7 Adhuc prudens curabit Confessarius, fieri omnino Pro damnis ab homicida illatis debitam satisfactionem, interim absolutione suspensa, si valet absoluere: possibili satisfactione præuia existente: impossibili vero, cautionem saltem, vt primum valuerit, exhibendi exigat Confessarius

8 Addat Confessarius, pænitenti ostendendo quàm huius criminis sit culpa grauis; cum inter omnia, quę homo patrare valet in hominem peccata, homicidium principem occupet locum, horrore, & atrocitate incomparabile: peccatum siquidem eo est grauius, quo maius infert nocumentum, vitam autem homini adimere, maximum est temporaliũ omnium nocumentum, ergo. Vide Sot. de iust. & iure, l. 5. quæst. 10. art. 3. & 5. Tho. 2.2.q.73.art.3.apud Flor. vbi sup. vnde sup. dicta de homic. fere vniuersa collegi. Cætera habes sup. v. Homicid. Bellum; vide ibi.



Qui

Quì se gerere debeat Confessarius cum sortilegis, maleficis, & incantatoribus, præsertim vbi supradicti sunt casus Episcopo reseruati, vt hic Brixię.

Cap. XXIII.

1 Confessarius huiusmodi sortilegorũ, maleficorum, &c. confessiones auditurus, omni debet diligentia à pænitente supradicta crimina patrante sciscitari habuerit necne vnquam in mente aliquem circa fidem chatolicam errorem hęreticalem: nam habuisse eo respondente, omnino ab eo absoluendo abstineat; quippe, vt iam sup. sæpe animaduersum habetur, hæresis Papę solius est tollere crimen. neque enim ipse valet Episcopus, qui supradicta sibi crimina reseruauit si adsit hęresis in intellectu per sortilegium, vel maleficium expressa ea tollere: etiam secreta; sic communis fert Doct. sent. & probabilius. Vide me in Recoll. v. abs.

2 Sortilegium, nomen est generale, quo quęcunque veniunt quæ diabolicis fiunt instrumentis.

3 Proinde nomine sortilegi veniunt deuinatores, Incantatores, Magi, Hariolì, Aruspices, & Malefici.

4 Diabolica sunt instrumēta, v. g. nomina, vel characteres incognitię ad quemcunque finemadhibeantur, vel ad bonum obtinendum; vt ad sanitatem, serenitatem, & id genus obtinendam: vel ad malum inferendum.

5 sortilegia omnia ad duas tantum species reducuntur: loquor de sortilegijs prout species sunt Magiæ operatricis, vel effectricis.

6 Magię effectricis sortilegium duplex habetur, hęreticale, aliud simplex.

7 Hæreticale, quod cum aliquo dicto, vel facto exercetur hęretico, aut Sacramentorum abusu, Sacramentalium, v. g. Aqua benedicta, cinere, oleo, & id genus; vel Euangelio, Psalmis, Pater noster, &c.

8 Nota, non omnis qui sortilegium adhibet hæreticale, ob id est hæreticus, nisi credat aliquid virtute fieri posse diaboli supernaturaliter, vel dæmoni aliquid deberi cultus, honoris, vel adorationis, quæ soli Deo conueniri Credit Christianus catholicus. Pro hæreticis huiusmodi tamen inforo habentur fori. Quod si intus rectè sentiant, dato pessime extra operentur ad aliquid patrandum, neque hæretici, neque sunt excommunicati, & in casum incidunt reseruatum, per Episcopum vel delegatum absoluendi.

9 Nota

9 Nota sub reseruatione supradicta sortilegij, Maleficij, & incantationis, quicunque actus reseruantur superstitionem sapientes : proinde qui aliquo modo superstitiosè quid egerit superstitiosum incidit ; modo cum culpa lethali faciet, nam aliqui dantur actus superstitiosi cum veniali tantum culpa, quę nunquam sub reseruatione cadit, vt sup. de homicidio dixi cum solo veniali patrato: qui enim ignoranter, solo implicito pacto superstitiose aliquid præstat, aliquando se reum venialis constituit noxę; si huiusmodi non sit crassa, vel affectata ignorantia. Vide Ignatium Lup. in Edict. S. Inq p. 7. L. 19. diff. 4.

10 Sortilegium vero, in quo pactum interuenit cum dęmone explicitum, nunquam ab lethali eximitur, neque à suspicione hæresis. Idem ibi, ex Saosa in Aphor. Inq. l. 2. ca. 38 n. 18. & 19.

11 Faciat omnino confessarius sibi à pænitente explicari num tacitè, an expresse inuocationem adhibuerit dæmonis : vel pactum cum eo tacitè, vel expresse inierit; inter se enim specie differre huiusmodi constat facta; & inuocationes. Idem ibi.

12 Illud aduertendum Cōfessario, ne quem absolutione dignum existimet, ex ijs qui sciunt aliquem aliquo modo expresse vel tacite dæmonem inuocasse in huiusmodi superstitiosis actibus, nisi prius iuridice denunciatione præstita, si valet; alioqui omnino sponsione habita, & fide de, statim, ac fieri valuerit, denuntiando.

13 Excipio, quoad tacitè tantum inuocantes, & ex ignorantia facientes, si parati sint, errore cognito, & per Confessarium edocti, statim resipiscere: neque enim huiusmodi, vt dixi sup. plusquam veniali sunt culpę obnoxij.

14 Extende supradictum n. 12. etiam nulla admonitione adhibita ad similia patrantes, & dæmonem inuocantes : nedum enim in eis emendationem intendit Officium S. Inq. imo & punitionem.

15 Quo vero ad ignoranter agentes, & sine lethali, prius admonendi : nullo fructu parto, & hij denunciandi, neque qui eos norunt absoluendi, denuntiatione non præmissa, iuxta sup. tamen limitationem adnotatam. Extat Edictũ super hoc ex Offi. S. Inq. nostræ Brixiensis. 1647.

De Maleficio, & incantatione, quatenus reseruantur ; & quì se gerere debeat Confess. cum Maleficis pænitentibus, & incant. Cap. XXIIII.

1 SVperstitionis nomine venit malificium, & incantatio : id patet ex communi.

2 Superstitio *est vana religio, qua qui Deo venerationem, & indebitum*

bitum exhibet cultum, & ei debitum alij dat.

3 *Maleficium ars est nocendi alii per dæmonis potestatem.* Tol.*l.* 4.*cap.* 16. *Vel est actus superstitionis, per quem maleficus, pacto cum Dæmone inito actiones suas ex eius præscripto dirigit, modos, & rationem ab illo petens, quibus aliũ in anima, honore, rebus, & c. lædere possit.*

4 Maleficium est species incantationis, quæ solis fit verbis, aut certis adhibitis rebus, ad molimen alicuius rei supernaturalis, ad corporum immutationem. Flor. de cas. res. p. 2. cas. 5. §. 4. n. 4.

5 Malefici dicuntur qui matrimonij impediunt consummationem, pueros lędentes, vel occidentes, &c & si in his, Sacramenta, Sacramentalia, vel res admisceant sacras vel dæmonem inuocent vt sup. de hæresi sunt suspecti. Vide Alph. à Castro de iust. hæret. pænit. c. 15. & Graff. p. 1. decis. li. 2. cap. 5. n. 22.

6 Maleficium ad maleficium tollendum adhibens in res. incidit. Item ad auferendũ malum illatum: non enim quæ sunt ex se mala, sunt facienda, vt eue-niant bona.

7 In reseruationem incidit, qui, licet non credat Dæmonem tacitè inuocari, attamen admonitus non abstinet. Caiet. in Summa, v. Demon. inuoc.

8 In casum incidunt, qui ob maleficium faciendum inuocant, adorantue Dęm. Item, qui Maleficio aliquem afficit: modo cum rerum sacrarum abusione, quod semper intelligi volo, ad incurrend. res. dato alias sine abusione earum vere quis maleficus, & incant. fieri valeat, & sortilegus.

9 Non incidit, qui ad maleficium destruendum, aliquam adhibet superstitionẽ; nulla re adhibita sacra: quicquid sit de peccato, vt sæpe sup.

10 Neque mandantes, consulentes, fauentes, &c. vt quis supradicta committat nefaria: cum tamen graui se noxa vrgeat, hoc ideo, quia facere, consulere, & mandare inter se differunt: at vbi pęna facientes afficit, mandantes, &c. non vrget, nisi in lege & ij expressi contineãtur; patet de homicidio, nedum quoad occidentes, sed & mandantes, consulentes reseruato. Nau. in Man. c. 27. n. 51.

11 Qui Malefico, vel sortilego dicit, solue ligaturas, si forte in ligaturis consistere norit Maleficium, sicut non peccat, ita neque in res. labi patet: nulla enim ibi dæmonis interuenit operatio, ad humana tantum: imo quicunque alius id tute efficere quiret. Nau. in Mand. c. 11. n. 29.

12 Maleficium, & incantatio inter se differunt in hoc, quod adhibet maleficus maleficium ad nocendum alijs: adhibet vero magus incantationem ad sui ostentationem, arte dæmonis.

13 Maleficium duplex est Amatorium, & veneficum; amatorium fit vbi maleficus animos flectit per illud ad impurum amorem, carnalem, &

vititum:

vetitum: vel ad abducendum ab alterius honesto amore, & odium inducendum; vt passim inter matrimonij fędere coniunctos factum experti sumus.

14 Duo sunt hic adnotanda, amatorium, nullam habet vim ad hominis liberam voluntatem compellendam ad amorem; alterum est notandum, si venefici res adhibeant sacras quascunque tandem, super intentione interrogentur, vt prænotatum fuit in principio, num quid contra fidem senserint: nam si liberum crediderint arbitreum per huiusmodi maleficas artes posse cogi, vt hæretici sunt puniendi: excipio nisi inculpabilis excuset ignorantia. Ita pegna p. 2. direct. Com. 68.

15 Maleficium vero veneficum, id est, quo Veneficus ad alijs nocendũ vtitur, vel in persona, aut rebus, infirmitates inducendo, mortem, sterilitatem, ad carnalem copulam impotentiam; nocendo animalibus, segeti, & ædifiijs, & id genus.

16 Rei nomine Sacræ adhiberi vetitę, venit in primis Sacratiss. Corpus Domini Nostri Iesu Christi, Sanguis eius, quæcunque alia Sacramenta, & Sacramentalia, v. g. aqua Baptisterij, benedicta, olea quęcunque Sacra, Euangelia, Sacra item verba consecrationis, Pater noster, scriptura sacra, Candelę benedictæ, Palmæ bened. Sanctorum reliquiæ, coronæ, grana indulgentiata, Agnus Dei, & similia quęcunque.

17 Qua vero ratione sibi valeat Episcopus reseruare hæresim sapientia, cum ipsa hæresis Papæ reseruetur, dico id iure facit: quippe reseruare intendit vbi in intellectu error circa fidem non adest, & cum pertinacia, sed tantum adest peccatum grauissimum citra hæresim, quicquid sit de præsumptione, & sic aliqui solent sibi Dæmonis adorationem externam reseruare: sunt enim qui cupiditate rei optatæ ducti, quæcunque non verentur patrare flagitia, quantumcunque hęresim sapientia; at intus fide retenta. Hinc dæmonem inuocans, vel expresse, & adorans ad alicuius rei optatæ consecutionem, si tamen non posse id dæmon ei pręstare credat, vel si credat, paratus est, admonitus, errorem dimittere, non censetur, nisi præsumptiue, hęreticus. Graui se tamen culpa afficit lethali. Vide Tol. l. 4 cap. 3. n. 3. Apud Hor. de casib. res. p. 2. 5. 1. §. 4. n. 6.

18 Noto differentiam inter hæreticale, & hæreticum, quæ est huiusmodi, hęreticale est quod hæretici solent facere, & vt plurimum hæresim continet, ob id qui illud agit, in foro fori iure hæreticus habetur. hæreticum vero, quod re ipsa hæresim continet semper. Illud per Confessarium ordinarium iure tollitur communi, at vt plurimum episcopi sibi reseruant, vt in casu nostro: quantumcunque hęreticale, nisi ipsam contineat hęresim. Hoc vero minime tollitur per Episcopum, cum semper ibi hæresim, Papę reseruatam, adesse supra dixerim. Hoc patet ex dictis Ignatij Lupi Bergomensis in sua luce in edictum S. Inq. p. 4 l. 23. art. 1.

art. 1. diff. 2. vbi quærit an differat blasphemia hæreticalis, & blasphemia cum hæresi coniuncta; nam illa per Confessarium tollitur quemcunque, nisi Episcopo reseruetur; ista, minimè, vel si sit secretissima, iuxta probabiliorem Sent. asserentem Episcopum neque in foro posse conscientiæ secretam soluere hæresim; vel quamcunque aliam in Bulla Cænæ reseruatam excomm. Vide quæ sup. in Recollectione v. Absol. ab hæresi, & Bullę Cænæ casibus.

11 Quod dixi de hæresi blasphemię coniuncta, non videtur dicendum de hęresi cum alio lethali coniuncta exterius patrato; v.g qui furatur cum animo, & mente quod non sit peccatum, cum tamen prohibitum sciat; vel qui fornicatur, &c. non enim ex huiusmodi criminibus oritur in videntibus suspicio quod fur, &c. sit hæreticus: secus, ex esu cib. prohibiti, vel sortileg. blasph. hęreticali, &c. Vid. Bon. t. 3. disp. 1. q. 2. n. 2. &c. sub censura dixi.



CAPVT MISCELLANEVM Pro Regularibus.

In quo prçter alibi suis locis à me relata, scitu maximè digna, ex nouissimis Franscisco pellizario, Bordono, Cespedes, Quintanaduenas, Lezana, portell. Roderico, Vidal in Arca Vitali, & alijs, breui compendio expediuntur, & facili.



TOre omnino operæ pretium duxi ad multorum Confessariorum, tum Regularium, cum & sęcularium scrupulos abigendos, aut sedandos, admonere, quod quando opiniones adsunt probabiles circa Sacerdotis ad audiendas Cõfessiones iurisdictionem, secundum probabilem valet opinionem Sacramentum administrare, vel probabiliori relicta. Secus vero aliqua circa Materiam, aut Sacramentorum formam lite vertente: sequi enim, hoc casu, probabiliorem tenemur, & amplecti sententiam. Hoc ideo, nimirum quia in priori dat casu Ecclesia iurisdictionem, in altero, nonita, neque valet; quando supplere defectum materiæ nequit, aut formę, quod solius est Christi, cuius & Sacramenti materiam, & formam est instituere. Proinde non semper tutior est necessario sententia tenenda, imo tutam sat est amplecti, & probabilem, quotiescunque Ecclesia huiusmodi supplere valet iurisdictionis defectum, & facultatem; & hoc nempe ne fideles innumeris implicentur scrupulis. Quamobrem, inquit Villalogos in summa f. 1. tr. 1. diffic. 13. n. 5. Maxime est animaduertendum, quòd dubio extante de vera aut Sacramentorum falsa mat. si forte sit falsa, aut insufficiens, Ecclesia defectum haud supplet, neque Sacramentum validat, esto Doctores infiniti darentur sufficientem esse existimantes: pote quia de iure sunt diuino Mat. & forma: neque per doctorum valent opiniones suppleri, vel Ecclesię decretum: secus diuersis Doctorum opinionibus existentibus in rebus ad iurisdictionem spectantibus, quam Ecclesię dare valet authoritas, & dat, v. g. si dubitetur num valide Clericus Matrimonio assistat, aut num à Sacramenti Pęnit. Ministro valide sit licentia obtenta, cum sit Sacerdos: aut vtrum sit priuilegium reuocatum, &c. ad iurisdictionem spectantia: valet enim in his Ecclesia supplere defectum, & supplet, esto priuilegium fuerit reuocatum, vel nulliter obtenta licentia, &c. adest. enim

enim error communis,& titulus coloratus,ratione cuius valide Sacerdos operatur, Ecclesia communi fidelium damno alioqui obuenturo occurrente: neque error solum communis, imo etiam Doctorum probabilis opinio facit vt det Ecclesia iurisdictionem esto contraria opinio forte sit vera,quam alii tenent. Præterea, si sit probabile quemdam posse Sacerdotem a reseruatis absoluere,vel censuris,aut excommunicare, suspendere, eligere Confessarium, &c. si cum tali opinione quis operetur absoluendo,&c. validè facit,ratio quæ sup. secus si quis à non Sacerdote à peccatis absoluatur;defectum enim characteris nequit Ecclesia supplere nisi per realem ordinum collationē,ob id nulliter absolueretur, neque error communis,aut titulus coloratus hoc supplere quibunt, cum de iure sit communi,id procedit etiam mortis imminente periculo pęnitenti, vel si Diaconus id præstare tentaret. Hactenus Villalob.ubi apud Dian. p.4.fol.mihi 22. quæ doctrina maximè est scrupulosis applausibilis Cōfessarijs, maximeque notatu digna. Vide etiam Arcam vitalem differtissimi Marci Vidal.inquis.1.ad fin.de casib.res.n.162.

Item ex patre Thoma Thambur. Doct. haud. imperito in Opusculis ante Opusc.primum in Monitione ad lectorem,admoneo quod quotiescunque opinionem quampiam probabilem,vel nō improbabilem(quod idem est) à me allegari compereris,tute eam, & innoxie sequi valebis, adque in praxim ducere:pote quia qui probabili motus ratione aliquid operatur,id prudenter operatur, hocque axiomatis loco habetur. Vide Vidal.vbi sup.& de iurisdictione inquisitione 3.per totum. Ioann. Sanc. disp 44.à n.1. vsque 10.

Item noto pro Regularib.quod id quod ad reuocationem spectat priuileg. Regularibus viuæ vocis oraculo concessorum, tenenda omnino,& memoriæ mandanda singularis doctrina Peyrini nouissimi, ac Doctoris eruditissimi t.3.priuil.cap.12.in const.18. Vrb. VIII.n.1.dicentis sub nomine generalis reuoc priuil. Regularium factæ per Greg.XV.& Vrb. VIII.nequaquam comprehendi ea, quæ à Greg. XIII. cęterisque eius prædecessoribus modo dicto sunt concessa Minimis, ac proinde cæteris communicata:quia per Const.ipsius Greg. XIII.relatam à Peyrino t.2.priuil.const.1.fuere confirmata,& ex certa scientia innouata; neque enim amplius veniebant nomine Viuæ vocis Oraculorum, quibus derogauit Vrb.VIII.& Greg.XV.Imo priuilegia facto fuere bullata vi talis Confirmationis,& innouationis Greg.XIII. & suam mutarūt naturam. Tenor confirmationis habes apud Pellizz.2.t.Man.ante princ.ad lectorem vnde hæc, & sequentia didici . Proinde adhuc in suo permanent robore, ac si a principio Viuæ vocis non fuissent Oracula,sed priuilegia bullata,quibus per Greg.XV.& Vrb. VIII.non derogatur.

Quin etiam cum Paul.V.die 13.Maij 1605.priuilegia ordinis.S. Domini-

minici per quoscunque rom. Pontif. per se, & sedem Apostolicam, etiam viuæ vocis oracula concessa autoritate Apostolica perpetuò confirmauerit, & approbauerit, illisque perpetuę, & inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adiecerit, ideo & quoad ea supradicta peyrini procedit doctrina, vsque ad diem 23. Maij. 1605. Hoc bene est odnotandum, ne per supradictos Pont. Gregorium XV. & Vrb. VIII. vt viuæ Vocis Oracula reuocari censeatur, sicut notat accuratus p. Franc. Pellizz. Man. Regul. t. 2. tr. 8. cap. 1. sec. 5 n. 131.

Addo, quòd cum ipsemet Greg. XV. 16. Octob. 1621. Patrum Theatinorum priuilegia per quoscunque Rom. P. P. concessa specialiter, vel per communicationem aliarum Religionum ex certa scientia, & plenitudine potest. simpliciter confirmauerit, & quidem sine illis clausulis, Quatenus sunt in vsum, & non sunt reuocata; seu sub aliquibus comprehensa reuocationibus, ac sacris Canonibus, & Conc. Trid. decretis non aduersantur, sicque reualidauerit etiam priuilegia alias reuocata, tum propria, tum & aliorum Ordinum eis communicata, & consequenter & ea, quę prædicto modo reuocata erant viuæ vocis Oracula; & iuxta doctrinam peyrini postea transierint in priuilegia Bullata, dicendum est pręfatam doctrinam extendi ad viuę vocis Oracula, quæ nō sunt in vsu, ac Sacris Canonib. & Decretis Tridintini obuersantur, non obstante clausula restrictiua Gregorij XIII. sup. relata, nimirum, Quatenus sunt in vsu. Sicut enim causa limitata limitatum item parit effectum, ita illimitata illimitatum; sed huiusmodi est Gregorij Confirmatio XV. ergo sub dicta confirmatione comprehenduntur viuæ vocis Oracula, quæ ab alijs excluduntur per clausulam restrictiuam, quatenus, &c. positam a Greg. XIII.

Item noto ex Laurentio Portell. Resp. Casuum Moralium p. 3. cas. 52. Dominum Papam Vrbanum VIII. reualidasse omnia eadem priuil. viuæ vocis Oraculo concessa P. P. Societ. Iesu anno 1624. 19. April. idque fecit absolutè, alios non excludendo Ordines: proinde non dubito cæteros Ordines gaudere omnibus sibi concessis priuil. viuæ vocis Oraculo: ita ille sub censura.

Hoc præmonuisse iuuat, ne tu lector, quando alicubi, presertim apud Lezanam, supradictas reuocationes identidem ingerentem, secus inueneris, omnino animo deijciaris, vel inermis sine confugio destituaris.

Capitis Miscellanei Sectio I.

1 NOto ex Ant. Quintanaduenas in singularibus Theol. Mor. ad sept. Ecclesię Sacramenta tract. 3. sing. 4. adhuc post Decretum

Clem.

Clem. VIII. vel Greg. XV. & cuiuscunque alius Romani Pont. vt Vrb. VIII. Regulares posse Confessarios absoluere, à casibus Episcopis reseruatis Sæculares, non quidem à reseruatis ab homine, & in tabella registratis casuum reseruatorum, sed per legem Synodalem, vel specialem Constitutionem, decretum, aut consuetudinem. Marc. Vidal. in Arca Vit. decas. res. inq. 1. n. 67.

2 Iam de lege communi nullus est qui Episcopo reseruetur casus. Vidal. in Arca Vitali de casib. res. n. 25. Quòd si qui sunt, per Conf. regul. adhuc tolluntur Franciscus Cesp. De exemptione Regularium quoad Sacram. Ministranda c. 4. n. à 6. ad finem vsque. Itē Pellizzar. tr. 8. n. 83. 84.

3 Si tamen in tabella reseruatorum sibi casus reseruauerit, qui de consuetudine Episcopis reseruari solent, vel de iure communi, si qui sunt, eo vtique casu reseruati, etiā respectu Regulariū Confessariorum, censebuntur. Alioqui respectu eorum nullus reseruatus casus censetur, nisi in ipsa recenseatur tabella: quod si negligantur in ea describi casus synodales Episcopis reseruati, contemni censentur. Cespedes ibi; & Marc. Vidal. ibi vbi sup. n. 67. vbi cum Multis disserte, ac fuse id probat.

4 Non obstat Clementis VIII. Decret. super hoc editum 1601. & eius declaratio 1602. potè quia in eo solum cauetur ne priuilegiati Regulares à casibus audeant absolutione seculares donare, quos sibi ab homine, & specialiter Episcopi reseruant, aut reseruabunt; non vero quos lex aliqua eis reseruat, Vidal. ibi. n. 67. &c. vsque 80. & 81. Neque quicquā valet obijceret Decretum Vrb. VIII. quod incipit Sacra Congreg. & refert. Bord. res. 6. n. 33. potè quia ibi tantum restringitur Regularibus facultas in casus Episcopales ab homine res. non vero à iure etiam particulari vt Synodi, & concil. Proincialis, nam ab his absoluere de facto valent Regulares; & hoc verum est, ait Vidal. ibi n. 80. tam per principia intrinseca, quam extrinsica, idest rationes, & auctoritates. Cum ergo casus reseruati per const. Prouinciales, aut Synodales à iure dicantur speciali reseruati, & per modum legis (cum neque per Episcopi mortē cessent, imo perpetuo durent) infertur posse per Regulares priuilegiatos iure tolli, modo etiam ijdem, & in tabella non contineantur reseruatorum ab homine, eo enim casu ratione indiuidualis reseruationis absoluere nequeūt, & sic communiter: licet ipse Vidal. etiam quoad hoc vltimum secus videatur sentire in fauorem Regularium n. 80. in fine.

5 Facit pro assertione, quòd sumus in odiosis, cum agatur de Pontificum restrictione quoad facultates absoluendi Regularibus concessas à casib. res. ob id stricte huiusmodi est restrictio interpretanda, & in benignorem partem; proinde Decreta Pontificia quibus Regularibus absoluendi demitur facultas, aut restringitur a casibus Episcopalibus, sunt interpretanda de casibus ab homine reseruatis, vt ex textus verbis

etiam

etiam apparet: ideo tutè quisque hanc nostram poterit sequi opinionem; imo supposito etiam, non tamen concesso, quod casus per Synodalem constitutionem reseruati, quamuis in tabella non reseruentur, censeantur reseruati, quod supra negatum est, hoc tamen non obstante adhuc Regulares valent eos tollere: nullo quippe modo inclusi in Pontificijs prohibitionibus censentur, vbi per Clem. VIII. habetur prout sequitur, Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel reseruabunt, quæ verba de casibus ab homine reseruatis intelligi debẽt, non per legem aliquam: quod si manent reseruati, quod negauimus, nisi in tabella recenseantur, id quoad Conf. Seculares vim habebit, non Regulares, per Paulum III. & alios priuilegiatos.

6 Et in Decreto Vrb. VIII. verba illa, Quoad Regulares, neque intra, neque extra Italiam in vim Priuil. aut confirmationum eorum posse quempiam absoluere ab ijsdem casibus in Bulla Cænæ, aut Ordinario loci reseruatis, tacitam habent relationem ad verba Clem. VIII. Sup. cit. quæ de casibus intelligi debent Episcopo reseruatis ab homine. Vidal. ibi n. 79. & Cespedes de exemptione Regul. cas. 142. num. vltimo.

7 Pro lucida huius quæstionis enucleatione, & clara intelligentia, omnino fore admoneo consulendum sup. cit. Marc. Vidal. nouissimum, atque accuratissimum huius materiæ Dissertorem, in sua Arca Vitali edita anno proxime elapso 1650. in qua luculenter hanc agit materiam, & precipue in indiuiduo quęrit an Religiosi Confessarij ab Ordinario approbati, tutè vi suorum priuil. licitè, & validè ab omnibus casibus nunc valeant temporis absoluere reseruatis, à quibus valent Episcopi?

8 Cui arduę, ac difficultatibus plenę quæstioni, consideratis, ac benè Religiosorum perpensis priuilegijs super hoc, tum antiquis, tum & nouissimis eorum confirmationibus, renocationibus, limitationibus, extensionibus, participationibus, renouationibus, & nouissimorum Pontificum decretis, cum nouissimorum Doctorum interpretationibus, explanationibus ad hanc vsque diem euulgatis 1651. per sequentes conclusiones fusè ibi, de casibus res. Inquisitione prima, à n. 25. respondit, validissimis munitas principijs, intrinsicè, & extrinsicè, rationibus nimirum, & auctoritatibus, à quibus ego mei memor instituti, & breuitatis studiosus supersedeo, contentus tibi Auctorem allegasse, vnde abunde, si lubet, doctrinam haurias, & sitim depellas.

9 Quarum prima huiusmodi ad verbum ferè est; Hodie de iure communi nullus datur casus Episcopis reseruatus; sic fere communiter Doctores: quibus ego addo Franc. Cespedes Tract. de exemptione Regularium, cas. 142. n. 3. Vid. ibi n. 25.

10 Secunda, etiam admisso quod aliqui dentur casus Episcopi reseruati ex consuetudine communi, quod non videtur asserendum, attamen

men adhuc Regulares approbati per priuilegia eos iure tollere quibunt:& hoc tutè asserit ibi n.40.cum Florono,& Iezana tomo 3 in Summa quæst.Regul.v.Casus res.n.3.Item Cesp.ibi n.9.

11 Tertia conclus.Regulares virtute Suorum Priuilegiorum etiam modo absoluere possunt ab omnib.censuris siue de iure,siue de consuetudine comm. Episcopis reseruatis. Hoc ex concess. Pauli III. Idem n.53. & 54.cui ego addo sup.dictum Cespedem casu 113.n. 2. Non obstat decretum Pauli V.sup.hoc editum anno,1617. quod nihil addit Decreto S.Congr. Clem. VIII.rationes vide ibi apud Cesp. Neque obstat Clementina Cap.Religiosi,in qua extat prohib. sub excomm. ne Religiosi absoluere præsumant ab excomm.vel sent. per statuta prouincialia, vel Synod. promulgatis , nam iam fuit annullatus ille textus per nouam Pauli III.concessionem factam Societ. Iesu anno 1545. & sixti V.1586. Imo ibi tantum vetitum extabat Regularibus, ne ab excomm.per legē Synodalem, vel prouincialem lata absoluerent.n. 66. ibi. Absoluunt etiam ab omnibus cens.per constitutionem Synodalem, vel statuta,aut sententias generales , vel mandatum gen. Episcopis reseruatis;ergo à fortiori ab illis.n. 67. Vidal. Non tamen absoluere valent ab excomm. ab homine. At valent ab interdicto , & suspensione, si istę duę censuræ non sint Episcopis reseruatæ per sententiam particularem , nempe ab homine per sententias determinantes in indiuiduo certam personam, sed tantum ingenerali . Nota circa interdictum Regulares absoluere posse ab interdicto personali particulari Episcopis reseruato per generalem Sent. vel statutum: à locali,minime, vel personali generali.Idem ibi n.63. Videndus omnino etiam Magnus, & eruditus Pat. Franc. Pellizzarius in Manuali Regul.t.2.tractat.8.c.3.n.85 & 86.de facult.absol. Sęculares à res.

12 Quarta concl.Regulares priuilegiati vbique modo absoluere possunt ab omnibus casibus,& censuris Episcopis reseruatis,vel per prouincialia concilia,aut per constitutionem Synodalem, aut statutum Generale. Ibi n.67 ex Peyrino de priuil. Regul.t.1.in Const. Vnica Pyrrhi §. 8.nu.40. Vide quæ sup.ego n.5.& 6.neque obstat Decret. Pauli V. vel Vrb.VIII.prout sup.ex Vidal. ibi n.74. & 79.

13 Quinta concl. Regulares modo de facto absoluere possunt in vim priuil.ab omnibus illis casibus Papalibus,quos Episcopi vi Concil.Trid. sess.24.de reform.cap.6.tollunt,delicto occulto n. 81. Ratio est nimirū quia huismodi casus de iure communi sunt Episcopales, à quibus Regulares vi priuilegiorum absoluere valent,vt sup. Dispensare autem in impedimentis nunquam valent Matrimonij, vt aliquando valent Episcopi, neque ab hæresi secreta vnquam valent, esto ex multorum sententia id pręstare queant Episcopi.excipe mortis articulum. Item Regulares

res vi priuilegiorum quoad forum conscientię quasi Episcopalem habent iurisdictionem, ergo de facto à casibus occultis Papalibus valent abnodare. Imo confirmationum vi priuilegiorum nedum valent supra casus Episcoporum, qui non sunt ab homine, vt sup. verum etiam supra plures Papales, à quibus de iure nequeunt absoluere Episcopi, nisi ab occultis, at illi etiam publicos tollunt quamplurimos; neque enim illis limitata fuit concessa facultas ad occultos per Pontifices Paul. 3. Sixt. V. & alios neque excipiuntur illi casus qui in Decret. Clem. VIII. anno 1602. continentur, nimirum. Violationis immunit. Eccl. in terminis Const. Greg. XIV. Violationis Clauf. Monialium ad malum finem, prouocantium, & pugnantium in duello, in terminis Concilij, & Const. Greg. XIII. Inijcientium manum viol. in Clericum, simonię realis scienter contractæ, & confidentiæ beneficialis, ab his enim omnib. etiam publicis iure absoluere valent, iuxta ac ante Decretum valebant. Vide Marc. Vidal de casib. res. n. 107. vbi dicit pro sexta conclusione.

14 Sexta conclusio, Regulares virtute saltem confirmationum priuilegiorum nunc tuta conscientia validè absoluere possunt omnes Christi fideles vndecunque venientes ab omnibus casib. Apostolicæ sedi res. etiam publicis, at in foro tantum conscientiæ, excipe in Bulla Cænæ cõtentos: proinde modo absoluere valent eos qui nominatim reseruantur in Decreto Clem. VIII. sup. cit. ibi Marcus Vid. de casib. res. inquisitione 1. n. 107. & hoc fusissimè probat, adducendo confirmationes priuilegiorum post Clementinum decretum factas ex certa scientia, & de plenitudine pot. à Paolo V. & Greg. XV. Ordini Theatinorum vt patet ex Comp. priuilegiorum eorum verbo, Confirmatio, §. 3. & 4. in vltima editione facta à Peregrino; tum etiam per confirmationem priuil. factam à Paulo V. Societati Iesu, & aliarum etiam Religionum. Cum ergo ante præfat. Decret. Clem. valide, & licitè absoluerent ab omnibus Papalibus, Bullæ Cænæ demptis, etiam nunc id facultatis habent, nam per communicationem omnes ordines supradictis gaudent confirmationibus: huiusmodi vero confirmationes non nisi ad censuras extendi ait; non vero ad casus ab homine Episcopis per tabellas reseruatos; pote quia quoad hos extat Vrbani VIII. decretum anni 1628. à Bordonio relatum res. 6. n. 33. in quo manifestè vetatur Regularibus facultas ab eis absoluendi, prætextu, & virtute cuiuscunque confirmationis priuilægiorum hactenus obtentæ vel obtinendę; secus de casibus Papalibus. De occultis in Clem. 6. casibus res. non dubito cum Pellizzario posse Regulares absoluere, vide eum t. 2. tr. 6. c. 2. sectione 1. quæst. 18. Diana p. 3. tr. 2. res. 16. hoc putò tutum, cum Vidal. ob nimirum ab eo ibi allatas rationes; quæ prius quæso videantur, quàm eius carpatur, & mea opinio.

15 Imouero iuxta Antonium de Quintanaduenas è Societ. Iesu nouissimum

nouissimum, pariter ac subtilissimum huius tractationis indagatorem in suis singularibus Thæologiæ Moralis ad septem Eccl. Sacramenta, de Sacram. Pænit. Singulare 14.15.& 16. Supradictum Vrbani VIII. decretum nihil ostare videtur neque quoad casus Episcopales, cum non sufficienter (vt ipse dicit) fuerit promulgatum, nam sicut lex non obligat non sufficienter promulgata, ita neque priuilegiorum obligabit reuocatio, quæ lex quædam est, & lex pontifitia, quæ ad hoc vt in toto Orbe obliget debet in omnibus diæcesibus, & prouincijs promulgari, ex Sayro, Tol. de sept. P.P.M.c.18. Med. Angelo, Sor. & alijs; cum ergo hæc reuocatio in diæcesibus non sit promulgata, vt fatentur docti, ibi non obligat.

16 Neque vt ipse ait, hæc lex obligat Religiosos, cum ad hoc vt reuocatio priuilegij concessi ciuitati, vel cuicunque Communitati aut Religioni obligandi teneat vim denunciari debet, & priuilegiato notificari, aut Superioribus priuilegiatorum, ex Azor.t.1.l.5.c.22.q.7. Bon. de priuil.d.1.q.3.p.8.n.24.& alijs; huiusmodi autem notificationem non fuisse factam fatentur Religiosi fere omnes, & Prælati, alioqui in litteris versatissimi, inter quos haud infimum sibi vindicat locum eminentiss. Card. de Lugo, decretorum solertissimus inuestigator, quem tamen dictam reuocationem latuisse ipse ait Quintanaduenas, cum ne verbum quidem de ea fecerit, cum de anno 638. suum edidisset de Pænitentia opus, annos post decem à Decreti Vrbani editione; hoc autem indicat haud satis, & sufficienter fuisse publicatum.

17 Ex supradicta Quintanaduenas doctrina clarè videtur posse inferri, Regulares visuorũ priuil. nempe sixti IV. Vrb. IV Eug. IV. Iulij II. & Pauli III. adhuc, non obstante Conc. Trid. Clem. VIII. Decreto super Casib. res. nec nan Pauli V. & Vrbani VIII. decretis in confirmationem Clemẽtini, posse absoluere etiam à casib. Episcopo ad libitum in tabella reseruatis, non secus ac poterant ante Concil. Trid. & Decretũ Clem. VIII. & hoc virtute Confirmationis Pauli V. & Greg. XV. sup. relatarũ ex Vidal. ibi n.110. cum omnino derogatum videatur Clementis decretum nedum quoad censuras, sed etiam quoad casus quocunque tandem modo Episcopis reseruatos. Quid vero tenendum, docti videant; interim negantium non puto sententiam deserendam, potè communissimam, tutiorem, & probabilissimam, & è contrario, hac singulari existente, nulloue, quem viderim munita teste, dempto hoc Quintanaduenas, qui principijs ductus intrinsicis tantum, nullo patrono hanc tutatus est, ibi per tria singularia satis docte & probabiliter. Memini me sup. de absol. à censuris quoad sex casus sup. dicti Clem. Edicti secus censuisse n.31. & alibi probabili Doctorum opinione ductus; at iam melius re perpensa, & Doctoribus in consilium nouissimis adhibitis, qui ex professo hanc

tractant materiam, cum eis sentire iuuat, eorum rationibus considera-tis. & prout sup. confirmationibus visis priuilegiorum, post Decretum Clem. præsertim Greg. XV. non obstante item reuocatione (dato etiam sufficiẽter sit promulgata (Vrbani VIII. quæ non militat nisi quoad casus per Episcopos ad beneplacitum in tabella sibi reseruatos, vt sup. innui. proinde ab illis 6. casibus in Clementino decreto Papæ res. (nimirum violat. imm. Eccl. Clas. Mon. ad malum fin. duelli, manuum iniectionis in Cler. Sim. realis, Simon. confidentialis in benef.) demptis Bullæ Cænæ casibus, & qui ab homine Episcopis in tabellis retinentur, iure probabilissime iam, & tute absoluere valent haud secus, ac ante Clem. valebant, & Concil. Trid.

18 Item Regulares priuilegiati à censuris in Edicto DD. Inquisitorũ cõtẽtis probabiliter absoluere possunt: Saltẽ facta denũciatione, vel cessãte obligatione denuntiãdi modo tamen ex formali nõ procedant hæresi. Portell. in Addit. ad dub. Regul. v. Sollicitare fæminas, n. 24. apud Marc. Vid. vbi sup. de casib. res. inquisitione 1. n. 150. Noto ab omnibus sup. dictis cens. posse Regulares etiam extra Sacramentũ beneficium impendere absolutionis, at in foro conscientiæ tantũ: & hoc licet in priuilegio forte addatur, audita prius confessione, nam illa verba de peccatis, non vero de censuris intelliguntur. Vide Pellizz. t. 2. tr. 8. c. 3. n. 87. Diana p. 1. f. mihi 76. res. 8. ego nihil de meo.

19 Nota, licet, vt sup. dictum fuit, tantum valeant Confess. Regul. erga Seculares absoluendos, quantum Episcopi valent, vi Conc. Trid. imo plus, vt sup. n. 13. attamen excipio Bullæ Cænæ casus occultos, qui ex quorundam sententia Doctor. per Episcop. vtique iure tolli posse censentur.

20 Regulares cum sæcularibus in irregularitate non dispensant. portell. in responsionibus cas. Mor. p. 1. c. 3. n. 1. Limito, nisi Religiosi statim fieri velint Item ex quorumdam sententia excipi valet irregul. ex delicto, quæ inter censuras numeratur. Franc. Pellizz. in Man. t. 2. tr. 8. c. 3. n. 90. Suadeo tamen, etiam quoad hanc, vt abstineant, ne inde forte, vt ait Portell. Episcopi offensi conquerantur.

21 Noto item ex disertissimo, & accuratissimo Marco Vidal in Arca de Euch. Sacramento inquis. 2. in fine n. 58. vbi quęstionem epilogat more suo, qua quærit num Regulares possint licitè sine licentia Parochi Eucharistiam Sæcularibus ministrare, noto inquam Regulares per priuilegia Pontif. ibi fusè allegata, posse licitè nulla Parochi habita lientia, vel ipso Paschatis die ad adimplendum de Eucharistia Sumenda Præceptum Sacrum quibuscunque Fidelibus Pabulum porrigere, & ministrare. Præterea, & in mortis periculo Viaticum ad ægrotos defere, inscio etiam Parocho. Peregrinis item dant, & aduenis, vel iis qui iam

in

in Parochiali precepto satisfecerunt, aut satisfacient, vt infra subsect. vlt. n. 27. dixi ex Rodr. in Comp. qq. Reg. res. 127. n. 3. ad fin. Testes habeo quoad hoc vlt. Diana p. 4. Miscell. tr. 4. res. 81. ver. Verum ego vbi adducit Suar. Fagundez Laym. Conich. Fill. t. 1. tract. 4. c. 9. n. 265. Ratio est, pote quia satis menti Pontificum satisfecisse constat, qui illum diē Paschatis in priuilegijs reseruauerunt, quia intendebant quòd semel saltem in anno, & hoc tempore Paschatis, in Parochiali sumerent fideles: proinde qui v. g. die Iouis Sancti in Parochiali se Sacro Pabulo recreauit, vel alio infra octauam intendit id præstare, non est cur in Ecclesia Regularium die Paschatis communicare prohibeatur neque cur illi denegent petenti, alioqui bene disposito.

Capitis Miscellanei Subsectio II.

1 AD Episcopum spectat extractio reorum à Monast. in casibus à iure concessis, vt eos Curiæ consignet sęculari; non vero ad loci Prælatum regularem.

2 Religiosi immunitate gaudent Ecclesiarum vbicunque, præterquam in proprio Monasterio, vel Eccl. Non possunt Religionum Prælati condere statutum, ne superiores locales in suis valeant Monast. reos confugentes admittere. Occidens suum Generalem, vel crimen in eum patrans, pote qui Principis locum tenet immunitate priuatur Eccl. secus de alios inferiores offendentibus Prælatos.

3 Prior localis eo ipso, quod in Prælatum eligitur fit subditorum Parochus, & eorum valet Conf. Sacramentales auscultare, imo & aduenarum in suo Monast degentium. Non possunt ad confitendum sibi Pręlati subditos compellere: nisi forte ratione casus res. Item Magister Nouitiorum eo ipso, quod ad id Muneris eligitur, eorum valet confess. audire.

4 Prælati Regulares Maiores, v. g. Prouinciales, & Gen. non solum tantum potestatis habent in subditos pro absolutione, quantum Episc. in diæcesanos, imo multo plus, nedum in foro consc. sed, & foro externo: possuntque in alijs delegare. Quòd plus valeant inde Patet, nam a quocunque valent subditos crimine absoluere, etiam publico, (nisi forte excipias Bullæ Cænæ, id autem etiam de Episcopis communius habetur vt sup. sępe) Episcopi vero minime, nisi ab occultis id præstare queūt, si Papæ sint reseruata. Bordon. vbi infra.

5 Concessio facta Episcopis in Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. gaudent Prælati Regulares, non solum priuilegij vi Pij V. verum etiam ipsius Concilij virtute, ita vt ibi saltem implicitè sit sermo etiam de eis,

faltem quoad Gener.& prouinciales.

6 Ille Superior, qui ad Confeffiónes fratrum non valet fubditum approbare, ita neque fubditum licentiare vt extra ordinem fimplici cófiteatur Sacerdoti Extra tamẽ Monafteria,nifi habeat frater fratrẽ fui Ordinis,cuicunque valet Sacerdoti Simplici confiteri: idque ex Multorum Pont. Priuilegijs,& Mare magno relato per Franc. Bordonio Varijs ref. refolutione 2.n. 24.exquo fupradicta collegi omnia huius fubfectionis vfque huc.refolt. 1.& 2.per totum.

7 Tertiariȩ in proprijs domibus manentes, his temporibus fubiectæ funt Ordinario,neque confiteri valent nifi approbatis per Epifcopum, neque Religioforum gaudent Priuil. At huiufmodi Tertiariæ, aut Sorores priuilegijs vtique gaudent Religionis, et à iurifdictione funt Epifcopi immunes, fi virginalem,aut vitam cælibem, aut caftitatem viduilem ex voto teneant: etiam domi manentes.Quare Prælati,ab Ordinario tamen approbati, eas ab omnibus abfoluere valent cafib. ęque,ac Fratres,neque quoad caf.ref. Subduntur Epifcopis.

8 Nota facultatem quam habent Prælati Regul. abfoluendi Subditos à quocunque cafu, & cenf.extra Bullam Cænæ eandem extendi nedum ad Pręlatos Maiores, fed etiam ad locales, & eorum Vicarios illis abfentibus.Excipe,nifi in Ordine aliter forte ftatutum reperiatur,& prædicta facultas Maioribus Pręlatis referuetur. Præterea ad forum etiam externum,& publicum,v.g. ad publicum Clerici occiforem.

9 Cafu quo aliquis Relig.effet excommunicatus nominatim ab aliquo iudice competente,v.g. à Sacra Congr. Eminentiffimo Protect Legato à Lat. Inquifitore, aut Epifcopo, qui quandoque vt delegatus in Regularem habet iurifdictionem; &c. probabilius per fuperiorem Regul.abfolui nequiret;etiam in foro confcientiæ. Idem de Nouitio,qui ante ingreffum forte fuit excomm.nominatim,vt fup. Nifi forte fatisfacta parte, eo enim cafu tenet Rodr. t. 1.q. 20.art.6.q. 61. poffe abfolui etiam per Regularem Confeffarium, etiam laicum nominatim excommunicatum:at communior eft in contrarium fententia.

10 Ad aliquem abfoluendum delegatus,vel licentiatus etiam quoad omnia, non valet huiufmodi delegationem totam pro fe alij delegare Confeffario:valet cafum aliquem; fecus de Pręlatis delegationem habentibus ad foluendum alios indiftinctè, vt funt Regulares,qui alteri valent pro fe facultatem delegare;item quia à Prencipe delegatur fubdelegare valet, Prælati autem Regul. Papæ funt delegati. Item,ad vniuerfitatem delegatus caufarum, valet aliquam fubdelegare caufam nifi expreffe prohibeatur. Rodr.t. 1.q. 21.art.8.

11 In contemptum Clauium peccans Regularis Papæ referuatè, per Pręlatum abfolui nequit, etiam fine hærefi formali,fed quia non vult

fe

se potestati submittere Eccl. cum tamen habere credat potestatem ; vel quia præceptum credit esse iniquum, & indiscretum.

12 Prælati Regul. valent absoluere subditos etiam à casibus Bullæ Cęnę etsi sint publici, quoties legitimo detinētur impedimento, quo minus Papam adire queant; neque sistere se tenētur cuicunque alij, vel Legato à latere, pro absolutione obtinenda: sicuti neque sęcularis, sed ab Episcopo ab excomm. abstringi valet quacunque, nulla extante obligatione legatum ad eundi: excipe, nisi enormiter Clericum percusserit, vel Monachum: eo enim casu Legatum, si quit adiri, adeat. At impedimento euaso, vel mortis periculo Papam fore adeundum constat: etiam quoad Regulares, Moniales vero semper, & in quocunque valent casu, nulla se pręsentandi Papæ relicta obligatione, absolui, etiam ab hæresi, cum earum sit clausuræ perpetuæ perpetuum impedimentum.

13 Superior non tenetur concedere facultatum Pænitenti pro casu res. per se petenti alii confitendi: si vero per Confessarium petat, concedat omnino, neque se difficilem exhibeat, & hoc sub graui tenetur culpa pręstare: qui enim nimis emungit, Sanguinem elicit. Ita Miranda t. 2. q. 35. art. 9. apud Franc. Bordonium in Varijs res. res. 3. ad finem, vnde sup. dicta a n. 7. colligi.

14 In Religione deputatus Confessarius pro Fratribus â Generali, totius Religionis Fratrum audit confessiones; à Proinciali, totius prouinciæ, & hospitum; à Priore, totius conuentus, & hospitum. Non sufficit deputatio, siue approbatio sperata de futuro, aut ratihabitio: pro valida absolutione; sufficit vero si adsit depręsenti, & aliquo sit signo externo significata: v.g. si superior videat Fratem cuidam non opprobato confitentem, & tacet. Quando quis confitetur Frater deputato pro v.g. Sacerdotibus tantum, si ipse non sit Sacerdos nulliter absoluitur. Quod si simpliciter pro omnibus approbato confiteatur, licet deinde statuatur â Superiore vt Sacerdotes tantum audiat, si non Sacerdos ei bona fide confiteatur tenet absolutio; secus si mala id fide faciat confitens, non quidem defectu iurisdictionis Confessarij, sed malam ob dispositionem pænitentis, modo illud statutum ad mortale sciat obligare, secus si solum, sub veniali ex quadam directione, vt fieri solet vt plurimum in deputationibus Confessariorum pro certo ordine Fratrum.

15 Superior valet Nouitium Sacerdotem ad Confessiones Fratrum deputare: huiusmodi deputatio valet & pro nouitijs absoluendis, pro Tertiarijs in Conuentu degentibus: secus de domi parentum degentibus. Non valet pro Monalibus, imo Episcopi specialis pro Monialibus requiritur approbatio. Item neque pro sęcularibus seruitoribus laicis, particulari Seruientib.

16 Si in Constitutionibus Religionis fieri pręcipiatur omni hebdomada

mada Confessio per Fratres illius Relig. culpa detenti lethali tenentur Sub lethali, detenti veniali, sub item veniali tantum tenentur. Imo Probabiliter neque mortale habentes, sub mortali videntur teneri vi solum constitutionum, quæ sub tanto non videntur rigore obligare. Caiet. t. 1. opusc. t. 5. q. 1. apud Bordon. vbi sup. res. 4. n. 19.

17 Non possunt huiusmodi simplices Confess. pro Religiosis absoluere â casibus Papalibus, vel in Religione reseruatis, speciali præcisa licentia. Videndus Bordon. Variæ resol. res. 4. pro sup. dictis omnibus à num. 14.

18 Omni superiores facultate concessa ad absoluendum, etiam à censuris concessa venit, quæ simul est cum casibus annexa reseruatis. Item, casibus datis reseruatis, & cebsuræ eis annexæ veniunt. Laur. Portell. Dub. Regul. v. cas. res. n. 3. & 4.

19 Regulares Confessarij, imo quicunque alius approbatus valet absoluere pænitentem casus reseruatos, & non reseru. habentem, vtrisque auditis, nimirum reseruat. s, & non res. etiam nulla adigente necessitate; obligatione tamen manente in pænitente Superiorem adeundi pro directa absolutione à reseruatis obtinenda; & sufficit ei sola aperire reseruata, quæ ab inferiore solum indirectè fuere ablata. Bordon. res. 39. n. 43. non debet tamen, citra aliquam causam id pręstare: at si facit tenet absol. quicquid sit peccato Confessarij.

20 In foro conscientię à Regulari Confessario, vel quocunque alio à censura absolutus, secrete ea valet omnia pręstare, quæ, antea poterat non censuratus: neque noua indiget absolutione lite finita, etiam in foro externo, modo fuisse absolutum constet in foro interno, & omni remoto scandalo. Bon. t. 1. fol. 434. n. 1. &c.

21 Non desinam hic adnotare pro Religiosorum tollendis, vel scrupulis sedandis circa euitationem eius, qui Cleric. percusserat, & dispensationem ab irregularit. ob homicidiũ quoad Prælatos respectu subditorum ex Laurent. Portell. in resp. ad Cas. Mor. p. 1. cas. 6. num. 4. vbi ait prout sequitur videlicet, Ad secundum dico (loquens de quodã iuuene, qui coram tribus occiderat testibus seruum) hoc homicidium fuisse publicum, at non notorium: colligitur ex Nau. in Summa cap. 25. n. 73. vbi ait diuersum esse peccatum publicum, & famosum à delicto notorio: nam famosum, & publicum esse potest id, quod vnus, vel duo, aut tres tantum viderunt in secreto, sed postea fuit diuulgatum, inde per famam fuit factum publicum. Notorium autem est, quod in loco sit publico, & multis videntibus: vel illud quod euidẽter scit maior Populi pars, aut Collegij. Nota, verbum, scire, & euidenter. De hoc autem homicidio non sciuerunt euidẽter nisi tres præsentes, tota vero Ciuitas (fuit enim factum homic. apud ciuit. & ibi diuulgatum) sciuit non euidenter, sed ex

trium

trium reuelatione. Inde infert Nau. ibi, pauciorem numerum, quam sex personarum non facere notorium, quando illi non sunt maior pars illius Congregationis, cuius respectu dicitur notorium. Proinde ait non esse euitandum tanquam notorium Clerici percussorem illum Religiosum, qui in refectorio, vel Sacristia manus intulit violentas in Religionum, si ibi aderant pauciores sex; hoc autem inquit Portell. maxime est adnotaudum, ad quotidianos scrupulos Sedandos; imo ex Farin. tomo de Inquis. q. 21. annot. 11. & seq. Maxime n. 47. f. 185. ait ad notorium requiri decem testes. Vide etiam ibi n. 49. & 55. Item Gloss. in cap. Manifesta 2. q. 1. vbi dicit quòd illud, quod sciunt quinque occultum dicitur. Hoc facit ad sciendum quandonam Prælatus cum subdito, in irregul. ex homicid. dispensare valeat delicto non notorio, licet sit famosum, aut publicum. Poterunt igitur Prælati cum subdito dispersore in homicidio voluntario, etiam Manifesto, publico, modo non sit notoriũ, iuxta supra dicta. Adest Martini V. priuilegium Benedictinis concessum, & alijs ex participatione, quo cõceditur vt prior absoluere valeat ab omni censura Eccl. etiam Papali suos subditos, & in omni irreg. dispensare ob homicidium videlicet, & membrorum obtruncationem, &c. dum tamen aliquid dictorum non sit notorium. Hactenus Portell. ibi. Procedit etiã quoad eos, qui huiusmodi patrarunt delicta ante ingressum in Relig. Relata tantum volui referre, nihil de meo adstruere lubet, cum alibi tantum ab irregul. ex homicidio occulto posse dispensare innuerim; quanquam ex Glossa vbi sup. & homicidium quinque notum personis est etiam occultum.

3 Tenet quandoque absolutio Regularis elapso anno, ad quem fuit approbatus, collata si v.g. forte absit Episc. & Vic. Gen. nullaue haberi valeat confirmatio, vel licentiæ prorogatio, & alioqui necessitas vrgeat Confessionum auscultandarum, pro v. g. Populi vtilitate, modo interim per litteras, alioue modo procuretur; ratio, nimirum quia præsens adesse Episcopi præsumitur ratihabitio, & consensus de præsenti, Bordon. res. 20. n. 16. vers. quæres quintò. Idem à pari currit de eo qui anno approbationis elapso absoluit ex inaduertentia finiti termini, vel obliuione; vel certe si ad biennium facta credatur, cum ad annum fuerit tantum, Ecclesia eius suppleute defectum, bona præsertim fide intercedente. Videndus Franc. Pellizz. t. 2. tr. 8. cap. 3. num. 62. vbi quærit an Confessio facta Regulari communiter existimato approbato sit valida, esto non sit approbatus? Resp. esse, si titulus adsit coloratus, & error communis, modo sit Sacerdos: secus minime; nam Sacerdotis Character in ministro Pænit. iure requiritur diuino, neque huiusmodi valet Ecclesia supplere defectum; supplet vero in Sacerdote iurisdictionis defectũ, & approbationis, quod est iuris Ecclesiastici, dicitque talem esse com-

munem

munem Doct. sent. Cum Sanch. l.3. dematrim.& hoc ob commune bonum vt tradunt communiter. Imo dicit Diana 2. p.tr. 16.2.45.cum Basil.Pontio,& Sanch.in Select. disp· disp. 44.n.3. non requiri titulum col. sed satis esse errorem adesse communem ad hoc vt gesta valeant in foro tum externo, tum & conscientię. Notent hæc(ait ille) Confessarij, quia hęc opin.est noua, & probabilis, atque bono communi consulit; proinde dicendum est Regularem qui se publice exponit ad audiendas Conf. validè absoluere, esto non sit approbatus; quippe qui ratione erroris comm. præsumitur approbatus, hoc ipso quod publice se exponit: alioqui pænitentes illaqueati semper manerent. Præterea, inquit Diana, p.3. tract.4. res. 122. si pænitens sciat priuatum esse Confessarium iurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, & populus, poterit Pænitens petere ab illo absolutionem, & validè habebit. Ita illi, de meo adstruere lubet nihil. Videqué sup. in principio Miscellanei. Item Ioann. Sanch. in Select. dis. disp. 34.a n.1. vsque 10.& præsertim n.3. per totum. At omnino videatur Marc. Vidal. in sua Arca Vitali de iurisdict. inquisitione 3. per totum præsertim n.36. vbi ait non obstare Sacræ Cōgregationis de clarationem sup. Conc. Trid. ses. 23. de reform. c. 15. vbi dicitur, quòd ille qui confessus est Sacerdoti non approbato nulliter fuit absolutus; nam vtique id verum apud omnes habetur; at si confitens id ignoret, vel putet approbationem non requiri, ob fidem quam habet in Sacramentum apud Deum manet absolutus. Si vero postea sciat non fuisse à approbatum, vel requiri approbationem, denuo confiteatur; non quod prius non receperit Sacramentum, & gratiam, sed quia tantum indirectè fuit absolutus; vt patet de eo qui inculpabiliter aliqua omittit peccata mortalia in Conf. facta approbato, quę postea si meminerit debet aperire in futura Conf. esto fuerint indirectę Sacramentaliter absoluta. Quod si communiter credebatur Sacerdos approbatus, ratione erroris communis valide absoluitur pænitens, nulla manente obligatione, scito errore iterum confidendi; vt patet de Parocho intruso, & nulliter electo facta confessione, quæ non est reiteranda, cognito de collationis beneficij nullitate. Supradicta procedunt præsertim de eo qui aliquando fuit approbatus, sed tempus approbationis expirauit, at populus id ignorat communi errore: Sacrę vero Congr. declaratio loqui videtur de nunquam approbato, qui non habet titulum coloratum approbationis: sub censura.

18 Si dubium sit num pænitens in casum inciderit reseru. etiam Bullę Cænæ, simplex valet Confessarius absoluere, etiam si sit publicum dubium, vel si dubitetur, quoad cas. Bullæ Cęnæ, num sit ibi reseruatus. A casibus enim quibuscunque res. dubio de reseruatione vertente, etiam inferior absoluit; est enim reseruatio odiosa, & proinde restringenda.

Vide

Vide Franc. Pellizz. in Man. t. 2. tract. 6. cap. 2. n. 65. Item n. 16. Contrà Steph. Quaranta. v. Casus. fol. mihi 146. quoad casus Bullæ.

19 Localis valet Prælatus sibi quemcunq; ex vndecim casib. in Clementina cōtētis reseruare, vel etiam omnes: non vero alium. Valet vero de capituli Prouincialis consensu etiam alios bene sibi visos reseruare. sunt autem casus infrascripti nimirum. 1. Veneficia, incant. & Sortil. 2. Apostasia à Relig. etiam habitu retento. 3. Nocturna à Monast. egressio. 4. proprietas quę sit p. m. 5 Iuram. fals. in iuditio. 6. procuratio abortus fætus animati, etiam effectu nō secuto. 7. Falsific. sigilli, seu manus officialium Monast. 8. furtum de reb. monast. 9. lapsus carnis consummatus. 10. Occisio, vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ. 11. Apertio litt. vel impedimētū earū ad superiores spectātiū. Pell. ca. 1. ibi Proinde patet ibi ex eodem Pellizz. n. 4. quęst. 4. Prælatum non posse localem in casu aliquo certum aliquod peccatum commissum sibi reseruare, esto in suo sit monasterio commissum, & hoc stante Clementina Constitutione edita anno 1594. Imo Bordon, ref. 37. n. 31. 32. mordicus sustinet nullum posse casum loci prelatum inferiorem sibi reseruare, etiam ex illis vndecim sup. enumeratis: at posse prouinciales, & Gen. Sed de Capituli solum matura discussione, & consensu, secus non valere ait reseruationē: Vide etiam n 46. Item in cap. potest. aliquorum casuum fieri reseruatio pro vno conuentu, non pro alio, prout expedire visum fuerit. Non reseruant quoad Nouitios. Pellizz. t. 2. tr. 6. c. 1. n 71.

20 Nota Regularem, & quemcunque alium, qui excōmunicatus est reseruate, & casus habet res. Si celebrandi habeat necessitatem, & desit qui valeat absoluere Superior, debet inferiori confiteri non reseruata Mortalia si habet, si nō habet, venialia, vel etiam mortalia alias rite cōfessa, vt sic ab his directè absoluatur, & à reseruatis indirectè, manente Excommunicatione illis annexa: pia enim mater Ecclesia vrgente necessitate communicandi non creditur vrgere pęnitentem ad non confitendum, & ad verè cōterendum vt se in gratia constituat: n. 67.

21 Non potest Capitulum Generale concedere facultatem prelato Regulari reseruandi sibi pro libito peccata, non obstante Clementina sup. dicta. De lugo de pænit. sect. 4. n. 46.

22 Prælati Regularium audire non possunt Subditorum Confess. nisi sponte eis confitentium, aut casus reseruati ratione, obstante Clementina, Pellizz. ibi tr. 6. c. 1. q. 30.

23 Prælatus Regul. facultatem daturus in reseruatos valet inquirere criminis qualitatem, & pænitentiam præscribere iniungendam, sine tamen vlla delinquentis manifestatione, q. 32.

24 Facultas concessa alicui Regulari vt absolui valeat pro hac vice à reseruatis, extendi valet ad peccata post obtentam facultatem patrata,

sed ante absolutionē. Secus si facultas detur absoluendi à quodam pecc. pro quo petitur. q. 38.

25 Noto, dari posse casum vt simp. Confess. valide absoluat peccantē in Bullam Cenæ, at sine vllo incursu excomm. casus enim sine Excommun. non reseruatur; v. g. si quis librum hæretici hæresim continentem legat, cum sciat lectionem quidem esse prohibitam, sed sub excommunicatione ignorabat esse prohibitam: cum in hoc casu nulla incurratur censura.

26 Nota Probabile censeri quod ille qui ab Episcopo delegatam habet facultatem absoluendi v. g. à casibus blasphemiæ tantum, non ab alijs, posset, & is alij pro aliqua vice alij subdelegare: videtur enim quodam modo delegatus ad vniuersitatem causarum blasphæmiarum, constat autem delegatum ad vniuersitatem causarum, causam posse aliquam singularem subdelegare. Pellizz. ibi. cap. 2. n. 84. Item Pęnitentiarij casus valent subdelegare reseruatos. n. 86. nec ab Episcopo impediri valent, cum ex iure comm. possint pęnitentiarij subdelegare. n. 87. Si Episcopus Excommunicetur, suspendeturue, & denuncietur, eius reseruatio ab homine facta cessat: non item per constitutionem, quoad Confessarios Seculares; nam adhuc lex viget, & reseruatio eius. Noto, valide absoluere â res. inferiorem Conf. mortuo Episcopo, licet ejus mortē ignoret, si reseruatio erat ab homine. Idem ibi n. 88 89.

27 Item noto, probabiliter saltem, posse Regularem Confessarium peregrinum absoluere, qui reseruatè peccauit, v. g. Brixiæ vbi vult confiteri, cum tamen Confessarius in reseruatos non habeat facultatem: nulla quippe est respectu peregrinantium, e aduenarum non permanentium reseruatio. Nald. cas. res. n. 8. & alij apud pell. ibi n. 93, qui num. sequenti secus videtur sentire. Impuberi, & ignorantes reseruationem ea adhuc afficiūtur. idē ibi. n. 122. Facultas cōcessa in reseruatos cadit etiā in futuram reseruationem, nisi in ea derogetur. n. 24. Si quis confiteatur ante casuum factam reseruationem, at non absoluatur ob aliquam iustā causam, sed absolutio differatur in tempus factæ reseruationis, adhuc per simplicem valet confessarium absolui. Idem si inculpabiliter fuerat p. m. reseruatum omissum, quando adhuc nulla extabat reseruatio. Item probabiliter saltem, non manet reseruatum illud pecc. quod à pænitente veniale tantum putabatur, alias non commisuro si sciret. n. 128.

28 Qui facultatem obtinuit in casus res. occasione quòd ad Confessiones fuit approbatus, sed ad annum tantum, eo finito, si facultas prorogetur, vel iterum approbetur, noua probabilius, in reseruata requiritur facultas: nam fundamento remoto, nulla fit superædificatio. Ita Bordon. res. 39. n. 80. Valida fit absolutio per Regulares, imo quemcunque, qui ignarus facultatis concessæ aliquem absoluit. Qui dicit, concedo omnes

meos

meos casus, etiam censuræ concessę veniunt. Bordon. de ref. casuum in Rel. ref. 37. q. 1. §. dixi primo.

29 Si casus, v.g. homicidij reseruetur, non incurrit mandans, vel consul. nisi, & hi exprimantur: & sic de cæteris casib. reseruatis. Bordon. ref. 38. n. 23. contra Graff. & flor.

30 Quæri potest (vt de facto à me aliquando quæsitum memini per R.P. Hier. Nassinum, huius tractationis haud imperitum, neque ineptũ quæsitorem (num simplex valeat Confessarius illum absolutione donare, qui actionem patrauit ex se in reseruationem inductiuam, effectu nõ perfectè adhuc secuto, v.g. quis venenum cuipiam propinauit, aut lethale inflixit vulnus, ast morte non adhuc secuta, cum tamen vere sit secutura, pænitentia tactus simplici confitetur Confessario, num (posito homicidium sit reseruatum) per simplicem valeat Conf. ab huiusmodi patrato casu abstringi, & absolutus dimitti? R. Vtique, neque vllam facit difficultatem mors certò euentura; non enim facultatem Confessario demit absoluendi, adeo vt vulnerationis, aut veneni propinationis ante mortem sit reseruatione affectum, esto ad huiusmodi reseruationem sit proxime dispositum; neque id impedit Confessarium, aut absolutionem, quę sicut pendere non valet, sed statim absolutione collata eius resultat effectus, nempe peccati remissio, modo aliud non obstet, ita nequit infici aut impediri per futurum mortis euentum, vel reseruationis casum: neque enim restringere valet absoluendi facultatem, aliquoue modo impedire nisi quatenus actus adest tempore absolutionis. Addo, post mortem adhuc nullam adesse illius homicidij confitendi necessitatem, cum iam per confessionem rite fuerit deletum: neque enim mors hoc modo spectata, aliquod occisori inducit pecc. vel circunstantiam, cũ in priori vulnerationis actione omnis contineretur peccati malitia, & circumstantia; ergo nihil superest absoluendum, vel confessioni subijciẽdum. Idem omnino de potionem ad abortiendum præbente, fętu animato, qui abortu non secuto Confessarium adit simplicem; non enim effectum expectare tenetur, imo inquolibet valet temporis spacio, aut momento conteri, & beneficio absolutionis piari, vel per simplicem collatę confessarium. Videndus Homobonus de casib. ref. p. 3. c. 7. sect. 2. excep. 6. apud Bord. ref. 39. n. 79. contra Nald. v. Actus, n. 29. Noto tamẽ, in irreg. homicidio secuto labi, vel penitentia peracta: imo & excommunicationem, si forte in talia patrantes homicidia alicubi sit; longe quippe est ratio diuersa reseruationis, & cẽsurarum, vel irregularitatis.

Capitis Miscellanei Subsectio III.

1 Religiosi inuicem iocantes, si ita perciti se statim percutiant nullam ob id incurrunt Canonis censuram. Peyrin. de Prælatis cap. 2. n. 59. apud Bell. in Promp. v. perc. n. 15.

2 Nullus Regularium valet, sine General, vel Prouincialis licentia in scriptis, onera suscipere Missarum in perpetuo celebrandarum; idque sub grauiss. pœnis Barb. in Coll. Bull. v. Missarum reductio, ex S. Congr. Conc. 1625.

3 Regularibus non debet Episcopus facultatem pro Confessionibus audiendis limitatam impertire ad tempus, sed idoneos debet repertos approbare absolutè, indoctos vero repellere. Sacra Cōgr. die 2. 7. septēbris 1603. apud Barb. in Coll. v. Episcop. quo ad Regul.

4 A Religione eiectus perpetuo est susp. Papæue solius est dispensare. Barb. ibi v. eiectus ex S. Cong.

5 Habitus Religiosi dimissio, nisi fiat ex cōtēptu, nullā inducit excōm. Item non inducit, licet ex contemptu, & animo per longum tempus dimittendi fiat, si statim, vel post breue tempus ex pœnitentia reassumatur: & hoc probabiliter. Pellizz. t. 1. tract. 5. cap. 7. n. 6. ex Sanch. li. 2. Moral. c. 8. n. 7.

6 Valet Prelatus in Nouitij receptione suū alij delegare munus. Id. t. 1. tract. 2. n. 24.

7 Nouitius semel admissus per Capit. iterum valet, coacto capitulo, excludi: & è contra, reiectus, etiam bis, iterum capitulariter admitti, nulla id lege vetante. Pereg. p. 2. constit ca. 5. li. 2. apud Pellizz. ibi n. 20.

8 Nouitius non tenetur seruare solemnitates Conc. Trid. Sess. 25. de Regul. ca. 16. vbi habetur, Nulla quoque renunc &c. in condendo testamento, vel codicillo, aut donationibus causa mortis, &c. reuocabilibus, sed in renunciationibus irreuocabilibus, & obligationem inducentibus. Neque si renunciet ante ingress. in Relig. & probabiliter si renunciet post annos 16. Non potest reuocari renunciatio ante prof. volente nouitio profiteri. Ob ingratitudinem tamen valet reuocari, vt cæteræ donationes. Vide Pellizz. in Man. t. 1. tr. 2. c. 9.

9 Per quantamcunque Nouitij extra monast. permansionem cum habitu, & superioris licentia non interrumpitur Nouitiatus. Azor. t. 1. li. 12. c. 2 q. 8. apud Dian. 3. p. fol. mihi 50. ref. 84.

10 Vbi consuetudo viget legitime introducta, non obseruandi præscripta in Conc. Trid. Sup. cit. de Nouitij renunciatione, validè fit renunciatio etiam ibi præscriptis non obseruatis. Rod. in Comp. qq. Reg. res. 53. n. 14.

11 Ordi-

11 Ordinum Generales,Ordinarij indigent quidem aprob. pro Monialium sibi subditarum audiendis confessionibus; at non examine,potę quia idoneitas in Generalatus eminenti Dignitate præsumenda : plurimum certe huic est dignitati deferendum supremæ , ne contemptui Dignitates sint Ecclesiasticæ , neue Primarij fiant Magistri sine necessitate discipuli,vt optime admonet Bordon.res.5.n.1.

12 Quando in reseruatione Pontificia dicit Pontifex quòd non possit quisque extra mortis art.absoluere,huiusmodi Prohibitio ad simplices refertur Confessarios,vel simplices priuilegiatos,non ad Episcopos, aut Religiosorum Prælatos , quos posse absoluere probabilissimum est, nedum in mortis articulo , verum etiam in casu legitimi impedimenti Sedem Pont.adeundi;posito etiam ad Legatum aditus pateat. Põtificis, excepto, quoad Episcopos , casu grauis Clerici percussionis,hoc enim casu si aditum ad Legat.percussor habeat,ab Episcopo nullo debet modo absolutione donari.Bord.t.1. res.3.n.35.

13 Prælati Regul.suos absoluunt subditos ab omnibus prorsus casib. & cens.Sedi Apost.reseruatis , Bullæ Cęnæ probabilius exceptis , vt alias innui ; nedum in foro conscientię, verum & fori foro,& publico, v.g.ob alicuius fratris publicæ occisionis delictum, iusta tamen in Ordine factam Reseruationem,nempe ad Prouincialem , vel Generalem ; quòd si nulla sit reseruatio , etiam loci id valet Prælatus.Id.res.3.n. 19.

14 Capitulum non potest Prælato Locali concedere fac. sibi casus reseruandi vltra vndecim in Clem.sup. cit. Ioann. de Lugo disp.20.de Pęnit.sect.4.n.46, apud Pellizz.t.2. in princ.

15 Dispensandi potestas in Religione omnibus competit Prælatis Regul. etiam Localib. nisi aliud ex tenore colligatur priuilegij concessi:vel nisi in Ordine huiusmodi dispensationes prohibeantur Pręlatis localibus,& reseruentur prou.aut Generali : Pell.t.2.tr.9.c.3.n.102.

16 Noto , ex homicidio omnino occulto, nempe quod nullo valet teste probari , nisi ipso id occisore fatente,probaliter nulla incurritur irregul. ex Rodr. & Pellizz.t.2.tr 9.c. 3.n. 140.

17 Probabiliter item restrictio facta in Trid.sess. 24.c.6.ne Episc. in irreg.ex homic.voluntario occulto dispensent non extenditur ad mandantes,& cõsul.imo huiusmodi mandantes per Episcopos ab irreg. liberari valent.Anan.c.2.de Cler.pugnant. in duello apud Pellizz. ibi n.40. Procedit quoad Regul.Superiores erga suos.

18 Facultatem habens à Gen.in reseruatos, valet absoluere à res.inferiori ; modo in concessione sic habeatur, do tibi facult. absoluendi a casib.in Religione res. secus dicente Generali,tibi facultatem concedo meos casus tollendi;Bord.res.39.n.76.

19 Nullus Superiorum valet Regularium Subditum cogere ad testificandum

ficandum in fauorem sęcularium in criminalibus, imo neque ciuilibus: de eius tamen licentia id valet subditus, etiam in criminalibus, at in fauorem Solum, vel citra sanguinis pænam infligendam. Vide Bord. res. 58. t. 2. de pot. Superiorum.

20 Suffragium non est necessario petendum ab ægrotante, etiam in loco Capituli; Item neque absentis missum in scriptis suffragium necessariò admittitur. Pell. t. 2. sect. 1. n. 17. & 18.

21 Pręlati Regul. cum subditis dispensant sup. priuatione vocis actiuę & pass. ob introductionem fæminarum in Mon. Item ad tempus super depositione habitus Religiosi. Franc. Pell. t. 1. f. mihi 653. n. 66. & 662. n. 42. Item absoluunt ab excomm. introducentes fæminas in Mon. Suspensio vero eorum non est res. f. 653.

22 Electio simoniaca non est ipso iure nulla Si ad Prælaturas fiat Regularium; neque inde vlla oritur excomm. Bordon. t. 1. Variar. res. res. 26. n. 33. Neque obstat Const. Clem. VIII. de Reform. Regul. n. 35. aut Confirmatio Pauli V. & Vrb. VIII. 1624.

23 Stipendiatus ob stipendium celebrans, alioqui non celebraturus, nullam Simonię labem incurrit. Man. Pell. t. 1. tract. 5. c. 9. n. 55.

24 Prælati Regul. neque deponere neque valent subditos degradare, Guazzin. in suo Tract. nouissimo ad def. anim. Aduocatorum, & c. li. 2. de Iudice § 2. def. 1. c. 5. n. 131.

25 Item ibi aduertit Guazzin. n. 136. debere dictos prælatos singulis annis eiectos diligenter requirere, & fugitiuos, esto iure sint seruato eiecti, & diffinitiue, spe tamen emendationi affulgente ex litt. testimonialib. Ordinariorum. & hoc pęna proposita officiorum priuationis, & ad illa in perpetuo inhabilitatis Papæ reseruatæ. Vrb. VIII. cons. 26. Quod, nisi in domibus Religiosorum satis commodè custodiri queant, ad Ergastulum per Vrb. VIII. ad hoc institutum mittantur.

26 Dispensare posse videntur Prælati Regul. in Pænis ob munerum largitionem per Clem. VIII. prohibitam Regularibus, secreto delicto. Vide Rodr. t. 1. q. 24. art. 17. apud Bonaz. t. 1. fol. mihi 865. n. 3.

27 Prælati Regul. absoluunt Moniales Subditas de Monast. secrete exeuntes, delicto occulto. Item in pænis dispensant, in foro saltem conscientiæ, ob egressum incursis, nempe inhabilitatis, priuationis, & c. in Bulla Pij V. contentis. Lez. v. Claus. n. 20. apud Bell. v. Monialium Clausura. num. 7.

28 Item Prælati valent Regul. cum Subditis in Pænis quibusque disp. contractis ob delicta, v. g. inhabilitatis ad Officia, Dignit. priuationis Officiorum, dignitatum, vocis actiuæ, & pass. etiam Papæ res. delicto occulto, & in foro Saltem conscientiæ. Vide quæ dixi v. Pæna n. 8. ex miranda in Man. t. 2. q. 9. art. 3. apud Bell. v. Pæna. Item Franc. Bord t. 2. res.

56. n.

56.n.57.Prælatos Maiores dispensare cum subditis super infamia iuris procedente ex delicto minori adulterio.

29 Dispensant cum subditis capitis dolore laborantibus, vt tecto valeant capite celebrare, ad consecrationem vsque saltem, cum lunaticis, furiosis, dęmoniacis, morbo laborantibus caduco, nequu Papa dispensat. At dispensant Prælati Regul. cum neophitis, assignato ad Ordines ad libitum tempore. v. g. 20. annorum à Baptismo suscepto. In irregul. ex occulto homicidio voluntario iniusto; imo & publico, si ad sui defensionem fuit factũ, sed cum aliquo excessu peccaminoso, Vide quæ sup. de disp. irreg. & de abortu, vbi cætera, quæ valent Religiosi circa dispensationem irregul. habentur. Vide. Hieron. Rodr. in Comp. qq. Regul. res. 32. n. 28. & Em. Rod. t. 1. q. 1. Itẽ dispensant in corpore vitiatis leuiter; item in irreg. homicid. ex def. lenitatis, vt alibi innui. Vide quoad prim. Cespedes tact. de exemptione Regul. quoad Ordines cap. 4. d. 85.

30 Noto tantum posse Confessarios Regulares erga Sęculares absoluendos, quantum valent Episcopi vi Concilij Trid. sess. 24. c. 6. Excipe Bullæ Cænæ Casus occultos qui ex quorundã Doct. sententia per Episcopum ui tolli possunt Concilij. Limito, quoad casus Pontifici Summo Reseruatos, qui omnes adnexam habent excommunicationem vel aliam certè censuram: quo. n. ad casus quos sibi Episcopi reseruant in Tabelli vt supra, non ita: quod si censuras reseruent præter excommunicationem, vtiq; absoluere valebunt, Vide Rod. in Comp. qq. Regul: V. Abso. n. 4?. & 36. Cruz. l. 2. c. 7. d. 1.

31 Nota post Concilium Trid. in quo deregatum fuit Regularium priuilegijs quoad absoluendos sæculares à casibus reseruatis Gregorius 13. Anno 183. suam declarauit non esse intentionem per huiusmodi reuocationem derogare Societatis Iesu facultati, atq; eam quatenus opus est denuo confirmauit, & per communicationem alij Mẽdiacantes tute huiusmodi facultate vti quibunt. Rod. t. 1. q. 55. A. 17. & in Cõp. Rod. V. Absol. n. 41.

32 Reuocatio Confessionum ab Episcopis facta Regularium respectu, nulla ad id impellentè Causa, nulla est, quando potestas illis ad ædificationem non datur ad destrutionem: ob id putat Ant. Dian. par. 3. f. mihi 29. res. 22. huiusmodi adhuc confessarium tute, & Valide confessiones posse fidelium auscultare; vi nempe prioris nulliter reuocatę approbationis. Suar. 3. parte p. 4. Disp. 28. sect. 8. Dub. 7. Arca Vital. fusè de iurisd. Inquis. 6. à n. 31. &c. Prælato in Religione, Prouinciæ, aut monasterio sibi Casus aliquos reseruante, eo muneret functo aut mortuo, nulla est reseruatio; nisi per statutum aut decretum id agat. Diana p. f. 3. res. 23.

33 Præ-

33 Præstantissimi non desunt viri docentes non obstante Concilij Trid. ordinatione illum qui sine iusta causa non fuit ab Episcopo, aprobatus pro auditionibus Cōfessionum tute, ac si aprobatus fuisset Confessiones auscultare posse, & valide: Ioann. Cruz. li. 2. Cap. 6. Dub. 1. Diana ibi res. 24. Item probabiliter restringere regularium non valet Episcopus aprobationes ad Confessiones pro V. G. uiris tantum, aut certo aliquo personarum genere, Villal. Tom: 1. tract. 9. diffi. 53. n. 2. & Vega. in Summa Tom. 1. c. 62. Cor. 7. Quidquid sit de praxi in contrariū apud Diana ibi res. 25. f. 30. Neq; item probabiliter licentias ad libitū pro Confessionibus concessas sine Causa reuocare quibit: secus de Cōfessarijs non Regularibus: ratio, quia huiusmodi aprobatio proprie licentia nō censetur, imo solum personæ approbatio, & quasi adinstar sententiæ, seu declaratio quòd talis sit persona ad audiendas Conf. idonea: ob id facto iudicio statim ab ipso approbatur Papa, quiquid de contraria sit consuetudine, vide Peier sup. Priuil. Minimorum apud Dian. Res. 26. ibi

34 Dispensare Super Interstitijs cum Religiosis, nō est Episcopi sed ordinandi est Superioris. Item extra Tempora valent Religiosi ordinari, nulla Papali optenta dispensatione. res. 31. & 32. ibid. f. 31.

35 Probabile habetur posse in foro consc. Regulares vti Priuilegijs, quæ, per Conc. Trid. expresse annullata fuere. Rod. qq. Reg. t. 1. q 8. art. 9. apud Dian. f. 40. res. 59. ibi.

36 Noto ex Tamburino de iure Abbatum t. 1. disp. 11. q. 4. n. 3. Regulares in aliena Eccl. sine Episcopi licentia prædicātes puniri non posse per Episcopos, hoc superiorum est suorum, at viderint quid faciāt, nā extat Greg. XV. Bulla super hoc cōsulēda anni 1622. Vide Barb. de pot. Episcopi. Alleg. 76. n. 24.

37 In Ecclesijs non valet Regularium Episcop. eis inuitis prædicare. Publice tamen, & priuatim diuina ibi valet Officia audire, imo ibi in Pōtificalib. celebrare, & populo ritu solemni benedictionem impertire, ibique coram se celebrare facere, sine tamen Pontificalibus: quæ vero iurisdictionis sunt, vt Chrisma conficere, chrismare, Ordines conferre, degradare, & idgenus, nequaquam ibi eis valet inuitis prestare.

38 Regulares, ad Monialium Monasteria contra Sacræ Congreg. Decret. anno 1590. nonis Maij editum accedentes, nullam incurrunt, lethalem Saltem, culpam, aut in ibi appositas Pænas proter aliqua ibi facta verba vrbanitatis tantum causa ad prudentis iuditium. Idem si aliquem Moniali conscientiæ casum pro scrupulis sedandis declarando enucleauerit. Idem de per interpositam personam Monialem alloquente, odia quippe restringenda.

39 Extra Capitulum Gener. valet Superior Generalis Religiosorum cum

cum subditis illegitimis ad dignitates, & Prælatias dispensare. Idem Couentualis valet Prælatus, ex Generalis commissione præstare. Nota per Principem laicum legitimatum, si religiosus fiat ad Dignitates, &c. dispensatum non dici. Portell. n. 5. in dub. Reg: v. illeg.

41 Religiosus, qui annuente Superiore, de aliquibus valet pecunijs disponere, pro libito, si in illicitis insumat ludis, vel meretricibus, contra paupertatis non delinquit probabiliter votum, neque accipientes vllam facerè tenentur rest. at contrium tutius habetur: quod si fieri iuxta tutiorem debeat restitutio, Sat erit eidem danti Religioso fieri, non Monasterio. Probabiliter, metus reuerentialis professionis tollit validitatem.

42 Regulares vti suis valent priuil. vel si contrarius habeatur vsus. Vide pro Sup. omnib. Diana p. 3. de dub. Regul. versus finem.

43 Prælati valēt Regul. suos absoluere subditos à susp. contracta ob Ordinum susceptionem ante legit. ætatem, vel per saltum, aut sine licentia. Item in irreg. suos valent dispensare, contracta ob administratio nem in aliquo ordine, suspensione non ablata. Hieron. Rod. in Comp. Quæst. Regul. res. 106. n. 26.

44 Facultas Episcopis in Conc. Trid. Sess. 24. c. 6. facta, circa absol. & disp. in casibus Papalibus occultis, postea per Pium fuit V. Regularibus impertita Prælatis, quasi Episcopalem habentibus iurisdictionē quoad subditos, & per Clem. VIII. confirmata. Idem ibi. n. 26.

45 Laurentius Portell in dub. Regul. v. Altare, n. 1. tenet Regulares in Altare posse celebrare Portatile vbique, vel in sæcularium domibus; at honestis, extra tamen Cubilia; in Plateis, Grangis, & castris: Episcopo tamen non contradicente.

46 Probabilius, nequit Episcopus Regulares ad processiones, quando tenentur, adire nolentes, excommunicare. Portell. in Additt. ad Dub. Regul. v. Episc. n. 5. apud Dian. p. 3. f. 45. mihi, res. 76.

47 Prælati valent Regul. cum suis super irregul. ob homic. contracta volontarium, ast secretum dispensare, vt alibi innui: hoc non valent Episc. suis cum subditis. Portell. qq. Reg. v. disp. n. 8. Dian. 3. p. f. 36. res. 45. Item, probabiliter saltem, super irregul. ex bigamia vera, & similitudinaria; vide ibi Doctores a Diana citatos vtrinque. Cum bigamis vera bigamia, solum ad Minores ordines dispensant.

48 Vtrum suos valeant subditos à Bullæ Cęnæ casib. abnodare, habes sup. v. Absol. à Bullæ Cænæ casibus; vide Hieron. Rodr. in Comp. qq. Reg. res. 3. n. 3.

49 Per simoniam ordinatum subditum probabilius non absoluunt. Eandem habent facultatem Prælati circa Nouitios, ac circa Professos, vel Professas Moniales.

50 Priuilegij vi facta absolutio, etiam ignorati tenet. Religiosi iter habentes à quocunque valent Sæculari Sacerdote simplici absolui, de Superioris saltem præsumpta licentia.

51 Omnes valent fratres, & priuilegijs eorũ fruentes semel in vita & Mortis articulo, quaterue in anno, quando maluerint ab omnibus omnino pecc. & cens. à quocunque sæculari Sacerdote absolui; ac si per Summ. Pont. personaliter absoluerẽtur. Præterea huiusmodi valet Sacerdos plenariam eis impertire indulg. neque tenentur euasa infirmitate, iterum sani eadem confiteri peccata, vel censuras Superiori. Item præterea idem valent in festis B. V. S. S. Apost. Petri, & Pauli, per totam hæbdomadam Sanctam, & in solemnitatis S. S. omnium, & ordinum festiuitatibus, nulla etiam à superioribus habita lic. nisi quoad peccata Sacramentaliter absoluenda. Magnopere admoneo, sunt supradicta omnia à Religiosis adnotanda, pro conscientijs identidem à quibuscunque vel grauissimis pecc. vel cens. leuandis, tutandis, nec non scrupulis animi tortoribus eliminandis. Pro dictorum confirmatione, videas libellũ, cuius est inscriptio, Decisiones Regul. Studio quorundam fratram Min. depromptæ ex qq. Reg. Em. Rod. v. Absol. fratres per totum. Item vide Rod. t. 1. q. 62. art. 5. & c. Papa Sixto indulgente.

Capitis Miscellanei Subsectio IIII.

1 LEge aliqua de non appellando obstante ab inferiori ad Maiorẽ Superiorem quoad Religiosos, adhuc sententia clare iniqua tute Religiosus appellat. de iure enim nat. id vnicuique cõpetit cui non derogat humanum.

2 Nullas incurrit pœnas, qui notabiliter læsus, a minori, cuius licentiam ad maiorem recurrendi Superiorem nequiuit habere, adhuc eum adit pro iustitia obtinenda, aut quærelam expositurus: clare tamen iniustitia patente.

3 Regulares Prælati, & qui communiter Vicarij appellantur, Oratoria, Cæmiteria, Ecclesias, Corporalia, & c. benedicunt, Chrismate non interueniente: etiam pro Ecclesijs alienis. Item Ecclesias recõciliant pollutas cum aqua benedicta mixta cinere per Episcopum benedicti, vltra duas dietas Episcopo distante. Vide lib. qui sup. v. Appellare, apostata, & benedicere per totum.

4 Prouincialis habita licentia, tute extra Monast. Morantur Religiosi, etiam ad longum tempus pro parentum subuentione, & etiam habitu (si opus sit) dimisso. Ibi v. Claustrum in fine.

5 Iure sunt communi Mendicantium Ordines octo; nimirum, Minorum,

rum, Prędicatorum, Carmelitarum, Augustinianorum, Iesuitarum, Minimorum, Seruorum B. V. & S. Hieronymi Iesuatorum. Hi omnes simul, & separatim sibi inuicem in omnibus communicāt indultis, grat. & priuil. tam Ordinum, quam Ecclesiarum, & locorum; concessis & concedendis: & hoc adinstar, nempe haud secus ac si vnicuique fuissent Ordini concessa. Insuper, & non Mendicantium, quatenus eorum congruit professioni, secus minime. Communicatio vero nō fit censurarum, inhibitionum, &c. odiosorum, & pœnalium, sed fauorabilium tantum. Priuilegia, v.g. Gener. vnius Ordinis concessa, aliorum participant Ordinum Generales; Prouinciali Prouinciales, & Siplici Sacerdoti, simplices Sacerdotes etiam participant aliorum Ordinum. Idem de festiuitatibus Ordinum concessis priuilegijs, &c. Idem v. Claustrum, & v. Communicatio priuil. in eod. lib.

6 Mendicantes dicuntur, qui Regulæ, vel vi Constitutionum bona immobilia tutè non possident, licet ex priuilegijs habeant. Non omnes Mendicantes ex mendicitate viuere tenentur. Lęzana p. 2. c. 1. n. 1. & 2. f. 1. Aquæstuādo per Episcopos nullo valent modo impediri, sub excomm. ostensis tamen Superiorum ad quęstuandum licentijs: nulla Episcopi requiritur licentia, Concilium non obstat Trid.

7 Monialium Regularibus subiectarum Confessarius per Episcopum approbatur. Lizan. ibi. c. 1. n. 19. Præterquam in Hispania.

8 Monialium ingrediendi Claustra Episcopi simul cum Monialium Superioribus si Regularibus sint subiecta, licentiam dant: standum tamē consuetudini. Idem ibi.

9 Item puellæ Moniales futuræ Regularibus subiectæ, per Episc. examinantur. Episcopo inconsulto Regulares Santissimum Sacramentum non exponunt. Item per Episcopum inhibiri valent ne antequam in Cathedrali die Sabb. Sancti campanæ pulsentur suas ipsi pulsent; alias minime.

10 Priuilegia indulgentiarū Ecclesiæ Regulari concessa, anno Sancto non reuocantur, de eis nulla speciali mentione facta.

11 Per Episcopos citari nequeunt Regulares ad ante se comparendum.

12 In fauorabilibus Mendicantes nomine veniunt Monachorum; Secus in odiosis: etiam Can. Regulares. Diœcesani nomine Abbates non veniunt, Ordinarij veniunt nomine. Nota, si in aliqua accidat Religione, vt fiebat per Minores, eligi in Superiorem, laicum, vel conuersum, de eo dic, quod & de Abbatissis, omnis iurisdictionis incapacibus Ecclesiasticę, v.g. ferendi censuras, ab eis absoluendi, &c. Supradicta à n. 38. apud Lezanam p. 1. c. 1. &c.

13 Qui tria non emittunt vota, saltem implicitè, verè non sunt Religiosi:

giosi ; per huius tamen voti emissionem personæ fiunt Ecclesiasticę ; V.G. laici, Oblati, Donati, seu commissi, si se suaq; tradunt perpetuo Religioni, & in Monast. Habitu immutato viuant: proinde fori & canonis gaudent priuilegijs Idem. c. 6. n. 3. 4.

14 Non possunt Conuersi in Italia, & insulis adiacētibus recipi, nisi in Conuentibus à Sede Apost. assignatis pro nouitiatibus. alias nulliter profitentur ; imo & profiteri ibi tenentur. Idem de Nouitijs futuris Clericis ; quia si in loco non designato recipiantur, vel profiteantur nihil faciunt ; quędam excipiuntur Religiones. Vide Lezana. p. 2. f. mihi. 119. 120. & 121.

15 Laici Sacra tangunt Vasa ex concess. Sixti. IV. Lezana p. 2. cap. 8. num. 33.

16 Religiosorum Protectores vere non sunt Prælati eorum, at largo modo tantum, quatenus Papæ delegati. n. 5. c. 9. id.

17 Protectores appellationes admittunt Religiosi à suis Prælatis. ibi n. 10. A Protectore ad Sac. appellatur Congregationem. Licentiam dat Romam adeundi. Protectorum est potestas delegabilis in necessitate. nu. 20.

18 Qui dignitatem habet ecclesiasticam, In iudicem valet eligi Cōseruatorem. Canonicus valet Cathedralis eligi in Iud. Conf. non Collegiatæ solum, dato non sit in degnitate constitutus; item personatum habens. Lezana c 9. n. 51 Item Archipresbyter, Primicerius, Præpositus, Decanus. Ibid. vide nouiss. Guazzinum tract. moral Libro 2. cap. 9. n. 35.

19 Iudices Cōseruatores contra debitores Fratrum Ciuiles in re debita manifesta iure procedunt, si per scripturam debitū constet, vel Cōfessionem, vel Sententiam, quod si sint Religiosi debitores, coram suis debent conueniri Superioribus vel Papa, aut Legato. Non obstat Trid. nam id de religiosis loquitur exstra Monasterium degentibus. sess. 7. cap. 14.

20 A Conseruatore ad Papam fit appellatio. Non procedit nisi in manifestis. Cons. sint in Synodo Diœcesana electi, aut Conc. Prouinciali. Vid. Lez. p. 2. c. 10. & Hier. Rod. in Comp. qq. Reg. res. 33. vide infra hic n. 4. quoad n. 19. Vide etiam de Iudice Conseru. Petr. & Paul. Guazz. nouissim. l. 2. addit. 5. in fine.

21 Conuentuum Vicarij per Priores substituti, vere non sunt Prælati, aut dignitatem habentes, vel personatum. Quicquid Priores Præstare, ita & hi valent, nempe absoluere reseruata, dispensare, &c. Lezan. 2. p. c. 13. n. 40. 41. & 42.

22 Religionum Magistri lethali se culpa onerant magisterium impudenter, & temere accipientes, cum ad fidei declaranda, & defendenda se sciant Misteria contra infideles ineptos, imperitos, & idiotas : quippe

quippe qui intentioni contraueniunt Eccl. & Religionis, quę est vt contra infideles fidem tutentur, & asserant, dubiaue inter fideles identidem emergentia enucleẽt; nisi etiam actu legant, vel prædicent, priuilegio vti aliquo sibi concesso nequeunt, ob Clem. VIII. Decret. ex Papæ Vrb. ob id vocem in Capit. habere non posse videntur, cum id ex priuilegio, non iure communi habeant. Excipe, nisi infirmitate, senectute, aut casuum lectione, vel libror. editione detineantur, aut casu simili, aut vrgẽtiori. Idem de Baccallaureis, & similib. graduatis. Sylu. v. Doct. q. 4. Em. Sa v. Docere in fine. Sanch. tit. 1. Cons. Mor. lib. 2. cap. 2. dub. 57. apud Les. p. 2. c. 13. 42.

23 Nullus Loci Superior munera valet exercere Procuratoris, aut bona ministrare Monasterij. Lez. ibi. n 43. Huiusmodi valent Procuratores ad nutum Superioris amoueri. 44. Loci Prælatus se ingerere valet in nouitiorum institutione. 47. Confessarius Nouitiorum ab Epis. non aprobatur 48. ob defectum ex Sacramentali confess. sibi notum non negandum nouitio alioqui digno suffragium. ibi.

24 Quando Prælato alicui se esse constat electum à priuato voce actiua, si maiori capituli parte id sciente fiat, renunciare tenetur, pote nulliter electus: secus maiori id Capituli parte ignorante; aut si in cap. auctoritas ad dispensandum erat. n. 51. Quando alicui Prælato constat, tempore electionis voce caruisse passiua, v. g. ob excomm. Maiorem, licet occultam, petat absolui, & dẽuo iterum sibi curet fieri à valente secretè collationem. 52.

25 Prælato, cum dubio an validè sit electus, obediendum, secus rè clara: quod si occultum sit impedim. at subdito notum, obediat: ob nimirum scandalum tollendum; & id saltem in publico, secus in occulto. n. 53. lez. vbi sup.

26 Tertiarij Religiosorum, qui nullum emittunt votum, licet dicant, promitto Regul. seruare, nisi seruent, ne venialiter quidem peccant. Lez. p. 2. c. 14. n. 20. Idem enim est, ac dicere, propono seruare: non sunt personę Ecclesiasticæ, sed Sæculares, neque fori gaudent priuilegio, aut Canonis. Idem de Pizocheris: largo tamen modo personę censentur Ecclesiasticæ: quando eorum est institutum quidam ordo. n. 25 Non confitentur nisi per Episcopum approbatis, atque in Paschate à Parochis Euch. Sumunt. n. 29.

27 Priuilegijs non derogant Regulares per non vsum, si ignorentur; imo neque scitis, si adhuc non accidit vtendi casus, vel ante tempus præscriptionis, nimirum 40. annorum. Lez. ibi, c. 15. n. 4. 5 & 17.

28 Confraternæ, per Capellanos non possunt solemniter facere celebrare, vel Confessiones audire, sepelire, Sacramenta dare, quæ ad Parochum spectant, Episcopo non consciente aut Parocho. n. 29.

29 Fa-

29 Familiares,& Regularium seruitores, perpetuò in Monast. Morates, atque eorum, in communi, iussis obedientes (non particularibus tantum) ab ijsdem Sacramenta sumunt c.16.n.16. sint tamen, probabilius, eorum confessarij per Episc. aprobati; at contrarium item sua non caret probabilitate, si eorū perpetui sint commensales. n. 16. excipe Matrimonium, Bapt.& Ordinis Sacramenta, nec non Confirmationis. Valent & Euch. ibi tute vel Paschatis tempore, Sumere. n. 19. & ibi sepeliri. 22. Ab Episcopis interdici nequeūt, nisi culpa detenti interdicti. n. 23. mortis in articulo indulgentiarū gaudent concessionibus. n. 24. Vide etiam Franc. Cespedes fol. mihi 155. Item Bordon. ref. Var. ref. 16. n. 144. &c.

30 Beneficia Regularia, fere dicuntur Manualia, quæ nimirum ad Superioris valent libitum adimi. Idem ibi c. 18. n. 6. & 17. Ad quæ Episcopi requiritur approbatio, etiam in iam ad Confessiones admisso, si sint Curata. n. 8. secus de simplicibus, quæ Episcopis non subsunt in quocunque. n. 9. Non dantur per concursum: morte concedentis non vacant. n. 18. vel sine beneficiati vlla culpa, sola aliqua proposita vtilitate pro libito amouentur Superiorum, nisi collatiua sint perpetua, vel nisi Episcopus simul cū prælatis conferat. n. 20. Illegitimus benefici; cuiuscunque non est capax. Lez. ibi n. 34.

31 Religioso relictum legatum, si leganti præmoriatur, monasterio detur, etiamsi dicatur, non intendo vt ad Monasterium transeat. Id. cap. 19. n. 47.

32 Noto, pro Religiosorum consolatione, posse Religiosus suis vti priuil. etiam dato fuerit scienter in contrerium vsus introductus, nedum si ignoráter, vt Sup. Ita Portell. in Adiect. ad Dub. Regul. v. priuil. n. 4. Apud Dian. 3. p. f. mihi 50. res. 88.

34 Indignum eligens eligendi priuatur potestate; & qui per abusum Sæcularis potestatis, nullam facit electionem, & huiusmodi consentiens electioni de se factæ ineligibilis fit, neque ad aliquā valet diguit. adsciscì si ne dispensatione. Item electores ab offitijs, & Benef. per triennium suspenduntur. Lez. p. 2 c. 12. n. 47. & n. 16. Illegitimi sine dispensatione, personatum habere nequeunt, vt Sociatum, Deffinitoriatum. Ibi. Generales, Generale; Prouinciales, Prouinciale obligat Capitulum. n. 18.

35 Generale Capit. declarat, non tollit ius commune. n. 19.

36 Pro obtinenda illegitimitatis dispensatione qualitas est illegitimitatis exprimenda. n. 21. Capitulum Conuentuale, vel per duos fit. n. 24. Nullus à Capitulo excluditur electorum, nisi condemnatus. n. 30.

37 Postulatio, quædam est gratię petitio Superiori facta, de inhabili promouendo ad aliquam. v. g. Prelaturam, ad quam ob aliquod imp. iure nequit promoueri. n. 50.

38 Generalis, statuta non facit perpetuo duratura, at pro sui tantum

tum

tum muneris tempore: standum vniuscuiusque Ordinis Constitutionibus, c. 13. n. 14.

39 Commissarij electiui ordinariam habent auctoritatem, delegati, delegatã. Illi per Generalem non sunt amouibiles, sunt isti, vel sine causa, ibi. Item, illi delegant, minime isti, nisi ad vniuersitatem causarum delegentur. n. 16. Item, illorum auctoritas morte non spirat eligentium, istorum, vtique, etiam visitatione incepta. n. 18.

40 Visitationis tempore totum externum contentionis regimen, ad ipsos Visitatores, spectat non vero loci Superiores. Lez. p. 2. c. 13. n. 28. Ratio, quia omnes cõmittuntur causæ, & Prouinciæ lites, cõuetuũ Visitatoribus, ergo pro visitationis tempore non ad loci Superiorem, sed Visitatores huiusmodi spectant causæ, & contentiones conuentuum, aut Prouinciarum: alioqui inordinata oriretur iurisdictionum, confusio inter Religiosos, dum vnus vni, v. g. Prouinciali, vel Priori, alius Visitatori obedire contenderet. In voluntaria vero iurisdictione, nempe quæ sine partis contrariç vlla fit instantia, vel nemine contradicente, v. g. absolutio à pecc. voti dispensatio, irregularitatis, &c. spectat ius omne ad loci Superiorem, non Visitatorem. Secus de causis contentionis, v. g. si sit processus condendus, testes examinandi, ferendę sententiæ. Portell. in Dub. Regul. v. Prouincial. in addit ad additionem.

Capitis Miscell. Subsectio vltima.

1 NOto Prælatum Regularem, vel Abbatem quemcunque; qui habet ex priuil. aut cons. facultatem agendi quicquid valet Episcopus, adhuc Sacrum conficere Chrisma non posse vel Sacros dare Ordines. Barb. in Collect. v. Abb. 1. Quæ sunt iurisdictionis, vtique, quæ vero Ordinis, minime præscribuntur per consuetudinem.

2 Quando in Concil. vel alibi decernitur aliquid, & si contrarium priuilegijs Regularium est, non ob id dicta reuocantur priuil. nisi de eis mentio fiat; v. g. in sess. 22. c. 4. præcipitur vt nullus nisi Subdiaconus saltem in Capitulo Suffragetur, quia ergo ibi priuilegia non reuocantur Regularium, ideo qui alias Subdiaconus vocem in Cap. habebat, adhuc tute habet, prout à Sacra aiunt Congreg. fuisse declaratum. Lez. p. 2. c. 2. num. 58.

3 Prelati inferiores dispensare in pæna iam contracta ob legem Superiores non obseruatam valent, non ipsam legis tollere obligationem; excipe nisi reseruata sit, & ipsa pęna.

4 Superior tollere nõ valet ab inferiore inflictã subdito pænã, cõtra inferioris volũtatẽ qui est immediatus delinquẽtis Ordinarius, ne à subditis

ditis contemptui habeatur ; valet post muneris functionem vel mortem inferioris, etiam nulla noui Superioris obtenta facultate. Guazzin.l. 2. def.1.c.7.n.127.

5 Bene tamen quandoque inferiores in lege valent superioris dispẽsare, omnino legis tollendo obligationẽ in aliquo casu, v.g. ob consuetudinem, in casibus leuibus, vel ad Superiorem aditu difficili existente ; in casibus sępe contingentibus, vt ieiunij, obseruationis festorum, officij recitandi, &c.

6 Cum Religioso super votis Religionis essentialibus, nempe cast. paup. & obedientiæ non valet Papa dispensare eo Religioso relicto, & Monacho vero; quãdoquidem ea de essẽtia sunt Monachatus, & Religionis, Suntque de iure diuino. Efficere tamen valet de Religioso non Religiosum, & in toto sęcularem, aut in parte : Sicque de facto fecisse inuenitur pro Matrimonio incundo, ad Principum concordiam multorum: habet enim in ius diuinum quandoque potestatem, vt quando à voluntate humana suum habet principium, vt in voto patet habere originem à vouentis libera voluntate.

7 Item Prælati valent Regularium cum Religionem ingressuro in voto de strictiorem Ordinem suscipiendo dispensare: modo in strictiori non sit professus ; & nisi in laxiori profiteatur, nulla dispensatio erit : requiri tamen iustam non dubito causam ad valide dispensandum, quę puto erit, si in laxiori se speret præstaturum Deo famulatum gratiorem. Tribus exceptis votis Substantialibus, cum Subditis valent Pręlati in omnibus præceptis dispensare, & obseruantijs, aliquali tamen subsistente causa, licet omnino non sufficienti. Generalis etiam pro toto valet tempore fratres in aliquibus regulæ præceptis dispensare, at non item immediatus id valet loci Prælatus, v.g. Prior Guardianus, &c. imo tantũ pro quadam, vel quibusdam vicibus, v g. ad equitandum Minori de Obseruantia, ad non ieiunandum feria sexta, ad caligas induendum in itinere, & id genus.

8 Cum familiaribus item dicti valent prælati, dispensare illegitimis ad quodcunque Regulare obtinendum beneficium, vel Curatum ; cum exceptione tamen à p. Hieron. Rod. in Comp. qq. Reg. res. 25. num. eodem.

9 Quamuis alias de dispensatione irregularitatis, non posse dixerim, Episcopos vi Conc. Trid. in irregul. ex defectu orta lenitatis, dispensare, nempe homicidij in bello iusto, aut ex iusta sententia secuti, vel alias iuste, & volontarie causati per testimonium iustum, capturam, &c. attamen non desunt probabiliter asserentes posse : ratio, ob id, quia huiusmodi non videtur homicidium in Concil. sess. 24. c. 6. intelligi, imo tantum iniustum, & volontarium quod in quinto Decal. præcepto prohibetur.

tur. Proinde nedum in huiusmodi homicidij irregularitate, vt dixi, Prælati valent suos dispensare subditos Reg. sed etiam Episcopi: sic expresse Em. Rod. qq. Reg. t. 3. summæ, cap. 23. n. 1. & 2. Item Hieronim. Rod. in Comp. qq. Reg. ref. 52. nu. 59. ex qua resolutione quæcunque hactenus dixi collegi, vide ibi.

10 In locis vbi Episcopus non habetur, nequeunt per locorum Archipræsbyteros, Priores, aut Collegiatarum præpositos cogi Regulares ad Solitas processiones, vt per Episcopos iure aliquando fit. Em. Rod. in Comp. qq. Reg. ref. 118.

11 Nota, non quotiescunque Regulares suis valent familiaribus Sacramenta dare Eucharistię, etiam Paschatis die, & extrem. Vnct. in suisque sepelire Eccl. Parochis inconsultis, non inquam, eis & Pænitentiæ valent Sacramenta dare; nisi per Episcopum sit frater ad Confessiones approbatus, si familiaris sit sæcularis, secus si Ecclesiastica sit persona, vel Religiosa, in Communitate cum Regularibus vitam degens: vt Commissi, Oblati, & id genus Religiosorum. Idem qui Sup. ref. 126. num. 14.

12 Religiosus in scriptis ne celebret per Prælatum Prohibitus, aut ne Sacramenta det, suspensus habetur. Si vero verbo tenus, non ita: proinde celebrans in secundo casu non fit irregularis, fit in Priori. n. 16.

13 Nullus valet Religiosus, vel si Canonicus sit Regularis, aliquod habere in re aliqua dominium, vel ius in pecunia, aut quocunque, quod prętio sit ęstimabile, neque eius valet possessum habere nomine proprio, at valet Monasterij, imo neque ad id valet per Generalem dispensari, de Papæ vero valet potestate, & omnino laicus fieri, iusta tamen id causa postulante, & grauissima.

14 Subditus non dicitur contra Prælati voluntatem expendere, quãdo probabiliter credit Prælatum ęgre laturum tali modo fuisse expensum: quia fieri aliquando valet, quod huiusmodi Prælati rigor non tam proueniat ex re expensa, vel accepta, aut retenta, quam ex modo clanculo accipiendi, aut expendendi. Proinde Multæ valent Religiosorum acceptiones, detentiones, & distractiones à labe excusari proprietatis, aut cuiuscunque culpæ, dum præ verecũdia, similiue alio respectu quid inconsulto dant Prælato, accipiunt, aut detinent. Hieron. Rod. vbi infra.

15 Nota probabiliter, Religioso fore licitum accipere, vel retinere quod sibi est necessarium, de bonis vsui destinatis Religiosorum, quod Prælatus rogatus denegauit, vel denegaret, Hieron. Rod. in Comp. qq. Regul. ref. 110. n. 12.

16 Fratrum parentes in Purgatorio Plenariam habent indulg. per Clem. VIII. Concessam, etiam ipsis fratribus præmortuis. Imo dicti superstites in hac valent vita illam lucrari, de filiorum nempe Monacha-

tu complacendo, & gaudendo. Em. Rod. t. 3. q. 21. art. 2. apud Hieron. in Comp. ref. 108. n. 5.

17 Regulares à quocunque valent Episcopo ordinari Catholico, ex concess. Clem. IV. & Alex. IV. Non obstat Conc. Trid. sess. 23. c. 8. quia ad Regulares non extenditur, Pij V. extat declaratio: literis sint tamen Superiorum Commendatitijs muniti, & licentijs: præuio item ab Episcopo ordinaturo facto examine super idoneitate, & morum probit. Vide Em. Rod. qq. Reg. t. 1. q. 18. art. 6. & q. 24. art. 7. art. 3. q. 24. art. 1. Itē vide Hieron. Rod. in comp. qq. reg. ref. 106. n. 18. Ioann. Cruz. l. 2. c. 8. d. 1. versu, postea autem. Clem. VIII. Item extra Tempora valent ordinari, modo dies sit Dominicus, aut semiduplex, & tribus saltem diebus: non enim omnes accipere valent ordines vna die; neque Conc. Trid. hoc reuocat priuileg. t. 3. Rod. quęst. 23. art. 5 de hoc memini sup. v. Relig.

18 Dicente Episcopo in Concessione licentiæ ad Confessiones, ne ea vtaris Parochis renuentibus, adhuc vel nolentibus valide fiet absolutio per Regularem: eius namque iurisdictio à Papa, non Episcopo, vel Parocho pendet. Rod. t. 1. q. 60. art. 4.

19 Religiosi eiectio actualis à religione cum habitus expolliatione Idē est, ac degradatio actualis respectu sæcularis Clerici, id. To. 1. q. 23 Art. 4. & 5.

20 Sine habitu eiectus, & tonsura amplius per superiores in Religionem non admittitur. Sicut neq; actualiter degradatus per Episcopum restituitur.

21 Eiectus, nisi sit Clericus, statim à Iudice valet laico puniri Mortis etiā pęna: si sit Clericus, debet ei tradi, alioqui à laico puniri nequit. Debent eiecti statim se Episcopo subdere, cuicunq; tandē, & cum habitu clericali ordini suo conueniente, si sit Clericus. Si cum habitu dimittatur, non dimittat, sub excomm. pæna, nisi Papa dispensante. Eiectus votorum non liberatur obligatione, at suspenduntur tantum quoad impossibilia in tali statu obseruari; proinde rediens, iterum profiteri non tenetur: secus ad alium Ordinem facto gradu. Id. ibi to. 1. quæst. 30. articulo. 20.

22 Pro debito nequeunt ciuili Regulares coram suis conueniri Conseruatoribus, sed coram suis debent Superioribus conueniri, Prouincialibus, Generalibus, aut ad Capitula citari prouincialia, vel Generalia. Neque per Episcopos cogi ad sibi Iudices Conseruatores pro huiusmodi debitis eligendum. Neque, à fortiori, coram Episcopis, excipe, nisi extra Claustra degant ex priuilegio, aut speciali Superiorum licentia, & permanenter. Neque aliter Conc. Trid. sess. 7. cap. 14. est intelligendum Excipe item Mercedum causas, & miserabilium personarum. Valent ipsi tamen Religiosi suos conuenire debitores, ciuili etiā

debito

debito coram suis Iudicibus Conseruatoribus. Item contra alios Religiosos procedunt, Conseruatores item habentes. Ioann. Cruz. l. 2. c. 10. d. 4. 5. 6. 7 &c.

23 Ex Mẽdicantium Ordine Frater, etiam Minorum, si cum peculio mortuus fuerit inuentus, v.g. cum bursa bene nummata, neque Superiori consignata, statim adhuc Sepultura non est sacra priuandus: nã de eo potuit pęnituisse, & id pręsumendum: item forte penes se deposita asseruabatur pecunia; & id pręsertim si alioqui Religiosus probus erat, & timens Deum, vel Sacerdote huiusmodi inuento, & occulto. licet enim in p. decessisse sit pręsumendus, adhuc tamen in facto occulto Sepultura non priuandus, & tam graui pęna, incertam ob culpam puniendus nõ erit, neque enim si viuus cum pecunia repertus occulte fuisset, publice condemnatus fuisset, ergo neque mortuus publice diffamari meretur, cum se purgare non valeat. Em. Rod. qq. Regul. t. 1. Summę c. 131. circa finem.

24 Probabiliter itẽ quicquid alibi tutius tenuerim Prælati valẽt Reg. dispensare, & absoluere subditos Simoniace ordinatos Hier. Rod. in Comp. qq. Reg. ref. 3. n. 7. & ref. 129. n. 6.

25 A diuinis suspensus Religiosus, & alius quicunque, prędicare, sua Sacramentaliter confiteri valet pecc. Sacram sumere Eucharistiam; æque ac laicus. Valẽt per Suspensũ acta omnia, quatenus erit occultus, neque vt talis publicatus: imo neque ab Officio, aut iurisdictionis debet exercitio antea cessare; addo huiusmodi non posse fieri publicationem, pręuia non facta citatione; alias nulliter fiet publicatio. Id. ibi ref. 130. num. 6.

26 Religiosus à Religione in Perpetuum eiectus tanquam incorrigibilis, neque aliam ingressus Relig. adhuc liber à votis ante professionẽ conceptis manet ratio, quia adhuc vere Religiosus manet, & ad vota obseruanda tenetur obseruatu possibilia, etiam extra Relig. fuereue priora vota in Religionis tria vota commutata quorum vi adhuc tenetur, saltem quatenus ea extra Relig. quibit obseruare. Nota votum reale non solum Deo nuncupatum, sed parti etiam intimatum, & acceptatum, in tria Religionis vota non commutari; quippe iam tertio eius fuit ius acquisitum. Idem de iuramento homini facto, & acceptato, v.g. de aliquo ei obsequio pręstando; Nisi forte cum tacita saltem fiat conditione, nempe sic modo Religionis institutum non sumpserim, eo enim casu fieri quibit Religiosus, vel obsequio non pręstito.

27 Possunt in suis Ecclesijs etiam Paschatis die, Regulares fidelibus Sacram dare Eucharistiam, vsu non obstante in contrarium, qui tale priuilegium ignorantibus non pręiudicat, nempe Nicolai V. & Pauli III. pro monasterio de Guadalupo; tanto verum priuilegio admodum

est caute, & parce vtẽdum, iuxta dicta per Hieron. Rod. vbi sup. ref. 127. n. 3. ad fin & hoc fuit priuil. cum alijs per Sixtum V. confirmatum. Ibi, De peregrinis, & aduenis non quicquam dubito. n 4. Omnino vide Marc Vid. in Arca vit de Euch. inq. 2. in fine n. 58.

28 Regulares Ordinarius non compellit ad Orationi 40. Horarum interueniendum, etiã in Cath drali. Sacra Cõg. Card. apud August. Barb. in Collect. Bull. v Regulares primo.

29 Regulares non puniuntur delinquentes circa administrationem Sacramentorum, nisi quoad Curatos. S. Congr. apud Barb. ibi.

30 Regulares ad festorum Octauas locorum, ab Ordinario loci non valent cogi.

31 Regulares exempti, qui ob notorium aliquod patratum delictum in excomm. labuntur, ab Episcopo publice non valent denunciari probabiliter; nimirum quia ad id valide prestandum citatio requiritur de delinquentis, at citatio iurisdictionis est actus, quam in Regulares Episcopi non habent. Vide Fel. in Cap. Non potest de sent. & re iudicata num 3.

32 Regularibus possidere, vel agros retinere, vel redditus annuos, aut alia immobilia vel etiam mobilia sed superflua, non licet. Papali non obtenta disp. Quod si de facto ex suorum tantum Superiorum licentia habeant, pœnas in Concil. Trid. statutas non effugient, & lethalem preterea culpam incurrent Barb. in Coll. v. Reg. c. 1.

33 Regulares nequeunt impedire quo minus Episc. in eorum Eccl. cantare M ssam faciat per Canonicos occasione processionum ad eas directarum, & terminatarum.

34 Regulares extra Claustra decedentes, ad eorum valent Eccl. vel Parocho renuente deferri, & eo inconsulto. Item Regulares in suis valent Eccl. vt sup. Sepelire Tertiarios Collegialiter viuentes, nec non mulieres virginalem, seu celibem, aut castam vitam in suis domibus ducentes, expresso tamen voto, & sub habitu Tertiariorum vitam ducentes.

35 Regulares in suis Eccl. Sinant Missas per testatorem relictas celebrari, etiam per secularem Sacerdotem, iuxta testatoris dispositionem: sin valet Episcopus huiusmodi Missas curare celebrari. Sacr. Congr. apud Barb.

36 Religiosus qui suam emisit profess. tribus, v. g. horis ante legitimũ ad id tempus prescriptum. scilicet nouitiatus annum expletum, si postea à Religione recedat, & in habitu laudabiliter Clericatus se gerat, postea ad Religionem reuersus ratificet professionem, nullo reiterato nouitiatu eique locus habebitur à professionis tempore rathificatę: Barb. v. Relig.

37 Visitare nequit Episcopus Ecc lesias sęculares intra fines suę diœcesis existentes, & ad Regulares spectantes, modo per Regulares eis

seruiatur

seruiatur, non sæculares. Idem de Altaribus, & Capellis in Regularium Eccl. existentibus, & per sæculares Confraternitates constructis: nequeunt tamen in supradictis Eccl. sine Episcopi licentia prædicare, S. Cōg. Conc. Teste Barb. v. Rector ibi.

38 Profiteri ille in Religione valet, qui duodecim annos nactus, & peracto in nouitiatu peragi debito anno, postmodum cum habitu domi fuit commoratus ad decimum sextum vsque ætatis annum, ad professionem requisitum, si recipi petierit, nullo alioqui detentus impedimento. S. Cong. die 20. Martij 1621. apud Barb. vbi Sup.

39 Apud Regulares tacita professio per Ordinum susceptionem inducitur.

40 Sibi facultate testandi reseruata, tenet professio facta. Ibid. ex S. Cong.

41 Ad hoc vt Monasterium Succedat, professio ante 16. ætatis annum iure nequit emitti mortis periculo imminente. Vel si per duas tantum horas ante nouitiatus integram expletionē sit emissa non tenet professio. Professionem intra professionis annum emittens; ad nihil, vi eius, obseruandum tenetur; vel in conscientiæ foro. Barb. ibi v. prof. Reg. 2. teste S. Cong.

42 Prælatus extra Ecclesiam, Canonicis & Dignitatibus præcedit. S. Rit. Cong. apud Barb. ibi v. Prælatus.

43 Episcopo benedictionem Regulari in sua Eccl. prædicare volenti negante vlla sine causa, vel prædicationem impediente, adhuc nullo obstante alio, prædicare, in suis tamen Eccl. tute valebit. Sacra Cong.

44 Noto ex D. Thoma 22. q. 186. art. 9. Quæcunque in regula præcipiuntur, tribus votis demptis, ex se, contemptu remoto, ad mortale nō obligant.

45 A Religione eiectus Papa non dispensante, non celebrat; est autem perpetuo suspensus. Item ex dispositione iuris de Apost. si aliquibus sit Ordinibus, vel minoribus, ordinatus, ad habitum deferendum tenetur Clericalem. Barb. ibi v. Eiectus, ex S. Congr.

46 Noto ex Laurent. Portell. Dub. Reg. v. Confessor erga fratres n. 13. Maxime esse animaduertendum, non posse fratrum Confessarios circa illos absoluendos, omnia quæ possunt in sæculares per priuilegia, nam per Bullam patrib. Societatis Iesu concessam per Paulum III. absoluere valent Sæculares à casibus Papæ res. cum exceptione tamen prout alibi dixi, hoc tamen erga Fratres de ordinario nequeunt, & iure communi; Siquidem pro sæcularibus, nō Fratribus sunt priuilegiati. Videat igitur Confessarius Fratrum (nonloquor de Superioribus Religionis erga subditos) quid per proprias valeat constitutiones, vel Regulas, vel non valeat respectu Fratrum.

47 Mona-

47 Monachus alterius Monasterij Monachum percutiens, ab vtroque debet Abbate absolui. Tamb. t. 2. disp. 14. q. 10. n. 4.

48 Clerico Sæculari à Regulari percusso, per Prælatum Regul. excommunicatio tollenda, hoc deficiente, per Episcopum. Rod. t. 1. q. 20. art. 29. apud Bellas in prompt.

49 Qui intuitu Officij præcedentis percutit Prælatum, ac si in officio percussisset est puniendus. Tiraquell. in Tract. de caus. cessant. lim. 15. num. 11.

50 Quando Religiosus fuit prouocatus, vel percussus, si prouocantẽ, &c. percutiat, excommunicatus non declaratur, modo tamen in se defendendo retento. Fellin. in cap. signif. de homic.

51 Absoluere item, & disp. valẽt Regul. Prælati suos subd. in irregul. ex homic. iniusto voluntario etiam publico, & in bigamia quacunque, & alia irreg. quocunque modo contracta, & occasione, vel causa; & hoc semel in anno prima nempe die lunę Quadragesimę, ex p. Paulo III. pro Benedictinis. Vide Portel. Dub. Regul. v. disp. in additione n. 1. & seq. excipe quoad absol. casus Bullæ Cęnæ. Item dispensant in quibuscunque pęnis inhabilitatibus, priuationibus. Officiorum in foro conscientiæ; & valent hoc alijs delegare.

52 Non dispensant cum priuatis voce actiua, & passiua, & inhabilibus ad dignitates, & Officia ordinis quęcunque, & gradus ob delicta S. Offi. affectis, & condemnatis quocunque modo; etiam expleta pænitentia. Vrb. VIII. anno 1626. apud Pellizz. t. 2. tract. 7. c. 6. n. 67.

53 Non valent disp. cum infamibus infamia iuris ligitime condemnatis: maxime ob crimẽ nefandum, bestialitatem, simon. assassinium. Secus de infamibus ob alia leuiora delicta: modo sibi Papa nõ reseruet: vel si de infamibus loquamur infamia facti tantum non iuris, peracta tamen condigna pænitentia. Videndus Em. Rod. qq. Reg. ref. 52. n. 9. Ioannes Cruz. de Statu Relig. l. 1. c. VI. concl. 4. 5. & 6. Item Vide Pellizz. t. 2. tract. 9. c. 3. n. 134. Restituunt etiam subditos verbaliter degradatos, non actualiter. id. 137. Laus Deo, Virgini Matri, Angelo Custodi, & omnibus Sanctis.



FINIS.

CAPITVM.

Materiarum omnium Tabella.

De

Dis-

 2 Ho-

ad

N

O

P

Vestis




TABELLA

Variorum ad Offic. S. Inquisitionis Spectantium, &c.

In Caput Miscellaneum pro Regularibus Tabella indicialis.

Sententiarum, ac rerum notabilium conficere indicem, alterum foret omnino condere librum: proinde hac capitum te fore Tabella spero contentum. Vale.



Potissima sic corrige errata: cætera leuioris considerationis exemp.g.interpunctionum,litterarum exuberantium, deficientium, mutatarum,allegationum,&c.tu ipse emendabis,& gratum facies. Interim correctoris sustine inaduertentiam.

IN Epist.dedicat.domiturum,lege dormiturum.proculso, I.procul. pag.3.quapropterea,propterea.11.ore,foro.17.conuersione, conuersatione.18.dele,peccata.21.nulla, nullam pænam.27.noto,de noto.31.protestationi,protestatio & mont.mortali. 37.ante,aut e. matuem,mutuem.38.pręcidi,pręsidi.39 foit,fuit.42.absolutione, ablutione.47.principes,princeps.50.suffecit, sufficit.51.potè,fortè.57.Sanctitate,Sanctitatem.63.igneuum,igneum.64.tollere,tollente,& Ecclesiastica,Ecclesia,& contemptu,contemptum.65.quo,quod.66.in seruu.seruum.& se,te.73.ordin.susc.post ord.susc.83.habetus, habetur : et consil.concil.86 necessitatem,necessitate.88.anxis,annis, 93.sub, sum. 98.dele,non.& altori,altaris.99 post approbatione, adde. valet 108. quo,pro.105.derisionim,derisiones.113 eamque,eademque:& passium, passim.123.genestatis,honestatis.126.cessit.certit.& prælertim, pręsentem.129.raget,roget.130.adde post causa,dotis.136.viro, vino.143. adsint,absint,& alis,alius.145.petr.pet.146.minori,minoris.152.aues, aureis.& tacta,facta,&:aduehat,abueat.154.mutato,mutatio.156.miction,mixtion.157.sit,scit.175 matrimonijs, matrimonij.181. dannatio, damnationis.182.occidendum,occidendo.192.ad,at.221.peccato, peccatum,pro,per.225.interdicu,interdicto.221.res,reus.223. iudicijs,indicijs.233.legislatoni,legislator.235.statum,statutum.239.cecisse,cessisse.241.dele,castitatem.256.legima,legitima.261.ad,at.285.dominum, dominium.288 nascuntur,noscuntur.290.fit,non fit.293. committatur, comitatur 296,dele,quam.334 confessiois,confessionibus.344. consanguineis, consanguineus.346.dicipiatur, decipiatur.349. Papa dispensante,Papa non disp.351. accessorum, accessorium.352. se non consentiente,adde,Emissa.Item,Soluendam,Soluendum.Item,abtinuere,obtinuero.Item,dice,vice.p.15.Variorum,adituro,audituro.18 concensisset,consensisse.20.bliqua,aliqua.21.actutorum,auctorum.30.qum, quam.54.Superiores,superioris.58 dele,alij 59.adde post,vulnerationis,crimen.65.contrium,contrarium.59.Epict.Episc,item,consciente, consentiente.




Ta-

TABELLA

Variorum ad Offic. S. Inquisitionis Spectantium, &c.


In Caput Miscellaneum pro Regularibus Tabella indicialis.

Sententiarum, ac rerum notabilium conficere indicem, alterum foret omnino condere librum: proinde hac capitum te fore Tabella spero contentum. Vale.



Potissima sic corrige errata: cætera leuioris considerationis exemp. g. interpunctionum, litterarum exuberantium, deficientium, mutatarum, allegationum, &c. tu ipse emendabis, & gratum facies. Interim correctoris sustine inaduertentiam.

IN Epist. dedicat. domiturum, lege dormiturum. proculso, l. procul. pag. 3. quapropterea, propterea. 11. ore, foro. 17. conuersione, conuersatione. 18. dele, peccata. 21. nulla, nullam pœnam. 27. noto, de noto. 31. protestationi, protestatio & mont. mortali. 37. ante, aut e. matuem, mutuem. 38. pręcidi, pręsidi. 39 foit, fuit. 42. absolutione, ablutione. 47. principes, princeps. 50. suffecit, sufficit. 51. potè, fortè. 57. Sanctitate, Sanctitatem. 63. igneuum, igneum. 64. tollere, tollente, & Ecclesiastica, Ecclesia. & contemptu, contemptum. 65. quo, quod. 66. in seruu. seruum. & se, te. 73. ordin. susc. post ord. susc. 83. habetus, habetur: et consil. concil. 86 necessitatem, necessitate. 88. anxis, annis, 93. sub, sum. 98. dele, non. & altari, altaris. 99 post approbatione, adde. valet. 108. quo, pro. 105. dersionim, derisiones. 113 eamque, eademque: & passium, passim. 123. genestatis, honestatis. 126. cessit. certit. & præsertim, pręsentem. 129. raget, roget. 130. adde post causa, dotis. 136. viro, vino. 143. adsint, absint, & alis, alius. 145. petr. peti. 146. minori, minoris. 152. aues, aureis. & tacta, facta, & aduehat, abueat. 154. mutato, mutatio. 156. mietion, mixtion. 157. fit, scit. 175 matrimonijs, mattimonij. 181. dannatio, damnationis. 182. occidendum, occidendo. 192. ad, at. 221. peccato, peccatum, pro, per. 225. interdicu, interdicto. 221. res, reus. 223. iudicijs, indicijs. 233. legislatoni, legislator. 235. statum, statutum. 239. cecisse, cessisse. 241. dele, castitatem. 256. legima, legitima. 261. ad, at. 285. dominum, dominium. 288 nascuntur, noscuntur. 290. fit, non fit. 293. committatur, comitatur 296, dele, quam. 334 confessiois, confessionibus. 344. consanguineis, consanguineus. 346. dicipiatur, decipiatur. 349. Papa dispensante, Papa non disp. 351. accessorum, accessorium. 352. se non consentiente, adde, Emissa. Item, Soluendam, Soluendum. Item, abtinuere, obtinuero. Item, dice, vice. p. 15. Variorum, adituro, audituro. 18 concensisset, consensisse. 20. bliqua, aliqua. 21. actutorum, auctorum. 30. qum, quam. 54. Superiores, superioris. 58 dele, alij 59. adde post, vulnerationis, crimen. 65. contrium, contrarium. 59. Epict. Episc. item, consciente, consentiente.


VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA IN ROMA

